FRANCISCI PORTI, ... MEDICA DECAS, EIUSDEM AUTHORIS IN SINGULA LIBRORUM CAPITA...

François Duport, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
8 P
3
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
55
10 D
25
ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

12-4-E-6

72 72
2 a
28 4

Digitized by Google

FRANCISCI PORTI,
CRESPEIENSIS VALESII,
MEDICIQVE PARISIENSIS
Medica Decas,

EIVSDEM AVTHORIS IN SINGVLA librorum capita Commentarijs illustrata.

OPVS SCITV FACILLIMVM
ob metrum, & ad praxin vtilissimum.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

LVTETIÆ PARISIORVM,
Sumptibus ABRAHAMI SAVGRAIN,
viâ Iacobæa propè S. Benedictum.
M. DC. XIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

OPERIS DEDICATIO CHRISTO.

NATE patris ſummi, ſupera quùm ſede relicta
Viſus es humana facie, miriſque notaſti
Prodigijs te principium, verumque tonantem,
Auditum ſurdis, orbatis lumine viſum
Reſtituens, iterumque iubens ſe reddere vitæ,
Quos ſtygio mors atra priùs damnauerat orco:
Indè trucis domitor lethi, cacodæmonis, orbis,
Incluſos Erebo priſcos in ſumma vocaſti
Sydera, feciſtique tuo gaudere triumpho:
Quantus in humanos tuus ardor, amica voluntas
Quanta foret patuit. Ferus hinc, amenſque putandus
Mortalis, tibi qui laudes ac dona recuſat:
Idque negat quod habet pulchrum. Sunt munera certè
Parua hominis collata Deo, qui poſſidet omne
Quod tellus, quod pontus habet, quod in aëre vaſto eſt

Quodque polo. Sed tu mentis, non dona requiris.
Hinc ego, paeonia cecini quæ nuper in arte
Dogmata, iam multos quæsita labore per annos,
Mente tibi læta voueo. Da, maxime Regum,
Hoc opus vt perstet, querulos soletur & ægros:
Cumque tuis per te donetur laurea vati.

Author Lectori.

VT primùm, omisso in humanioribus artibus docendi munere, Medicinæ me voui, statim animaduerti stipatas, septasque spinis rosas, medullam sub osse, nucem latere sub nucleo. Multa quidem à doctissimis viris enodata, nodos tamen, eosque Gordios esse quamplurimos, qui non paucos auocarent ab hac illustri, humano generi perutili, summéque necessaria scientia. Quare nihil tùm in votis habui, quàm in posterum eniti, & in hoc incumbere, vt quæ maximè digna viderentur, pro viribus elucidarem, facerem denique, vt faciliùs memoriæ mandarentur, essentque quasi præsentia tùm, quùm medicinæ professor, seu declamans ac docens in scholis, seu consilium apud ægros iniens, his opus habere videretur. Id vt consequerer, in oratione metrica, quæ clarior, augustior, nobiliorque quàm soluta morari satiùs visum est. Ideóque versibus datis iampridem Hippocratis Aphorismis, eiusdemque prognostico: libriſque quatuor de Signis morborum editis, non infælici, si quod audio verum est, omine: maiore dein studio iuuandæ professionis incensus, in Pathologiam ac Therapeuticen haud segniter incubui. Mandata metris heroicis, inque decem digesta libros, in apertum ac lucem affero. Videsis, erudite Lector, eaque lege, perlege. Sen-

Pathologia, Medicinæ pars est, quæ morbos docet.

Therapeutice quæ curat.

ties, si Medicinæ, sanitatisque tuæ desiderio teneris, non mediocrem, ni fallor, è lectione fructum. Forsan & aliquam à metro voluptatem, quæ te releuet à rugata fronte, quam inferre plerumque solet alta, & seria meditatio. Sed imprimis fructum. Euolutis enim cuiusque morbi signis causisque, numquam in posterum te fallet interioris morbi, cæci prius latentisque cognitio, nec eiusdem ideò curatio, quam in hac nostra Decade facilè reperies. Quam vt vniuersam legeris, æstimabis vt voles. Scias tamen non esse duodecim duntaxat, vt Æneis Maronis, & Statij Thebais, sed triginta vel plus annorum opus: vt si quid ex ea frugis percipis, benè preceris Authori, qui vt facilem tutamque medendi viam posteris relinqueret, in ea struenda consenuit. VALE.

AVTHORIS MENS: ET AD OPVS EVOLVENDVM INVITATIO.

BELLA gerat miles, Graioſque extollat in armis,
Germanos, Gallos, Heſperioſq; duces.
Bella probent iſti, quibus iræ & iurgia Cordi,
Factaque ciuili ſanguine pinguis humus.
Non tuba, non litui, non rauca tonitrua Martis,
Non clypei ardentes, telaque grata mihi.
Pax mihi ſancta placet, placet ars quæ proroget ævum,
Pallenteſque animas ex Acheronte trahat.
Hinc mihi ſuſcipitur pars deſcribenda, dolorem
Quæ notat, & querulos non ſinit eſſe dies.
Quæ facit vt grauibus morbis attrita leuentur
Corpora, & is redeat qui fuit antè vigor.
Huc ades, ô, ſanos quicúnque tibi exigis annos.
Hæcque, redux vt ſit longaque vita, lege

PRIVILEGE DV ROY.

LOVIS PAR LA GRACE DE DIEV, ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE, A noz Amez & feaux les gens de noz Cours de Parlemens, de Paris, Rouen, Thoulouse, Bourdeaux, Dijon, Grenoble, Aix & Rennes, Baillifs, Preuosts, Seneschaux des lieux ou leurs Lieutenans, & à tous noz autres iusticiers & officiers qu'il appartiendra, Salut. Nostre bien Amé MELCHIOR MONDIERE Marchand Libraire de nostre Vniuersité de Paris, Nous a faict dire & remonstrer qu'il a recouuert vn liure intitulé *Medica Decas*, FRANCISCI PORTI. Lequel il desireroit volontiers faire Imprimer: Mais il doute qu'aucuns Imprimeurs ou Libraires de cestuy nostre Royaume pour le frustrer de ses grands frais & mises, faicts & à faire le vouluſſent auſſi Imprimer ou ſuffrir les Libraires & Imprimeurs eſt angers de ce faire, & les expoſer en vente à ſon treſ-grand dommage & perte s'il ne luy eſtoit ſur ce pourueu de remede conuenable, humblement requerant iceluy. POVRCE eſt-il que nous inclinant liberallement à la requeſte dudit expoſant, & pour aucunement le releuer de ſes grands frais & miſes qu'il a conuenu & conuiendra faire pour mettre ledit Liure en lumiere Auons par ces preſentes permis & accordé, permettons & accordons de noſtre plaine puiſſance & authorité Royalle audit MELCHIOR MONDIERE & autres ayant droict de luy qu'il puiſſe faire imprimer ledict liure intitulé *Medica Decas* FRANCISCI PORTI, Meſmes auec les augmentations qu'il pourroit recouurir & ioindre audit liure, s'il y eſchet & ce tant de fois, & en telle marge & Caracteres qu'il verra bon eſtre, ou ceux qui auront droict de luy, & ce durant le temps & terme de ſix ans prochains & conſecutifs, à conter du iour & datte que la premiere impreſſion ſera acheuee d'imprimer. Auec deffences à tous Libraires, Imprimeurs & autres de quelque qualité & condition qu'ils ſoient, d'imprimer ou faire imprimer, ſoit dedans ou dehors noſtre Royaume, tronquer ny alterer ledict liure, augmenté ny autrement, ny en extraire aucune choſe, vendre ny debiter, ſi ce n'eſt du conſentement dudit MELCHIOR MONDIERE, ou autres ayant droict de luy ſur peine de confiſcation des liures & exemplaires qui ſeront trouuez auoir eſté imprimés & mis en vente, contre & au preiudice des preſentes, ſoit en publie ou en particulier, & de mil liures d'amende pour chacun exemplaire qui ſera trouué auoir eſté imprimé & ſaiſi, & en outre d'autres mil liures d'amande aplicable, vn tiers à nous, vn tiers aux pauures de l'Hoſtel Dieu de ceſte ville de Paris, & autre tiers au denonciateur ſans aucune diminution pour les exemplaires trouuez ou ſaiſis. Voulons & nous plaiſt auſſi qu'en mettant au commencement, ou à la fin dudit liure vn extraict des preſentes, ſoient tenus pour ſuffiſamment ſignifiee & veuë à la cognoiſſance de tous, comme ſi expreſſement & particulierement elles leur auoient eſté ſignifiee. SI VOVS MANDONS, & à chacun de vous endroict ſoy, commandons que de nos preſentes grace, congé, permiſſion & contenu cy-deſſus, vous faictes & laiſſez iouyr ledit expoſant ou ayant droict de luy, & vſer plainement & paiſiblement, ceſſant & faiſant ceſſer tous troubles & empeſchemens au contraire. CAR TEL EST NOSTRE PLAISIR, nonobſtant oppoſitions quelconques, Clameur de Haro, Chartre Normande, Normandie priſe à partie & autres lettres à ce contraires. Auſquelles nous auons deſroge & deſrogeons par ces preſentes pour ce regard, & à la derogatoire des derogatoires. CAR TEL EST NOSTRE PLAISIR. Donné à Paris le 27. iour de Iuillet, l'an de grace mil ſix cens douze, & de noſtre regne le troiſieſme.

PAR LE ROY EN SON CONSEIL.

Signé,

DE VABRES.

FRANCISCI PORTI CRESPEIENSIS VALESII MEDICIQVE PARISIENSIS Medicæ decados

LIBER PRIMVS.

Crespeium urbs est ducatus Valesiorum apud Gallos, ducentis triginta fere stadijs Lutetia, regni Metropoli distans, authorum patria.

PROOEMIVM.

ERT *animus varios hominũ tẽtare recessus,* *Mens authoris.*
Et clausos in eis picea caligine morbos,
Quosque suis signis causisque efferre sub auras,
Hisque vias cunctis faciles aperire medendi.
Sed mihi mens est sola, meum, DEVS, assere carmen,
Daque tuo validas præsenti numine vires.
Namque quod immensum patuli complectitur orbis,
Hoc nostrum breue corpus habet: nec quicquid in illo est *Homo mũdi compẽdium, seu parvus mundus.*
Aut hoc scire licet, nisi te, qui conditor horum *Deus omnisque mundi mirus opifex.*
Mirus es, & solus nosti abdita quæque magistro.
Tu solus teneris medicam vim suggeris herbis,
Eque mari, tellure, polo, mortalibus ægris
Cuncta salutifera largiris munera dextra.
Te duce nunc ergo, fore quod precor vtile multis
Ordiar, hoc & opus fausto molimine claudam,

COMMENTARIVS.

Cui hoc opus Medica decas inscribatur.

HOc opus Medicæ Decadis titulo signauimus, quia decem librorum est, in quibus ea continentur, quæ maximè pertinent ad exquisitè, absolutéque medendum.

Huius decadis libri quatuor primi sunt de signis & causis: reliqui sex de curatione morborum.

Primis enim quatuor, causæ, signa que morborum exponuntur, sine quorum cognitione tuta esse nequit eorum curatio, quæ sex reliquis libris absoluitur: quibus ideo Therapeutices, vt primis quatuor Simiotices, & Æticologices nomen indi potest. Est verò Simiotice Medicinæ pars, quæ per signa morbos inuestigat, Ætiologice per causas. Nam αἰτία causa

Quid Simiotice & Ætiologice.

τὸ σημεῖον, signum est. Causa verò nominatur id, vnde manat & procedit actio. Quæ quadruplex, apud Physicos: Efficiens materia, forma, finis, & ex his apud medicos externa quædam & euidens, quæ procatarctica, seu prophasis: quædam interna, seu continens & occulta. Eaque duplex, antecedēs & coniūcta, quæ incluſa corpori morbum aut sanitatem indicat. Hinc causarum aliæ salubres, quæ sanitatis sunt, insalubres aliæ, quæ morbi: quas quoniam medicus imprimis inuestigat, Atiologiam quæ de causis, & Simioticem, quæ de signis insalubribus agit, Pathologiam communi nomine discunt. Causa vero morbi, præter naturam affectus est qui præcurrit morbum: qui lædit actionem morbus: quique morbum sequitur, symptoma. Signum autem id appellatur, quod nos in alicuius latentis cæcique cognitionē adducit. Quod in arte medica necessarium, quia plura sunt in nobis præter naturam incluſa, quæ quum nullis sensibus percipi queant, solis signis intelliguntur. Signorum autem genera sunt ex Galeni mente triplicia: nempè signa cruditatis & coctionis, salutis & mortis, & Crisima, seu decretoria. Quorū nonnulla salubria, nempè quæ coctionis & salutis signa sunt, quæ Peptica possis appellare. Quædam insalubria, qualia cruditatis & mortis, quæ nomines licet Apepta. Quædam neutra, qualia sunt Crisima: quæ si pepseos, seu coctionis signa præcesserint, salutem: sin cruditatis, morbi diuturnitatem, aut mortem indicant. Insalubrium signorum alia morbi speciē declarant, vt pulsus celer, creber, & inæqualis febrem: alia sedem affectam, vt pulsus durus membranam, mollis pulmonem, aut partem aliquam molliorem: alia morbi causam, qualia Plethoræ, Cacochymiæque signa sunt: & in-

Diuisio seu differentia signorum ex Gal. l. 6. de Crisib. & Comment ad Aph. 12. lib. 1. Aph.

Signa cuiusque morbi.

vno quoque genere nonnulla propria sunt & inseparabilia, Græcis Pathognomonica, quasi morbi regulæ, quæ quia morbi constituunt essentiam, morbum etiã assiduè comitantur, cũ eoque pariter inuadunt, pariterque desinũt: vt in phrenitide febris ac deliriũ: inexhausta sitis, & adurens calor in causo. Quædam subapparent in morbis, eisque sepius assidẽt ἐπιφαινόμενα, & συνεπόμενα, ideo solita nũcupari. Cum morbis interdum incipiunt, aliquando superueniunt: aliquando nec in his sunt omnino, cõmunia multis: qualia sunt vigiliæ, deliriũ, capitis dolor, anorexia, linguæ siccitas. Ex his summa signorum genera duo constituunt, Diagnostica, seu demonstratiua, quæ præsentem morbi statum, nempe partem affectam, morbum, eiusque causam assignant: & prognostica, quæ ventura denuntiant atque portendunt, vt victurus sit æger, an moriturus: sanæ mentis futurus in posterum, an deliraturus. Eadẽ hoc opere signorum & causarum genera percurruntur, quibus per morbos, in quorum etiam curatione versamur, præteritorum meminisse, præsentia cognoscere, prospicere futura licet, vnde securitas ægris, medicis verò fides, & amplitudo nominis acquiritur.

propria seu Pathognomonica.

Signa Communia.

Duo summa signorum genera.

Quam utilis & illustris signorum causarumque cognitio.

2. Homo μικρόκοσμος, seu paruus mundus, magni nẽpẽ mũdi compendium iure nominatur. Nec enim penitiùs rimanti minor in homine quam mundo struendo solertia summi lucet artificis. Vt enim in mundo

Homo paruus mũdus.

Hominis collatio cum mundo.

——*Cælum ac terras camposque liquentes,*
Lucentemque globum lunæ, titaniaque astra
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Sic in homine spiritus a principibus partibus in omne corpus effusus vitam impertit. Quodque in cœlo sunt intelligẽtiæ, hoc facultates in homine. Quatuor in mundo elementa sunt, ignis, aer, aqua, terra. Sunt hæc eadem in homine: & præter hæc peculiaria quatuor, sanguis, pituita, & vtraque bilis. Insita cælo soloque vis animalia, stirpes, reliquaque in mundo viuentia fœcundat. Primigenius calor & sanguis omnes corporis humani partes vbertim alit, nouæque proli materiam formamque suppeditat. Quumque sint quatuor in mundo seu natura dotes, esse, viuere, sentire, intelligere: has omnes solus homo in se complectitur. Habet namque

Quatuor in mundo, seu natura do-

tei.

cum clemẽtis vt ſit, cum plãtis vt viuat, cum brutis vt ſentiat, cũ formis diuinis vt intelligat. Sed & hominis oculus poteſt cũ Sole de præſtãtia cõtẽdere. Nam Sol quidem ſuo lumine luſtrat terras, totique mũdo decori eſt. Oculus autem hominis, Solis, Lunæ, reliquorum errantium corporum ortus & occaſus, eorumque motus ocyſſimos inueſtigat, ſtellarum fixarum immenſum numerum contemplatur, magnitudinem quærit: ſpecies animalium varias, arborum, plantarum metallorum differentias videt: cuncta denique magni orbis ſupera, infera diſcernit, & efficit vt noſtra mens, qua nihil in orbe præſtantius, multiplici rerum inſignium imagine rapta, numinis bonitatem, prouidentiam, ſapientiam, magnitudinem admiretur, in eoque vt vero, ac ſummo, ſoloque bono conquieſcat.

Hom. inis oculi cũ Sole, qui mundo oculus eſt collatio.

SIGNA PERFECTÆ SANITATIS, eiuſque cauſa.

CAPVT PRIMVM.

QVIS QVIS *in arcanum deſcendit Apollinis antrum:*
Phabigenaque ſenis nitidis fontibus hauſit,
Arceat vt querulos humano è corpore morbos,
Inquirat primùm cauſas ac ſigna ſalutis.
Namque ſalus ſcopus eſt, in quo medicina quieſcit.
Floridus ergò color, facilis ſpiratio, ſenſus
Integrer ac motus, pulſuſque ſine ordine numquam
Tactus, et à placido lux non ingrata ſopore.
Veſicæque ſerum media conſiſtere forma
Quod ſolet, & flauo perfundi ſaepe colore.
Idque quod excludit ſolers natura per aluum
Molle, figuratum, nec tetri vllius odoris.
Denique quæque ſuæ ſic libera functio parti,

Finis medicinæ, ſanitas. Signa ſanitatis.

Vrina laudabilis.

Deiectio ſanitatis index.

Sit dolor vt nullus qui sese expandat in artus,
Sanorum sunt ista notæ, contraria morbi.
Causa boni tanti Iecur est, quo purus in omnes
Sanguis abit partes, & eis alimenta ministrat.

Causa perfectæ sanitatis.

COMMENTARIVS.

QVINQVE sunt medicinæ partes, Physiologia, quæ naturâ hominis inuestigat: Hygiene, quæ de tuenda sanitate præcepta dat: Æ tiologice, quæ causas: Simi›tice, quæ signa morborum edocet: Therapeutice, quæ curationẽ eorum tribus absoluit, Diæta, Chirurgia, Pharmacia: ex quibus duas omninò summatimque colligit Galenus: Vnam tuendæ sanitatis: alteram morbi profligandi. Quorum officia sunt quidem inter se contraria, quùm illi sit propositum tueri, huic immutare statum corporis. Sed vtriusque facultatis inueniendæ communis ratio, quùm nec præsentem sanitatem seruare, nec amissam restituere possis, si quid ipsa sit, quid morbus ignores. Ideo nos morborũ species hoc opere distincturi, signaque, causas, & curandi normam pro viribus exposituri, Sanitatis, quæ morbo dignitate prior est ac tempore signa, causasque præmittimus. Sanitas autem, est concinnitas & harmonia constituentium hominem calidorum, frigidorum, humidorum & siccorum, seu quatuor in nobis elementorum temperies: seu naturalis affectio perficiens actionem. Quæ duplex est: optima, quam habitum simpliciter bonum appellat Galenus, & vitio proximè exposita, qualis est Athletarum euexia. Prioris hoc: posterioris sequenti capite notas & causas exponimus. Cæterum huius loci signa vocabis τεκμήρια, quia certa sanitatis signa sunt. Ea namque trium principiorum optimam cõstitutionem certò denuntiant. Sensus quidem ac motus integer, tranquillus ac suauis somnus Cerebri: spiratio facilis ac pulsus æqualitas Cordis: vrina laudabilem nacta consistentiam, aluique fæces compactæ minimi fœtoris, Hepatis, & partium naturalium. floridus etiam color humorum omnium symetricæ signum est. Indolentia & cuiusque partis facultatum integritas nec intemperie, nec solutione continui, nec vllo denique præter naturam affectu detineri corpus indicat. Horum autem omnium causam facimus Iecur: quoniã etsi tria corporis humani, quod medicinæ subiectum est, principia concurrunt ad eius actiones obeundas, Iecur tamen primum est, maximeque necessarium. Quùm enim id sit officina fonsque sanguinis: sanguis autem spiritus Cordi suggerat, vt Cor Cerebro, causæ sine qua non rationem etiam id obtinere putandum est.

Medicinæ partes.

Lib. 1. de Sanitate tuenda.

Sanitas morbo prior.

Quid sanitas.

τεκμήρια Sanitas duplex.

Indicia tertiũ à demonstratione natum Gal. Cõmẽt. 3 in prog part 9 Quæ à principum partium totiusque corporis sanitatem indicant.

Cur Iecur sanitatis causa.

Corpus humanum medicinæ subiectum est.

EVAEMIÆ, SEV BONITATIS sanguinis, & Polyæmiæ, seu Plethoræ signa causæque.

CAPVT II.

SANGVIS *Vbi bonus est, & in hoc symmetria quædam*
Eυæmia signa. *Humorum, facies apparet læta, ruborem*
In niueo candore gerens, vt rubra videntur
Lilia mixta rosis, mens est tranquilla, vigorque
Corporis, in placido rident spectra omnia somno.
Vena quidem plena est, plenoque arteria motu
Pulsat, et à multo carnosa est sanguine moles,
Plethoræ signa. *Nil tamen in vitio est. Sed vbi Plethora, dolor sit*
Ponderis obtusus, roseo distenta cruore
Vena premit, grauitasque omnes incumbit in artus.
Sudor ab incessu citò fit, grauis atque profundus
Somnus habet, facies rubicunda vt purpura tinget.
Plenior est, magnusque, manumque ferire suetus
Pulsus, & a minimo sequitur dispnœa labore.
Brachia, crura, manus, & carnea quæque tumescunt,
Vena resecta leuat, tenuis potusque, cibusque.
Eυæmia Plethoraque causa. *Pronus in hunc habitum est iuuenis, hilarisque ruborem*
Qui gerit in vultu, cui natura que ciboque
Vena tumet, facilis somnus, sine vita labore,
Cor, lecur & sanum, quod fons opifexque cruoris.
Adiuuat & tempus vernum, Zephyrique tepentes,
Et solitum sumi soluens mœrore falernum.

COMMENTARIVS.

1 SANGVIS αἷμα Græcis, humor est calidus humidus, dulcisque, colore ruber, qui reliquos humores, pituitam & vtramque bilē in se cōplectitur. Quum enim vniuersas corporis partes alat, carnosæ rubræque sincerum purumque sanguinē, albæ pituitosum: terrenę fœculentæque melancholicum: igneæ, tenues, magisque mobiles biliosū vt sibi magis cōueniens & familiare trahūt alimentum. Quod fieri nō posset si sincerus & vnus esset sanguis, nec constaret variis humoribus. Superat tamē portio puri sincerique sanguinis. Sed & pituita coctione dulcescit & vertitur in sanguinem: bilis vtraque retunditur, fitque sanguinis permitione benignior. Ita sanguis etsi mixtus, dulcis est, vt cedat in omnium corporis partium alimentum: nutrimur quippe dulcibus. Vt vero sanguis quatuor constat humoribus: sic exquisite bonus est a moderata temperie quatuor elementorum. *Quid Sanguis.* *Sanguis non solus nutrit.*

2 Plethora, seu plenitudo, sanguinis est in vniuerso corpore redūdantia. Quæ duplex. Vna quidem ad vires, quū citrà tunicarum tēsionem exuperat sāguis, corporique grauis est. Ad vasa dicitur altera, qua cōtinentia vasa, seu venæ ita tenduntur, vt penè rūpātur. Posterior hæc species habitū facit Athleticū, quē citò solui iubet Hippocrates depletione per venæ sectionem, metu ruptionis vasorum ob tensionem, aut extinctionis nativi caloris ob denegatā perspirationē. Minuetur enim Phlebotomia sanguis, calorque quam antè minùs opressus ventilabitur. *Plethora quid & quotuplex.* *Aph. 3. lib. 1. Aph.*

3. Omnis color similis humori, cuius dominatu corpus tenetur, efflorescere solet, cùm in omni cute, tùm in facie. Quū enim hæc tenuis raraque sit, vapores sursum elatos propriùs & faciliùs excipit. Ita rubet in plethora facies ab exuperātia sanguinis: vt pallet a bile, nigricat a melancholia, subrumet & albicat a pituita redundante, rubet immixto cādore, quando pituitæ iusta proportio iuncta sanguini est, quæ illius feruorem temperans euæmiā seu sanguinis bonitatem facit, & Corpus εὐ κρατον, seu bene temperatum. Placida tum mens est, somnusque spectris hilaribus & risu plenus, à blandis vapotibus in Cerebrum elatis. *Cur color vultus humoris dominatum indicat.*

4 In plenitudine validè pulsant plenæque sentiūtur quum tanguntur arteriæ, quia plenæ vaporoso spiritu. Spiritus enim materia sanguis est, qui viget in Plethora. Sed & venæ pleniores ex copia sanguinis quem continent, nonnihil per anastomosin transfundunt in arterias, nisi humores admodū crassi viscosique sint, vt fere fit in Plethora cacochymica. Tùm etiam in leui labore difficultas spirandi est, quia musculi thoracis pigri sunt, nec facilè dilatantur, quia turgidi plenique sanguine. Estque respiratio frequentior ob vsum: minor verò quoniam arctatur interna thoracis capacitas. Plenis etiam in vniuerso corpore musculis fit spontanea lassitudo. *Cur arteriæ valde pulsant in Plethora.* *Spiritus materia sanguis.* *Cur spirandi difficultas, & spontanea lassitudo.*

FLAVÆ BILIS EXVPERANTIS signa causæque.

CAPVT .III.

Bilis flauæ signa.

QVVM superat bilis, similis color icterorum est,
Sicca cutis, solitusque in ea calor acer & vrens
Admotam mordere manum: caro subdita pauca,
Effera mens, vltrix, subitam procliuis in iram,
Et breuis implacidusque sopor: vehemensque, frequensque,
Plenaque sentitur compresso arteria carpo.
Acre caui renes lotium flauumque profundunt,
Cui sit hypostha seos minimum. Si pustula fœdat
Vlla cutem: vel si vomitu motuve per aluum
Sordida fœx manat, croceo micat illa colore.
Frigida et vda iuuant, & quum se felle repurgat,
Fert facilè id natura, leuamen & vtile sentit.

Causæ bilis. Pronior in bilem vigil est, raroque cibari
Qui solet & parcè, qui se mœroribus implet:
Vir, iuuenis, calido qui degit in aëre crebrò,
Qui calidus siccusque fuit simul hausit vt auras.
Qui sese exercet nimium: nec vt ante solebat
Sponte vel arte potest remorantem excludere bilem.

COMMENTARIVS.

Quid bilis & eius differentia.

XOλὴ, seu bilis ac fel, humor est calidus siccus. Qui duplex est: naturalis & præter naturam. Qui naturalis, sanguini mixtus vtilis est alendo corpori, colore flauus, citrinus aut subpallidus, amarus sapore, cõsistẽtia tenuis, flori vini similis, & bilis simpliciter appellatur. Qui præter naturã, addito nomine pallida, vitellina, æruginosa, porracea, rubra, ἰσατώδης, seu glastea bilis nuncupatur: nominibus pro vario colore distinctis. Flaua quæ propiùs ad naturam accedit, commune nomen est

omnium. Quæ quum exuperat, corpus quidem omne suo colore tingit, vt in cætero, sed imprimis, magisque conspicuè faciem & oculos. Hos quidem ob natiuum adnatæ tunicæ candorem, cuius alteratio vel minima visu deregitur: faciem verò ob raritatem ac tenuitatem eius loci cutis.

Cur flauus bilis exuperans faciem & oculos imprimis tingere videatur.

2 Cutis naturaliter constituta quum optimè temperata sit, ex carne molli, neruoque duro constans, proindeque duri mollisque, & humidi siccique medium occupauerit, excellens cuiusque continuò fit particeps, vt ex eius contactu liceat de corporis vniuersi temperamento iudicare. Quare bilioſi calidi siccique sunt ad tactum dominante bile: quæ calida, sicca, & a caloris exuperantia pariter acris ac mordax est. A qua bilioſi quoque macilenti sunt, quia sanguis in his acrior, ideoque minùs alibilis. Sed & ideo minùs adipoſi carnoſique, quia calor & siccitas in eis exuperans humiditatem ebibit, nec ideo permittit sanguinem in adipem facescere, aut multum liquorem solidis adhærescere fibris, vt ex eo concreto carnoſa fiat substantia. Ebibit etiam, & absumit eorum humidum ignis, quo sanguis in arterijs feruens ac bullans vehementem ac frequentem pulsum excitat.

Cur acute de temperamento iudicium exsistat.

Cur bilioſi macilenti.

Cur vehemens frequensque pulsus.

3 Ira omnisque ferocitas & audacia perturbationes animi sunt, eam facultatem spectantia, quæ θυμοειδὴς, Græcis, nobis irascibilis & animoſa dicitur, quæ Cordis est. Cor vero viscerũ omniũ calidissimũ bile dominante maximo ardet incendio. Quare tùm eius sedis affectus, qui rationis sunt impotes magis exurgunt vimque suam exsuscitant. Sed & calor ex eo subditisque partibus in corporis arcem euolat, vndè continuæ vigiliæ, vel somni breuitas. Nulla namque aut certè pauca fit euaporatio, quam anathymiasin vocant, ex qua cerebrum irroretur & humescat: sine qua nec longus, nec placidus somnus potest obrepere.

Affectus animi vehementes à corde.

Cur in bilis exuperantia vigiliæ.

4 Bile scit magna ex parte bile dominãte sanguis. Hinc vrina quæ sanguinis serum est, colore flauo perfunditur. Flauus item vomitus, ac deiectiones, quia qualis sanguis, tales humores & excrementa. Porrò bilis si non excernitur, & in cerebro reſider, vigilias excitat, & deliria rixarum & iracundiæ plena. Si in ore ventriculi, sitim, nauſeam, inappetentiam, oris amarorem, animi defectionem parit, vt in inteſtinis, dyarrhœam, dyſenteriã, in cute carbunculos, herpetes, erysipelata. Hanc igitur excerni sponte vel cholagogo pharmaco, vomitu ve perutile.

Cur in bilioſis vrina, vomitus, deiectiones que flauescunt.

Varię bilis pro variis ſedibus quas occupat effectus.

5 Crassior vrinæ portio caloris insiti vi secreta hypoſthaſis est. Quum autem bilis tenuissima sit, ea reliquos humores in corpore superante materia crassa vel nulla, vel pauca est. Vnde è sequitur vrinam quæ tunc excernitur, aut nullum aut exiguum habere sedimentum. Commendatur autem hypoſtaſis alba, lævis & aqualis.

Quid hypoſtaſis, & quæ laudabilis.

MELANCHOLIÆ DOMINANTIS signa, causæque.

CAPVT IV.

Signa melãcholiæ.

FVSCVS ei color est nigra qui bile redundat,
Corporis & gracilis totius & arida moles.
Horrid' aspectus, vaga mẽs, nõ garrula lingua.
Ingeniũ solers, & mœror acerbus, & horror
Exanguis, trepidusque, pauor qui nocte silenti
Sæuior, exagitat pulla sub imagine mentem.
Sæpe canina viget, citò nec sedatur orexis,
Et ructus fiunt acidi, pulsatio rara
Lentaque: quodque serum madidis à renibus exit
Albicat ac tenue est, interdum liuet: & atrum
Meijtur & crassum. Cutis est vitiligine nigra,
Aut scabie conspersa. Hæmorrhois exit in ano,
Hæmorrhois à sanguinis fluxu sic dicta, venarũ est in ano dilatatio, velut in crure varix.
Vel varix in crure, tumens in sede mariſca,
Mariscæ ἠθμοὶ seu fimus tuberculum est in sede rotundum, vlcerosum, durũ, rubrum, doloris particeps.
Cancer-ue in mammis. Cibus hic qui flatibus implet
Noxius: Euchymus bonus est, illimis & vnda
Plurima, quæ tenui fuerit permixta lyæo.
Pharmacaque illa iuuant, ducunt quæ nigra per aluum.
Cause melancholiæ.
Cui siccum gelidumque Jecur cum Corde, Lienque
Debilis obstructusque, huic humor adustus abundat,
Assiduis vt qui curis vigilique seuerus
Jncumbit studio, superos vt mente capessat,
Terrenis-ve inhiet rebus: qui vina propinat
Crassa & rubra: cibo qui sese & carne saginat
Terrestri, sale condita: cui nulla per anum,
Nec cruris venas, vteri neque nigra feruntur:
Præcipue si quis senior, si frigidus annus,
Aut calidus siccusque, & inæquales autumni.

COMMENTARIVS.

1 MELANCHOLIA frigidus ac siccus humor est. Qui duplex: vnus naturalis, crassus, fæculentus ac niger, alioquin benignus, & ex eorum humorum numero, qui sanguini miscentur ad corporis nutritionem, vinorum crassorum fæci similis qui μελαγχολικὸς χυμὸς, seu melancholicus succus appellatur. Alius præter naturã crassus etiam at niger, ac redditus vstione mordax, acidus, acerbus, splendidus, exedens, qui effusus in terram ebullit, eamque fermenti & aceri instar attollit, insuauis prorsus & sic ingratus, vt hunc nullum gustare audeat animal: ita denique ferinus, vt quod canis excitat, nullam omninò recipiat sanationem, qui μέλαινα χολὴ ἀκρήτος, seu atrabilis exquisita dicitur, de qua sic loquitur Hippocrates, *morbis quibus vis incipientibus si atrabilis infrà supra ve exierit, pernicio osum.* Et alibi, *dysenteria si ab atrabile incipit, lethale.* Quo fit vt idem occultos cancros attingere veter, quos ab atra bile nasci certum est. Corpus verò melancholicorum, colore fœsceum, obscurum, ac nigricans est, humoris melancholici tenuissima portione in cutem effusa: quod in ictero nigro solet esse conspicuum.

Melancholia quid & quotuplex.

Aph. 22. & 22. lib 4. Aph. 38. lib 6.

Melancholicorum color.

2 Graecitatis causæ sunt victus & humorum tenuitas, raritas corporum, digerentis vel nutrientis, vel ambarum facultatum naturalis imbecillitas, & intemperies sicca. Postrema graciles facere solet melancholicos, vt & curæ perpetuò ferè comites. Sed et melancholicorum corpus vt plurimum exsuccum est et aridum, quia partes aluntur adusto, fœculento, ideo sicciore sanguine. Est aspectus etiam ac vultus horridus, quia rugosus ob temperamenti siccitatem.

Graecitatis causæ.

3. Melancholicorum vaga mens est ob agitationem spirituum animalium. Agitantur verò spiritus à flatibus, quorum maximus in ijs prouentus est, à toto quidem corpore fuscitatis, sed potissimũ è præcordijs. Non tamen quæ mente agitant flat m effundunt, neque garrulis, sed taciturni sunt. Mens enim eorum varia rerum imagine confunditur, vndè mœrent, metuunt, que, vitamque sibi tam acerb imputant, vt mortem exoptent, sibique violentas interdum adferant manus. Sunt autem ingenioli: si quidem intelligẽtiæ causa siccitas est ignea, vnde dicebat Heraclitus splendorem siccum animum esse prudẽtissimum. Imprimis autem hi sunt ingenioli qui ab aduste bile, non ferina sunt melancholici.

Cur melancholici graciles, exsangues, horridi aspectus & rugosi.

Cur melancholicorum vagamenti, & ijdem ingenioli taciturnique.

Intelligentiæ causa.

4. Mœror est opinio mali præsentis, vt futuri metus. Vtriusque causæ multæ sunt. Sed in melancholicis, qui eos affectus perpetuò comites habent, et sic insitos, vt omnes animi motus ad eos referãtur et conuertantur, vna est spirituũ obscuritas. Vt enim spiritus splẽdidi recreãt, speque beant animum, ita caligantes deijciũt sine rerum expectatione meliorum. Hinc eis in somnis obuersantur fumorum rerumque nigrarum imagines vt squalidorum hominũ plãctamata, mortuorũ è sepulchro surgentiũ fletę voces, cæque lugubres, et alia generis eiusdem metus, mœstitiæque plena. Quorum causa est fuliginosus aterque vapor è subiectis partibus in mentis sedem irrepens, aut ibi genitus.

Quid mœror & metus, & eorum præcipua causa.

Quid appetentia.

5 Appetentia, quam orexin dicunt, plenitudinis desiderium est, ortum habens a penurię sensu. Quæ deprauatur si modũ excedit, & canina vocatur appetentia, quùm ab acidis humoribus ventriculus infestatur, aut vniuersum corpus exhaustum assiduo egeat alimento. Sed melancholicis canina fames est ab acido humore, per vas breue in vẽtriculum effluẽte, & tosionem suctui analogam inducente: vel a sola refrigeratione vẽtriculi, quæ quum inanitionis sensum adferat, ad famem excitãdam potest plurimùm. Refrigerationis verò ventriculi nota tuctus est acidus, illis, vt pote flatu distendi solitis frequens.

Quid appetentia canina.

Quid Lien.

6 Lien, pars corporis est rara, spongiosa, nigricans; seu parenchyma nigri fœculentique sanguinis, ventriculo ad sinistrum hypochondriũ incumbens. Qui melancholici succi copia tumens, exonerat vt plurimùm sese per intestina vel per vesicam. Per intestina quidem naturaliter & sæpius: per vesicam rariùs, & veluti modo critico. Quam viã quũ affectat solutis obstructionibus, vrina crassa est, insuperque liuida, virescens aut nigra. Qui colores non periculum denuntiant ijs, quibus Lien intumescebat, quibus suppressi menses, aut alius quispiam melancholicus erat affectus: Sed aliquandò morbi solutionem, maximéque si nulla febris, nec vllum symptoma graue est, vt in quibusdã experti sumus: aliàs malum. Virescens enim & liuidus color imbecillitatem summam natiui caloris, niger extinctionem portẽdit. Quod certissimum esse putes, si vitium imbecillitas, acuta febris, & tenuis vrina cernitur. Albens autem ac tenuis vrina, vel obstructionis, vel imbecillæ coctionis est signum.

Albens ac tenuis vrina quid indicat.

Quid cibus Euchymus, & quis.

7 Euchimus seu boni succi cibus est qui in ventriculo probè coquitur, qualis hædina, vitulina, suilla caro, gallinarum, phasianorum, perdicum, columbarum, merularum, turdorum, turturum, passerum, reliquorumque, quæ in omnis excessus mediocritate consistunt, vt & ouum tremulum & sorbile. Piscis item sexatilis, pelagicus, littoralis omnis, qui nec insuaue nec odoris mali, nec glutinosum quicquam in gustu repręsẽtat, qualis asellus, murena, gobius, aliique de quibus alibi dicturi sumus. Panis etiam siligineus, similaceus, & vinum generosum quidem ac lene sed lympha dilutum. Id enim inter cibos referre cũ Galeno placet, cum id omne quod alit cibus sit: id autem alat citissimè. Addo, quod si quibusdam naturis, melancholicis imprimis conducit vinum. Nam mœrorem discutit, quia cardiacum, & frigidum siccumque temperat humorem, quia calidum humidum. Cautè tamen atrabilarijs & maniacis dandum, si dandum: quia caput tentat, feritque, suoque calore sopitum ignem excitat in furias.

Lib 1. de Alimentis Vmidores, & noxæ.

SIGNA CAVSÆQVE PHLEGMATIS, seu pituitæ dominantis.

CAPVT V.

Signa pituitæ.

VVM pituita grauat, facies cum corpore toto
Albicat, interdùm liuet, plumbi ve colorem
Fœda refert, mollis cutis est & frigida tactu.
Corporis ampla tumet moles pinguedine laxa,
Mollescit paruo lentoque arteria pulsu.
Albet id aut liuet quicquid vesica profundit,
Nunc tenue, & crassum modò, confusumque, quod ima
Parte sui multum est. Vomitu motu ve per aluum
Erumpit pituita, madoreque corpus inerti
Diffluit, hique vigent qui sunt à phlegmate morbi.
Mens hebes est, sensusque grauis, somnusque profundus.
Nubis hyperboreæ, vel aquæ sunt plena tumentis
Somnia, tardi sunt obcundæ ad munia gressus.
Phlegma subire vias queis se natura repurgat
Vtile, conueniunt calidi potusque cibique.

Causæ pituitæ dominantis.

Natura Iecur humidius, Cor, atque Cerebrum,
Frigidiusque parit numerosum phlegma, notusque.
Deses vita, frequens somnus, cibus humidus, vsus
Creber aquæ, acris hyems, senium, gula, vitaque in vdo
Acta solo, gelidoque diu consueta sub axe,
Et cessans quæ per nares aluumque solebat,
Per sputum vomitumque priùs pituita moueri.

COMMENTARIVS.

Pituita, frigidus, humidus, crassus, lentus & albus humor.

PITVITA, quæ temperamento frigida humida, consistentia tenax, crassa, lentaque, alba colore, triplex: dulcis, acida, salsa. Prima, naturalis est humor, contentus in venis qui per se ἄποιος, seu qualitatis expers & insipidus tempore dulcescit, & coctione transit in sangui-

nem. Acida salsaque præter naturam sunt: illa quidem ab ingenti nata frigore, cruda penitus: hæc autem ab externo calore putrida. Quartam addit Galenus vitro fuso simulem, vitream ideo nominari solitam, adeo frigidam, vt vbicunque sit, dolores moueat acerbissimos, quæ sub acida potest contineri.

Lib. 2. de differens febrium.

2 Per pinguedinem, adipem hic intelligimus. Etsi sic inter se differunt, quod illa mollior: hæc crassior. Et pinguedo celeriter in ignem posita liquescit, neque rursùm vbi liquata fuit facilè cogitur. Adeps verò non facilè funditur, fususque celerrimè congelatur. Hic vero fit ex pinguiore sanguinis portione per tenues venas, frigidis exanguibusque venis affusa, quarum vi, olei crassioris instar cogitur. Cuius magnam copiam pituitosi congerunt. Illis quippe minor est Cordis, reliquarumque partium calor, quam qui hùmidum pingue, quod in eorum corpore copiosum est, possit resoluere.

Qui ab adipe pinguedo discrepet.

Adipis generatio Pituitosi cur adiposi.

3 Pituita redundante mollior pulsus; ob humidum Cordis, vt totius corporis temperamentum Parvus, quia Cor frigidius: ideoque sunt pituitosis exiles arteriæ venæque, quum & hi minus habeant sanguinis, & ex consequenti minus vitæ, ex Hippocratis Aphorismo 44. lib 2. Tardus vero pulsus, quia minima morus arteriarum necessitas est Cerebrum etiam hebes, somnique multi, quia si corpus vniuersum redditur humidum à pituitæ dominatu, multò magis id, pituitæ fons & scaturigo. Sunt & tùm insomnia plena grandinis, imbrium, aquarum, vt ignis & incendij redundante bile: rubri rufique coloris dominante sanguine, melancholia fusci: fœtoris quum humorum in corpore putredo est. Ex his nàmque sopitis in somno sensibus, offerre se menti, quæ numquam ociatur, eorum imagines & spectra congruit, quæ referant humoris in corpore dominatum Et vt animi mores corporis temperamenta sequũtur: sic animo, quo maximè tempore liberior est, vt in somno, humorum redundantium ideas obseruari consentaneum est.

Cur à pituita pulsus mollis, parvus, tardus, Cerebrum hebes, somnus multus.

Qualia pituitosis, biliosis, sanguineis, melancholicis insomnia.

HVMORIS AQVOSI NOTÆ causæque.

CAPVT VI.

Humoris aquosi signa.

SI liquidæ dominentur aquæ, color omnis abibit
Floridus, inque genis & vultu luridus omni
Pallor erit, molliſque in eis, manibus pedibusque
Assurget tumor, & digito pars tacta prementi
Cedet, in affectu veluti qui dicitur hydrops.
Abdomenque tumeas interdùm mole, meantis

Ac remeantis aquæ sonitum dabit: humor aquosus
Effluet in renes, et laxam crudus in aluum.
Mollis erit pulsus tardéque mouebitur: idem
Paruus erit, rarus, tenuique liquore madebit
Alba cutis, sine tussi erit & sputatio multa,
Mens hebes et sensus, sopor vt quum phlegma redundat.
Causa mali Iecur obstructum durum-ve, Lien-ve
Debilis obstructus-ve, aut scirrho durus vt Hepar:
Ventriculus-ve cibos gelido præfrigore praue
Conficiens, nimiusque cibi potusque madentis
Vsus, in his quibus est imprimis grandius æuum.
Si quis et assolitus sudor, vel aquosus ab aluo
Qui fluit ante fluor cessat, neque potibus exit
Respondens vrina, serum consurgit et hydrops.

Redundantis humoris aquosi causa

COMMENTARIVS.

Pituitæ duplex genus.

1 PITVITA quædam crassa lentaque, de qua priùs: quædam instar aquæ tenuis et liquida, ob id ὕδωρ. dicta veteribus. Qua dominante pallet vultus, reliquaque in textu posita signa consequuntur insiti caloris penuria, qua vera denegatur hæmatosis. Tùm enim viscera refrigerata sunt, maximeque Iecoris sanguifica facultas infirma, quæ reponit serum pro sanguine, quo manus pedesque, corpus etiam interdùm vt in Leucophlegmatia generali turget ædemate. Turget autem et attollitur ab humore seroso flatui permixto.

Oedema laxum, est albus indolensque tumor.

Quid abdomen eiusque diuisio. Comment. ad Aph. 35. lib. 2. Aph.

2 Abdomen ea corporis humani regio est, quæ à pube sursum versus ad præcordia peruenit: cuius pars inferior hypogastrium, vmbilicus media, superior hyponchondria continens Epigastrium appellatur. Quamuis Epigastrij nomine totum abdomen significari velit Galenus, qui tripartitâ id diuidit: in hypochondriũ partem superiorem, quam nos Epigastrium appellari proprie diximus, vmbilici regionem, et vnum ventrem, quem τὸ ἥπαρ, et hypogastrium ait nominari. Fluctuat autem abdomen, tactuque sonitum edit, quum exudauit è venis humor serosus flatus particeps in epiploi, peritonei, intestinorumque, quæ subiecta sunt abdomini seu ventri spatium. Quod quidem non semper, sed aliquando fit: nempè tùm quum ad Hepatis vel Renum obstructionem contumacé accedit venarum, quæ sub abdomine sunt laxitas. Nam ahâs ex habitu corporis interdùm in aluum aqua confluit, ob materiæ grauitatem, loci declinium situm, et sphincteris musculi laxitatem: interdum in renes,

Fluctuantis & sonantis abdominis causa.

Renum munus.

quorum munus est per emulgentes venas serum superuacaneum è genere venoso recipere, & in vesicam amandare.

FLATVS DOMINANTIS NOTÆ causæque.

CAPVT VII.

Signa flatus

TENSIVI Colum, flatu dominãte, dolores
Ventriculumque premunt, corpusque per omne vagantur:
Fit ructus crepitusque frequens, tinnitus & auris:
Palpitat & membrum, celerique per aëra motu
Creditur in somnis tonitru-ve, aut turbine ferri.

Causa.

Quem creat humore ex crudo calor, haudque resoluit
Imbellis nimiùm, turbas ita concitat amens,
Corpora distendens quorum cauitate moratur,
Vt solet æolijs inclusus ventus in antris.

COMMENTARIVS.

Quid flatus.

FLATVS qui φῦσα, vapor est crassus ac turbidus, in omni caua corporis parte colligi solitus, in qua coloş imbecillus, humorque crudus est. Qui quanquàm πνεῦμα, seu spiritus ob quandam similitudinem appellari potest, longè tamen aliam habet essentiam. Spiritus enim, qui natura calidus & æthereus, miti blandoque calore perfusus, naturales in corpore motus ciet, authorque fit tuendæ sanitatis. Flatus autem errabundo motu corpus impetés, eisque partibus in quas irruit, dolorem ac molestiam inferés, varios vagosque præter naturã suscitat affectus. Dolorem verò tùm excitat, quùm per mẽbranas, neruosaque corpora fertur: tensionisque sensum inuehit, quia quùm aëris naturæ sit particeps, ideoque tenuis, ac mobilis, se in poros corporũ insinuat, eaque diducit, atque diuellit. Præcipua verò flatuum sedes intestinum crassum seu Colum est, quorum vi id nonnullis amplissimè dilatatum, dissectis corporibus sæpè vidimus. Est & Ventriculus, in quo non rarò crudi succi congeruntur, à quibus flatulenti spiritus excitati distẽdunt, & immanem excitant cruciatum, quod huius, vt Coli interior mẽbrana neruosa sit.

Differimen inter flatum & spiritũ.

Quando fit à flatu dolor ac tensio.

Quæ præcipua flatuũ sedes.

Vt

2 Vt in mundo venti cum impetu surgentes arbores impetunt, easque radicitus interdùm euellunt, onerarias naues in mari vel absorbent vndis dehiscentibus, aut scopulis illidunt, nautis incassùm pugnantibus. Sic flatus sine sede stabili per vniuersum corpus nonnumquam excitantur, qui vi tenuitateque sua corpus rarefaciunt, & carnes, ex Hippocratelibro de flatibus, findunt, vagisque ideò doloribus exercent, eò maioribus, quò plùs distendunt, & in partes magis sensibiles incumbunt. *Notanda comparatio.*

3 Ructus, flatus est per gulam & os excussus. Qui vel acidus est, imbecillo ventriculi calore cibos mutante quidem, at non vincente. Vel fumosus & nidorosus, igneo calore eosdem assante, vt ructus acidus frigidi, nidorosus calidi ventriculi nota sit. Crepitus verò, flatus est per rectum intestinum & anum exitus: qui vel sonorus, vel stridulus est, vt à materia flatulenta, sicciore, humidiore-ve conflatur, vel vt exitum facilem aut difficilem, aperto clauso-ve podice nanciscitur. *Quid ructus eiusque differentiæ.* *Quid crepitus, & eius species.*

4 Tinnitus aurium fit à flatulento spiritu, auditus organa, quæ sicca sunt & solida, membranea nimirùm & cartilaginea feriente. Collecto autem in membri cauitate crasso vaporosóque spiritu, nec exitum habente palpitatio nascitur: in qua pars palpitans huc illucque concutitur, attolliturque quùm dilatatur, compressáque deprimitur. Si verò flatuosi spiritus celeri blandoque motu cerebri corpus distendunt, insomnia fiunt instar rei currentis aut volantis. Sin agminatim ac vi concurrunt, instar turbinis aut tonitrus. *Tinnitus aurium vndè.* *Palpitationis causa.* *Flatus per somnum in Cerebro varij effectus.*

IMMINENTIS MORBI SIGNA, causæque.

CAPVT. VIII.

SI præter solitum macies, aut corpus obesum, *Ingruentis morbi signa.*
Aut calor aut grauitas, aut somnia plena tumultus,
Eque breui sommo sopor, aut cutis vlcere fœda est,
Fertur & in pectus, ceruicem, crura, genu-ve
Sudor iners, animus languet, fit debile corpus,
Et dolor aut oculos tenet, aut præcordia, pectus,
Aut capitis venas, horror-ve perambulat artus,
Spiritus aut grauis est, repetitus-ve oris hiatus,
Affore prædicas, vel adesse in limine morbum.
Exuperat quia tunc humor: nimius-ve, malus-ve. *Causa.*

EVAEMIÆ, SEV BONITATIS sanguinis, & Polyæmiæ, seu Plethoræ signa causæque.

CAPVT II.

SANGVIS *Vbi bonus est, & in hoc symmetria quædam*
Humorum, facies apparet læta, ruborem
In niueo candore gerens, vt rubra videntur
Lilia mixta rosis, mens est tranquilla, vigorque
Corporis, in placido rident spectra omnia somno.
Vena quidem plena est, plenoque arteria motu
Pulsat, et à multo carnosa est sanguine moles,
Nil tamen in vitio est. Sed vbi Plethora, dolor fit
Ponderis obtusus, roseo distenta cruore
Vena premit, grauitasque omnes incumbit in artus.
Sudor ab incessu citò fit, grauis atque profundus
Somnus habet, facies rubicunda vt purpura turget.
Plenior est, magnusque, manumque ferire suetus
Pulsus, & à minimo sequitur dispnœa labore.
Brachia, crura, manus, & carnea quæque tumescunt,
Vena resecta leuat, tenuis potusque, cibusque.
Pronus in hunc habitum est iuuenis, hilarisque ruborem
Qui gerit in vultu, cui natura que ciboque
Vena tumet, facilis somnus, sine vita labore,
Cor, lecur & sanum, quod fons opifexque cruoris.
Adiuuat & tempus vernum, Zephyrique tepentes,
Et solitum sumi soluens mœrore falernum.

Euæmia signa.

Plethoræ signa.

Euæmia Plethoraque causa.

COMMENTARIVS.

1 SANGVIS αἷμα Græcis, humor est calidus humidus, dulcisque, colore ruber, qui reliquos humores, pituitam & vtramque bilē in se cōplectitur. Quum enim vniuersas corporis partes alat, carnosæ rubræque sincerum purumque sanguinē, albæ pituitosum: terrenę fœculentæque melancholicum: igneæ, tenues, magisque mobiles biliosū vt sibi magis cōueniens & familiare trahūt alimentum. Quod fieri nō posset si sincerus & vnus esset sanguis, nec constaret variis humoribus. Superat tamē portio puri sincerique sanguinis. Sed & pituita coctione dulcescit & vertitur in sanguinem: bilis vtraque retunditur, fitque sanguinis permitione benignior. Ita sanguis etsi mixtus, dulcis est, vt cedat in omnium corporis partium alimentum: nutrimur quippe dulcibus. Vt vero sanguis quatuor constat humoribus: sic exquisite bonus est a moderata temperie quatuor elementorum.

Quid sanguis.

Sanguis non solus nutrimentum.

2 Plethora, seu plenitudo, sanguinis est in vniuerso corpore redūdantia. Quæ duplex. Vna quidem ad vires, quū citrà tunicarum tēsionem exuperat sāguis, corporique grauis est. Ad vasa dicitur altera, qua cōtinentia vasa, seu venæ ita tenduntur, vt penè rūpātur. Posterior hæc species habitū facit Athleticū, quē citò solui iubet Hippocrates depletione per venæ sectionem, metu ruptionis vasorum ob tensionem, aut extinctionis natiui caloris ob denegatā perspirationē. Minuetur enim Phleborotomia sanguis, calorque quam antè minùs opressus ventilabitur.

Plethora quid, & quotuplex.

Aph. 3. lib. 1. Aph.

3. Omnis color similis humori, cuius dominatu corpus tenetur, efflorescere solet, cùm in omni cute, tùm in facie. Quū enim hæc tenuis raraque sit, vapores sursum elatos proptiùs & faciliùs excipit. Ita rubet in plethora facies ab exuperātia sanguinis: vt pallet a bile, nigricat a melancholia, subrumet & albicat a pituita redundante, rubet immixto cādore, quando pituitæ iusta proportio iuncta sanguini est, quæ illius feruorem temperans euæmiā seu sanguinis bonitatem facit, & Corpus εὐ κρατον, seu bene temperatum. Placida tum mens est, somnusque spectris hilaribus & risu plenus, à blandis vapotibus in Cerebrum elatis.

Cur color vultus humoris dominatum indicat.

4 In plenitudine validè pulsant plenæque sentiūtur quum tanguntur arteriæ, quia plenæ vaporoso spiritu. Spiritus enim materia sanguis est, qui viget in Plethora. Sed & venæ pleniores ex copia sanguinis quem continent, nonnihil per anastomosin transfundunt in arterias, nisi humores admodū crassi viscosique sint, vt fere fit in Plethora cacochymica. Tùm etiam in leui labore difficultas spirandi est, quia musculi thoracis pigri sunt, nec facilè dilatantur, quia turgidi plenique sanguine. Estque respiratio frequentior ob vsum: minor verò quoniam arctatur interna thoracis capacitas. Plenis etiam in vniuerso corpore musculis fit spontanea lassitudo.

Cur arteriæ valde pulsant in Plethora

Spiritus materia sanguis

Cur spirandi difficultas & spontanea lassitudo.

FLAVÆ BILIS EXVPERANTIS signa causæque.

CAPVT III.

Bilis flauæ signa.

QVVM *superat bilis, similis color icter icorum est,*
Sicca cutis, solitusque in ea calor acer & vrens
Admotam mordere manum: caro subdita pauca,
Effera mens, vltrix, subitam procliuis in iram,
Et breuis implacidusque sopor: vehemensque, frequensque,
Plenaque sentitur compresso arteria carpo.
Acre caui renes lotium flauumque profundunt,
Cui sit hypostha seos minimum. Si pustula fœdat
Vlla cutem: vel si vomitu motuve per aluum
Sordida fœx manat, croceo micat illa colore.
Frigida & vda iuuant, & quum se felle repurgat,
Fert facilè id natura, leuamen & vtile sentit.

Causæ bilis. *Pronior in bilem vigil est, raroque cibari*
Qui solet & parcè, qui se mœroribus implet:
Vir, iuuenis, calido qui degit in aëre crebrò,
Qui calidus siccusque fuit simul hausit vt auras.
Qui sese exercet nimium: nec vt ante solebat
Sponte vel arte potest remorantem excludere bilem.

COMMENTARIVS.

Quid bilis & eius differentiæ.

XOλὴ, seu bilis ac fel, humor est calidus siccus. Qui duplex est: naturalis & præter naturam. Qui naturalis, sanguini mixtus vtilis est alendo corpori, colore flauus, citrinus aut subpallidus, amarus sapore, cõsistẽtia tenuis, flori vini similis, & bilis simpliciter appellatur. Qui præter natũrã, addito nomine pallida, vitellina, æruginosa, porracea, rubra, ἰσατώδης, seu glastea bilis nuncupatur: nominibus pro vario colore distinctis. Flaua quæ propiùs ad naturam accedit, commune nomen est

omnium. Quæ quum exuperat, corpus quidem omne suo colore tingit, vt in ictero, sed imprimis, magisque conspicuè faciem & oculos. Hos quidem ob natiuum adnatæ tunicæ candorem, cuius alteratio vel minima visu deregitur: faciem verò ob raritatem ac tenuitatem eius loci cutis.

Cur flaua bilis exuperans faciem & oculos imprimis tingere videtur.

2 Cutis naturaliter constituta quum optimè temperata sit, ex carne molli, neruoque duro constans, proindeque duri mollisque, & humidi siccique medium occupauerit, excessus cuiusque continuò fit particeps, vt ex eius contactu liceat de corporis vniuersi temperamento iudicare. Quare biliosi calidi siccique sunt ad tactum dominante bile: quæ calida, sicca, & a caloris exuperantia pariter acris ac mordax est. A qua biliosi quoque macilenti sunt, quia sanguis in his acrior, ideoque minùs alibilis. Sed & ideo minùs adiposi carnosique, quia calor & siccitas in eis exuperans humiditatem ebibit, nec ideo permittit sanguinem in adipem facessere, aut multum liquorem solidis adhærescere fibris, vt ex eo concreto carnosa fiat substantia. Ebibit etiam, & absumit eorum humidum ignis, quo sanguis in arterijs feruens ac bullans vehementem ac frequentem pulsum excitat.

Cur acute de temperamento iudicium reddatur.

Cur biliosi macilenti.

Cur vehementi frequensque pulsus.

3 Ira omnisque ferocitas & audacia perturbationes animi sunt, eam facultatem spectantia, quæ θυμοειδὴς, Græcis, nobis irascibilis & animosa dicitur, quæ Cordis est. Cor vero viscerũ omniũ calidissimũ bile dominante maximo ardet incendio. Quare tùm eius sedis affectus, qui rationis sunt impotes magis exurgunt vimque suam exsuscitant. Sed & calor ex eo subditisque partibus in corporis arcem euolat, vndè continuæ vigiliæ, vel somni breuitas. Nulla namque aut certè pauca fit euaporatio, quam anathymiasin vocant, ex qua cerebrum irroretur & humescat: sine qua nec longus, nec placidus somnus potest obrepere.

Affectus animi vehementes à corde.

Cur in bilis exuperantia vigiliæ.

4 Bilescit magna ex parte bile dominãte sanguis. Hinc vrina quæ sanguinis serum est, colore flauo perfunditur. Flauus item vomitus, ac deiectiones, quia qualis sanguis, tales humores & excrementa. Porrò bilis si non excernitur, & in cerebro residet, vigilias excitat, & deliria rixarum & iracundiæ plena. Si in ore ventriculi, fitim, nauseam, inappetentiam, oris amarorem, animi defectionem parit, vt in intestinis, dyarrhœam, dysenteriã, in cute carbunculos, herpetes, erysipelata. Hanc igitur excerni sponte vel cholagogo pharmaco, vomitu ve perutile.

Cur in biliosis vrina, vomitus, deiectiones flauescunt.

Varie bilis pro variis sedibus quas occupat effectus.

5 Crassior vrinæ portio caloris insiti vi secreta hyposthasis est. Quum autem bilis tenuissima sit, ea reliquos humores in corpore superante materia crassa vel nulla, vel pauca est. Vndè sequitur vrinam quæ tunc excernitur, aut nullum aut exiguum habere sedimentum. Commendatur autem hyposthasis alba, lævis & aqualis.

Quid hyposthasis, & quæ laudabilis.

MELANCHOLIÆ DOMINANTIS signa, cauſæque.

CAPVT IV.

Signa melãcholiæ.

FVSCVS ei color eſt nigra qui bile redundat,
Corporis & gracilis totius & arida moles.
Horrid' aſpectus, vaga mẽs, nõ garrula lingua.
Ingeniũ ſolers, & mœror acerbus, & horror
Exanguis, trepiduſque, pauor qui nocte ſilenti
Sæuior, exagitat pulla ſub imagine mentem.
Sæpe canina viget, citò nec ſedatur orexis,
Et ructus fiunt acidi, pulſatio rara
Lentaque: quodque ſerum madidis à renibus exit
Albicat ac tenue eſt, interdum liuet: & atrum
Mejtur & craſſum. Cutis eſt vitiligine nigra,
Aut ſcabie conſperſa. Hæmorrhois exit in ano,
Hæmorrhois à ſanguinis fluxu ſic dicta, venarũ eſt in ano dilatatio, velut in crure varix.
Vel varix in crure, tumens in ſede mariſca,
Mariſcaque ἀπὸ τοῦ μύρτου ſeu myrtus tuberculum eſt in ſede rotundum, vlcerioſum, durũ, rubrum dolens participes Cauſæ melancholiæ.
Cancer-ue in mammis. Cibus hic qui flatibus implet
Noxius: Euchymus bonus eſt, illimis & vnda
Plurima, quæ tenui fuerit permixta lyæo.
Pharmacaque illa iuuant, ducunt quæ nigra per aluum.
Cui ſiccum gelidumque Jecur cum Corde, Lienque
Debilis obſtructuſque, huic humor aduſtus abundat,
Aſſiduis vt qui curis vigilique ſeuerus
Jncumbit ſtudio, ſuperos vt mente capeſſat,
Terreniſ-ve inhiet rebus: qui vina propinat
Craſſa & rubra: cibo qui ſeſe & carne ſaginat
Terreſti, ſale condita: cui nulla per anum,
Nec cruris venas, vteri neque nigra feruntur:
Præcipue ſi quis ſenior, ſi frigidus annus,
Aut calidus ſiccuſque, & inæquales autumni.

COMMENTARIVS.

1 MELANCHOLIA frigidus ac siccus humor est. Qui duplex: vnus naturalis, crassus, fæculentus ac niger, alioquin benignus, & ex eorum humorum numero, qui sanguini misceantur ad corporis nutritionem, vinorum crassorum fæci similis qui μελαγχολικὸς χυμὸς, seu melancholicus succus appellatur. Alius præter naturā crassus etiam at niger, ac redditus vstione mordax, acidus, acerbus, splendidus, exedens, qui effusus in terram ebullit, eamque fermenti & aceri instar attollit. Insuauis prorsus & sic ingratus, vt hunc nullum gustare audeat animal: ita denique ferinus, vt quod ab eo excitat, nullam omninò recipiat sanationem, qui μέλαινα χολὴ ἀκρίβης, seu atrabilis exquisita dicitur, de qua sic loquitur Hippocrates, *morbis quibus vis incipientibus si atrabilis infrà supra ve exierit, perniciosum.* Et alibi, *dysenteria si ab atrabile incipit, lethale.* Quo fit vt idem occultos cancros attingere veter, quos ab atrabile nasci certum est. Corpus verò melancholicorum, colore fœdum, obscurum, ac nigricans est, humoris melancholici tenuissima portione in cutem effusa: quod in ictero nigro solet esse conspicuum.

Melancholia quid & quotuplex.

Aph 21. & 22. lib 4. Aph. Aph 38. lib 6.

Melancholicorum color.

2 Graciliratis causæ sunt victus & humorum tenuitas, raritas corporum, digerentis vel nutrientis, vel ambarum facultatum naturalis imbecillitas, & intemperies sicca. Postrema graciles facere solet melancholicos, vt & curæ perpetuò ferè comites. Sed et melancholicorum corpus vt plurimum exuccum est et aridum, quia partes aluntur adusto, fœculento, i. leo sicciore sanguine. Est aspectus etiam ac vultus horridus, quia rugosus ob temperamenti siccitatem.

Graciliratis causa.

3. Melancholicorum vaga mens est ob agitationem spirituum animalium. Agitantur verò spiritus à flatibus, quorum maximus in ijs prouentus est, à toto quidem corpore suscitatis, sed potissimū è præcordijs. Non tamen quæ mente agitant statim effutiunt, neque garruli, sed taciturni sunt. Mens enim eorum varia rerum imagine confunditur, vndè mœrent, metuunt, que, vitamque sibi tam acerbam putant, vt mortem exoptent, sibique violentas interdum adferant manus. Sunt autem ingenioli: si quidem intelligētiæ causa siccitas est ignea, vnde dicebat Heraclitus splendorem siccum animum esse prudentissimum. Imprimis autem hi sunt ingenioli qui ab adusta bile, non ferina sunt melancholici.

Cur melancholici graciles exeant, horridi aspectus & rugosi. Cur melancholici vaga mente, & ijdem ingenioli sint. Intelligentiæ causa.

4. Mœror est opinio mali præsentis, vt futuri metus. Vtriusque causæ multæ sunt. Sed in melancholicis, qui eos affectus perpetuò comites habent, et sic insitos, vt omnes animi motus ad eos referātur et conuertantur, vna est spirituū obscuritas. Vt enim spiritus splēdidi recreāt, ita quos beant animum, ita caligino si deijciūt sine rerum expectatione meliorum. Hinc eis in somnis obuersantur fumorum rerumque nigrarum imagines vt squalidorum hominū phāsmata, mortuorū è sepulchro surgentiū fictæ voces, æque lugubres, et alia generis eiusdem metus, mœrores æque plena. Quorum causa est caliginosus aterque vapos è subiectis partibus in mentis sedem irrepens, aut ibi genitus.

Quid mœror & metus, & eorum præcipua causa.

Quid appetentia.

5 Appetentia, quam orexin dicunt, plenitudinis desiderium est, ortum habens a penurię sensu. Quæ depraua tur si modũ excedit, & canina vocatur appetentia, quùm ab acidis humoribus ventriculus infestatur, aut vniuersum corpus exhaustum assiduo eget alimento. Sed melancholicis canina fames est ab acido humore, per vas breue in vẽtriculum effluẽte, & tosionem fuctui analogam inducente: vel a sola refrigeratione vẽtriculi, quæ quum inanitionis sensum adferat, ad famem excitãdam potest plurimùm. Refrigerationis verò ventriculi nota ructus est acidus, illis, vt pote flatu distendi solitis frequens.

Quid appetentia canina.

Quid Lien.

6 Lien, pars corporis est rara, spongiosa, nigricans; seu parenchyma nigri fœculentique sanguinis, ventriculo ad sinistrum hypochondriũ incumbens. Qui melancholici succi copia turgens, exonerat vt plurimùm sese per intestina vel per vesicam. Per intestina quidem naturaliter & sæpius: per vesicam rarùs, & veluti modo critico. Quam viã quũ affectat solutis obstructionibus, vrina crassa est, insuperque liuida, virescens aut nigra. Qui colores non periculum denuntiant ijs, quibus Lien intumescebat, quibus suppressi menses, aut alius quispiam melancholicus erat affectus: Sed aliquandò morbi solutionem, maximéque si nulla febris, nec vllum symptoma graue est, vt in quibusdã experti sumus: aliàs malum. Virescens enim & liuidus color imbecillitatem summam natiui caloris, niger extinctionem portẽdit. Quod certissimum esse putes, si vitium imbecillitas, acuta febris, & tenuis vrina cernitur. Albens autem ac tenuis vrina, vel obstructionis, vel imbecillæ coctionis est signum.

Albens ac tenuis vrina quid indicat.

Quid cibus Euchymus, & quis.

7 Euchimus seu boni succi cibus est qui in ventriculo probè coquitur, qualis hædina, vitulina, suilla caro, gallinarum, phasianorum, perdicum, columbarum, merularum, turdorum, turturum, passerum, reliquorumque, quæ in omnis excessus mediocritate consistunt, vt & ouum tremulum & sorbile. Piscis item sexatilis, pelagicus, littoralis omnis, qui nec insuaue nec odoris mali, nec glutinosum quicquam in gustu repręsẽtat, qualis asellus, murena, gobius, aliique de quibus alibi dicturi sumus. Panis etiam siligineus, similaceus, & vinum generosum quidem ac lene sed lympha dilutum. Id enim inter cibos referre cũ Galeno placet, cum id omne quod alit cibus sit: id autem alat citissimè. Addo, quod si quibusdam naturis, melancholicis imprimis conducit vinum. Nam mœrorem discutit, quia cardiacum, & frigidum siccumque temperat humorem, quia calidum humidum. Cautè tamen atrabilarijs & maniacis dandum, si dandum: quia caput tentat, feritque, suoque calore sopitum ignem excitat in furias.

Lib 3. de Alimentis Vtendorum, & noxa.

SIGNA CAVSÆQVE PHLEGMATIS, seu pituitæ dominantis.

CAPVT V.

Signa pituitæ.

CVM pituita grauat, facies cum corpore toto
Albicat, interdùm liuet, plumbi ve colorem
Fœda refert, mollis cutis est & frigida tactu.
Corporis ampla tumet moles pinguedine laxa,
Mollescit paruo lentoque arteria pulsu.
Albet id aut liuet quicquid vesica profundit,
Nunc tenue, & crassum modò, confusumque, quod ima
Parte sui multum est. Vomitu motu ve per aluum
Erumpit pituita, madoreque corpus inerti
Diffluit, hique vigent qui sunt à phlegmate morbi.
Mens hebes est, sensusque grauis, somnusque profundus.
Nubis hyperboreæ, vel aquæ sunt plena tumentis
Somnia, tardi sunt obcunda ad munia gressus.
Phlegma subire vias queis se natura repurgat
Vtile, conueniunt calidi potusque cibique.
Natura Iecur humidius, Cor, atque Cerebrum,
Frigidiusque parit numerosum phlegma, notusque.
Deses vita, frequens somnus, cibus humidus, vsus
Creber aquæ, acris hyems, senium, gula, vitaque in vdo
Acta solo, gelidoque diu consueta sub axe,
Et cessans quæ per nares aluumque solebat,
Per sputum vomitumque priùs pituita moueri.

Causæ pituitæ dominantis.

COMMENTARIVS.

Pituita, frigidus, humidus, crassus, lituus & albus humor.

PITVITA, quæ temperamento frigida humida, consistentia tenax, crassa, lentaque, alba colore, triplex: dulcis, acida, salsa. Prima, naturalis est humor, contentus in venis qui per se ἄποιος, seu qualitatis expers & insipidus tempore dulcescit, & coctione transit in sangui-

nem. Acida salsaque præter naturam sunt: illa quidem ab ingenti nata frigore, cruda penitus: hæc autem ab externo calore putrida. Quartam addit Galenus vitro fuso similem, vitreum ideo nominari solitam, adeo frigidam, vt vbicumque sit, dolores moueat acerbissimos, quæ sub acida potest contineri.

Lib. 2. de differen. febrium.

2 Per pinguedinem, adipem hic intelligimus. Etsi sic inter se differunt, quod illa mollior: hæc crassior. Et pinguedo celeriter in ignem posita liquescit, neque rursum vbi liquata fuit facilè cogitur. At seps verò non facilè funditur, fususque celerrimè congelatur. Hic vero fit ex pinguiore sanguinis portione per tenues venas, frigidis ex anguibusque venis affusa, quarum vi, olei crassioris instar cogitur. Cuius magnam copiam pituitosi congerunt. Illis quippe minor est Cordis, reliquarumque partium calor, quam qui hûmidum pingue, quod in eorum corpore copiosum est, possit resoluere.

Qui sit ab adipe pinguedo discrepet.

Adipis generatio. Pituitosi cur adiposi.

3 Pituita redundante mollior pulsus; ob humidum Cordis, vt totius corporis temperamentum. Parvus, quia Cor frigidius: ideoque sunt pituitosis exiles arteriæ venæque, quum & hi minus habeant sanguinis, & ex consequenti minus vitæ, ex Hippocratis Aphorismo 44. lib. 2. Tardus vero pulsus, quia minima motus arteriarum necessitas est. Cerebrum etiam hebes, somnique multi, quia si corpus vniuersum redditur humidum à pituitæ dominatu, multò magis id, pituitæ fons & scaturigo. Sunt & tùm insomnia plena grandinis, imbrium, aquarum, vt ignis & incendij redundante bile: rubri rufique coloris dominante sanguine, melancholia fusci: fœtoris quum humorum in corpore putredo est. Ex his nàmque sopitis in somno sensibus, offerre se menti, quæ numquam occurrerunt, eorum imagines & spectra congruit, quæ referant humoris in corpore dominatum. Et vt animi mores corporis temperamenta sequũtur: sic animo, quo maximè tempore liberior est, vt in somno, humorum redundantium ideas obseruari consentaneum est.

Cur à pituita pulsus mollis, parvus, tardus. Cerebrum hebes, somnus multus.

Qualia pituitosis, biliosis, sanguineis, melancholicis insomnia.

HVMORIS AQVOSI NOTÆ causæque.

CAPVT VI.

Humoris aquosi signa.

Si liquidæ dominentur aquæ, color omnis abibit
Floridus, inque genis & vultu luridus omni
Pallor erit, molliſque in eis, manibus pedibusque
Assurget tumor, & digito pars tacta prementi
Cedet, in affectu veluti qui dicitur hydrops.
Abdomenque tumeas interdùm mole, meantis

Ac remeantis aquæ sonitum dabit: humor aquosus
Effluet in renes, et laxam crudus in aluum.
Mollis erit pulsus tardéque mouebitur: idem
Paruus erit, rarus, tenuique liquore madebit
Alba cutis, sine tussi erit & sputatio multa,
Mens hebes et sensus, sopor vt quum phlegma redundat.
Causa mali Iecur obstructum durum-ve, Lien-ve
Debilis obstructus-ve, aut scirrho durus vt Hepar:
Ventriculus-ve cibos gelido præ frigore praue
Conficiens, nimiusque cibi potusque madentis
Vsus, in his quibus est imprimis grandius æuum.
Si quis et assolitus sudor, vel aquosus ab aluo
Qui fluit ante fluor cessat, neque potibus exit
Respondens vrina, serum consurgit et hydrops.

Redundantis humoris aquei causa

COMMENTARIVS.

Pituita duplex genus.

1 PITVITA quædam crassa lentaque, de qua priùs: quædam instar aquæ tenuis et liquida, ob id ὕδωρ, dicta veteribus. Qua dominante pallet vultus, reliquaque in textu posita signa consequuntur insiti caloris penuria, qua vera denegatur hæmatosis. Tùm enim viscera refrigerata sunt, maximeque Iecoris sanguifica facultas infirma, quæ reponit serum pro sanguine, quo manus pedesque, corpus etiam interdùm vtin Leucophlegmatia generâli turget ædemate. Turget autem et attollitur ab humore seroso flatu permixto.

Oedema laxus, est albus indolensque tumor.

Quid abdomen cuique dimisio.

Comment. ad Aph. 55. lib. 2. Aph.

Fluctuantis & sonantis abdominis causa.

2 Abdomen ea corporis humani regio est, quæ à pube sursum versus ad præcordia peruenit: cuius pars inferior hypogastrium, vmbilicus media, superior hyponchondria continens Epigastrium appellatur. Quamuis Epigastrij nomine totum abdomen significari velit Galenus, qui trifariâ id diuidit: in hypochondriû partem superiorem, quam nos Epigastrium appellari proprie diximus, vmbilici regionem, et imum ventrem, quem τὸ ἧτρον, et hypogastrium ait nominari. Fluctuat autem abdomen, tactuque sonitum edit, quum exudauit è venis humor serosus flatus participes in epiploi, peritonei, intestinorumque, quæ subiecta sunt abdomini seu ventri spatium. Quod quidem non semper, sed aliquando fit: nempè tùm quùm ad Hepatis vel Renum obstructionem contumacè accedit venarum, quæ sub abdomine sunt laxitas. Nam alias ex habitu corporis interdùm in aluum aqua confluit, ob materiæ grauitatem, loci declinium situm, et sphincteris musculi laxitatem: interdum in renes.

Renum munus.

2 Vt in mundo venti cum impetu surgentes arbores impetunt, easque radicitus interdùm euellunt, onerarias naues in mari vel absorbent vndis dehiscentibus, aut scopulis illidunt, nautis incassùm pugnantibus. Sic flatus sine sede stabili per vniuersum corpus nonnumquam excitantur, qui vi tenuitateque sua corpus rarefaciunt, & carnes, ex Hippocratelibro de flatibus, findunt, vagisque ideò doloribus exercent, eò maioribus, quò plùs distendunt, & in partes magis sensibiles incumbunt. *Notanda comparatio.*

3 Ructus, flatus est per gulam & os excussus. Qui vel acidus est, imbecillo ventriculi calore cibos mutante quidem, at non vincente. Vel fumosus & nidorosus, igneo calore eosdem assante, vt ructus acidus frigidi, nidorosus calidi ventriculi nota sit. Crepitus verò, flatus est per rectum intestinum & anum exitus: qui vel sonorus, vel stridulus est, vt à materia flatulenta, siccciore, humidiore-ve conflatur, vel vt exitum facilem aut difficilem, aperto clauso-ve podice nancisci tur. *Quid ructus cuiusque differentia.* *Quid crepitus, & eius species.*

4 Tinnitus aurium fit à flatulento spiritu, auditus organa, quæ sicca sunt & solida, membranea nimirùm & cartilaginea feriente. Collecto autem in membri cauitate crassò vaporosóque spiritu, nec exitum habente palpitatio nascitur: in qua pars palpitans huc illucque concutitur, attolliturque quùm dilatatur, compressáque deprimitur. Si verò flatuosi spiritus celeri blandoque motu cerebri corpus distendunt, insomnia fiunt instar rei currentis aut volantis. Sin agminatim ac vi concurrunt, instar turbinis aut tonitrus. *Tinnitus aurium vndè.* *Palpitationis causa.* *Flatus per somnum in Cerebro varij effectus.*

IMMINENTIS MORBI SIGNA, causæque.

CAPVT. VIII.

SI præter solitum macies, aut corpus obesum, *Ingruentis morbi signa.*
Aut calor aut grauitas, aut somnia plena tumultus,
Eque breui sommo sopor, aut cutis vlcere fœda est,
Feriur & in pectus, ceruicem, crura, genu-ve
Sudor iners, animus languet, fit debile corpus,
Et dolor aut oculos tenet, aut præcordia, pectus,
Aut capitis venas, horror-ve perambulat artus,
Spiritus aut grauis est, repetitus-ve oris hiatus,
Affore prædicas, vel adesse in limine morbum.
Exuperat quia tunc humor: nimius-ve, malus-ve. *Causa.*

COMMENTARIVS.

Cur insolita macies & plenitudo morbi nuntia. Cap. 2. lib. 2.

1 QVVM aliquis plenior est, & coloratior quam consueuit, suspecta habere sua bona debet, inquit Celsus. Quia quùm in eodem habitu consistere, nec vltrà progredi possit, fere retrò, quasi ruina quadam reuoluitur. Hîc igitur, vt in Athletica plenitudine soluendus habitus venæ sectione, maximè si ponderis sensus à leui motu, vel lassitudo spontanea comitatur. Peius tamen est, quùm aliquis contrà consuetudinem emarcuit, quoniam in his quæ superant est quod morbus dematur in his quæ desunt, non est quod ipsum morbum ferat. Ea namque subita macies consumi cum carne spiritus, ideóque in morbo fore virium exolutionem indicat. Hîc itáque cui mareor est insolitus quiescat, boni succi cibis alatur, repurgetur vicibus, vt idoneis medicamentis prauitas humorum è corpore deturbetur, & euchymîa conuenientibus nascatur alimentis. De quo quia non est hic locus, plenius agetur octauo libro in Cachexiæ, & Atrophiæ curatione.

Cur immodicus & præter naturam calor, morbi nuncius. Hipp. Aph. 4. lib. 2. & Aph. 39. l. 4.

2 Calor, cùm vniuersalis tum particularis noxius. Vniuersalis enim, aut visceris alicuius, præcipuéque Iecoris aut Cordis intemperiem calidam, aut humoris accensi motum ac febrem indicat. Particularis verò, partis eius quæ calet alterationem. Quod de insigni calore sentiendum: qui ideò morbi nuncius est, quia recessit ab eucrasia seu bona temperie, quæ non est aliud quam sanitas. Vndè fit vt non modò calor aut frigus, satietas aut fames, sed & id omne malum sit, quod naturæ modum exuperat.

Lassitudo spontanea triplex.

3 Grauitatis sensus, qui lassitudo spontanea dicitur, in ea maximè incidit corpora quæ mali succi sunt & excrementis abundant. Quæ siue sit vlceris, siue tensionis, siue mixtus, index est morbi. Superuacaneus enim humor, aut incalescet, aut putrescet impensiùs. Cuius vapor elatus in cerebrum, si varius ac multiplex erit, tumultuosa, confusaque pariet somnia: quæ soporosa longáque, si pituita: breuia si bilis exuperet. Erit itaque lassitudo spontanea particeps vlceris, quam Cacochymia genuit, idonea purgatione demenda: Tensiua sectione venæ. Quæ mixta est ex ambabus, phlebotomia, catharsique vacuanda.

Postularum & vlcerum eruptiones quid inducit. Aph. 15 l. 2. Aph.

4 Pustularum ac vlcerum eruptiones cacochymiæ signa sunt, quæ fieri calfacto sanguine ab humore bilioso consueuerunt. Obseruandum tamen est, an hæ criticæ sint an symptomaticæ. Criticæ tùm erunt, quùm natura potens omnem sarcinam per eas in cutem deposuerit. Quod manifestum fiet, si sanis similia sint, vt monet Hippocrates, excrementa. Sin biliosa, symptomaticæ, morbique sunt indices. Corpus igitur erit medicamento bilem educente repurgandum, nec omittenda venæ sectio, si calidiorem sanguinem pustularum & vlcerum authorem esse compertum sit: estque non vlcerosa modò, sed & tensiua lassitudo.

Sudorem nõ esse tertiæ coctionis excrementum. Perfecte sani rarò sudant.

5 Sudor à nonnullis dicitur humidum tertiæ concoctionis excrementum. Quod si verum est, vtiliter & sæpiùs, & ab omnibus educi debet, vt stercus quod primæ est, & vrina secundæ. At perfectè sani rarò su-

dant, sudant plethorici, quique se nimiùm saginant, qui vehementes exercitationes, concitatosque corporis motus subeunt, qui b. Incisv tuntur, quique Solis radios experiuntur æstiuis ardoribus. Sed à copia plethoricis, reliquis à causa violenta sudor excitatur: quique per sanitatem sudor fit, in malis ducitur. Vt etiam hic sudor malus est, qui primis fit morbi temporibus. Bonus duntaxat in morbis hic sudor est, qui die fit critico, qui febrem perfectè submouet aut certè minuit, quique tepidus per vniuersum corpus expanditur. Sed hic ideò bonus est, quia suo tempore materiam morbificam excludit, non absolutè bonus: vt hinc conijcere debeamus eum esse venturi morbi vel presentis indicem. Dicamus igitur ἄδηλον ἀφεψητὸν, seu latentem, nostrosque sensus fugientem cutis perspiratum esse verùm tertiæ coctionis excrementum, quæ Diocli placuit opinio, non sudorem, quem vrinæ congenerem esse certum est, quoniam eum, vrinæ suppressio sæpiùs aduentante crisi significat: & qui sæpè sudant, rarò meiere sunt soliti. Quare si per sese sudor malus est, verè dixit Hippocrates: Quòd, vbi sudor, ibi morbus: isque quùm in capite, ceruice, pectore, genu, cruribus, aut alia quauis parte corporis erumpit, morbum præsentem aut ingruentem indicat.

Sudor bonus qui.

Verum tertiæ concoctionis excrementum.

Aph. 36. lib. 4. Aph.

6 Lipothymiæ, seu defectus animi multæ causæ sunt, vt profluuium alui largum, & omnis immodica vacuatio, caloris & frigoris exuperantia, cruditas insignis, obstructio vel inflammatio partis principis, ventriculi os superius (quod cum corde summam habet affinitatem,) malè affectum, neruus percussus, vt & musculi caput, malignum in arterijs vlcus, venenum epotum: ea denique quibus vitale robur exoluitur. Quùm autem sine morbo deliquium est animi, teter aliquis vapor in Cor illabitur, aut intercipiuntur spiritus, aut humores à copia comprimuntur.

Lipothymiæ causa.

Deliquium animi sine morbo quid indicat.

7 Vagus dolor, flatus aut bilis, ideóque crudi calidi-ve copiam humoris indicat: vt horror prauitatem humorum cutem permeantium. Qui quùm incumbent parti, morbum inferent. Horror autem est similis mari dùm incipit iam turbari, & inæquale reddi. Nam vt tranquillo pacatoque mari superueniens ventorum fremitus & fluctuum inæqualitas tempestatem: sic in morbis horror humorum agitationem portendit. Ex quo colligas horrorem febris esse nuncium: vt etiam est oscitatio, à qua paroxysmi febrium incipere consueuerunt.

Vagus dolor & horror citra morbum quid significant.

Horror similis mari dum incipit turbari.

Horror febrium nuncius, vt oscitatio.

8 Spirandi difficultas in eo qui nondùm ægrotat, si cum grauitate totius corporis est, à plethora nascitur, à qua venæ musculique thoracis implentur tenduntur que. Quare Peripneumonia, vel Pleuritis, aut asthmatis parens destillatio metuenda.

SIGNA FEBRILIS ACCESSIONIS, eiusque causæ.

CAPVT IX.

Signa paroxismi febrilis.

INGIPIT & febris, gelido si frigore corpus
Contrahitur, nasusque riget, tussisque recurrit,
Visque labat, capitisque dolor, vomitusque, soporque
Obsidet, atque latens negat altum arteria motum.
Os hiat interdùm, manus vtráque panditur. Horum.
Causa calor subitò ima petens, geminansque calorem
Internum, ac nudans externas frigore partes.

Causa.

COMMENTARIVS.

Quot vniuersi morbi, paroxismoque tempora.

IVT vniuersi morbi, sic paroxysmi febrilis quatuor tempora sunt, ἀρχὴ, αὔξησις ἀκμὴ παρακμὴ, seu principium, augmentum status, seu vigor, & declinatio. Paroxysmi verò seu febrilis accessionis hoc præcipuè loco causas signáque perscrutamur. In cuius initio externæ partes algent, quia calor cum spiritibus, & sanguine fertur ad Cor, obsessum à materia febrili: friget nasus, quia quùm sit osseus, & cartilaginosus, quicquid habet caloris citissimè relinquit, reuocato ad interiora calore. Tussis quàm antè frequentior, pituita decumbente in fauces & thoracem. Eò verò tunc potius inclinat fluxio, quia cerebrum caloris minùs habens, affluente ad cor spiritu cum sanguine, non benè coquit, nec retinet. Quodque non retinet, via decliui in fauces pulmonesque decumbit. Addè quod cor impensè calidum attrahit instar cucurbitulæ quod sibi vicinius est. Defectus etiam tùm est animi, vapore febrili in cor illapso. Capitis dolor est, vaporum è corde in cerebrum metastasi. Vomitus autem excitatur, humoribus è ventriculi fundo viciniſque partibus in stomachum erumpentibus. Interdùm verò sola fit nausea. Sed & sopor fit, refrigerato plenóque vaporibus cerebro. Paruus & contractus est pulsus, isque profundus quia calor intrò cogitur. & cor obsessum vitales spiritus per omnem arteriam non æqualiter effundit. Oscitatio fit ab humiditate ventosa, vaporosoque spiritu in musculis inferioris maxillæ contento. Pandiculatio, vaporibus aut flatibus brachiorum inania spatia perreptantibus. Et hæc quidem in singulis febrium intermittentium exacerbationibus repetunt, non in continuis

Cur initio paroxismi partes externa frigent, friget nasus, tussis frequentior, capitis dolor est, vomitus, paruus pulsus, animi defectus.

Oscitationis & pandiculationis causa.

febribus: in quibus vt intermissio nulla est, sic à principio ad finem vnica duntaxat accessio, quæ in multos dies extenditur. Ideóque in continuis quatuor morbi tempora non æque manifesta sunt, vt in intermittentibus. Agnoscuntur tamen è cruditatis & coctionis signis, & symptomatum imminutione, vel auctione. Continuæ namque febris initium esse dicitur, vbi cruda sunt omnia, mitia symptomata: quæ quùm augentur, augmentum est, quùm in æuitiæ summo sunt, vigor: quùm remittunt, coctionis signus appareùtibus, declinatio. Nam inquit Hippocrates noster,

Morbi tempora manifesta magis in intermittentibus febribus quã continuis.

Omnia quùm morbi veniunt abeuntque minora,
Sed graviora extant rapido veniente vigore.

Author Hippocratem appellat suum, cuius Aphorismos & prognost. opus versibus expressit.

Sic incipiente quotidiana continua graue corpus est, propensitas in somnum, vrina tenuis & alba, liquida, crudaque deiectio. Sub augmentum vrina fit crassior, cum enæoremate crasso, quod in vigore subsidet magis: sed in eo magis molesta nox & febris auctior, quæ remittit in declinatione. Primis febris tertianæ continuæ temporibus vrina tenuis est, flammea, colorisaurei, capitis dolor, vigiliæ, calor vniuersum corpus occupans, acer ac mordax, sitis, pulsus frequens ac durus: quæ magis exasperantur in augmento, summè sæuiunt in statu. Verùm, vrinæ tùm flauescunt cum hypostasi laudabili, ruffæ sunt compactæque fæces alui. Quæ vt coctionis, ita salutis signa sunt, quibus positis, remissio symptomatum, & requies in declinatione speranda.

Febrium cõtinuarum tempora quibus agnoscuntur.

AVGMENTI SIGNA, CAVSÆQVE.

CAPVT X.

AVGETVR, *si febris abest, tepidoque calori*
Cedit, & æqualem solitus retinere tenorem
Pulsus, inæqualis fieri maiorque videtur.
Quæ fiunt, quia se calor intùs ad extima sensim
Explicat, hinc pulsus micat, & tepor exit in artus.

Augmenti signa.

Causa.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

COMMENTARIVS.

PERIODVS seu circuitus, qui morbi quasi per circulum ab ijsdem in eadem est reditus, duas habet partes: accessionem, quam παροξυσμὸν: & remissionem quam ἄνεσιν appellant: quarum remissio periodi melior pars est: accessio seu proxysmus deterior, quem ob id exacerbationem dicunt: cuius principium, quod ἀρχὴν & ἐπίσημα σὶαν vocant antè notauimus. Iam sequitur augmentum. In quo febrilis calor mediocris est, nec in omne corpus effunditur æqualiter, quia tùm natura non omnes suas copias explicare potest, quibus noxium humorem

Quid Periodus & quot eius partes. Periodi pars deterior paroxysmus est, altera, seu remissio melior.

foras eliminet & excludat. Pulsus inæqualitas tùm apparet, quia systole quam dyastole celerior, vt putris expurgetur fuligo.

SIGNA STATVS ET CAVSA.

CAPVT XI.

SIN[1] *vigor est, corpus calorigneus omne pererrat.*
Quæque minùs viguêre priùs symptomata, culmen[2]
Sæuitiæ summum retinent. Perit inque vigore,
Viribus aut præstans morbum supereminet æger.
Inclyta quandoquidem gemini fit pugna caloris,
Quo perit externus, minor est si noxius humor:
Sin maior, noster calor & natura fathiscit.

Cur sunt in vigore semissima symptomata.

COMMENTARIVS.

Quid vigor, seu status.

1 VIGOREM dicimus morbi, paroxysmíque tempus ordine tertium, in quo symptomata summè vigent. Vt & Statum, quod in hoc accessio nec augeri nec minui, sed in eodem quasi statu gradúque consistere videatur. In eo namque corpus vniuersum incalescit ex æquo, nisi quum febris superuenit magnis viscerum inflammationibus, aut aliter maligna est. Tùm enim exuruntur viscera: partes autem externæ, reuocato in corporis meditullium calore frigent. Quod in acutis, quæ continuæ sunt non intermittentes, locum habet.

Quo morbi tempore moritur æger. Signa communia mortis & salutis.

2 Æger in pessimo morbi statu moritur, igitur in vigore. Vigor enim est pessimum, maximúmque morbi symptoma. Morituri verò communia signa sunt, morbi magnitudo, concoctionis defectus, seu cruditas humoris, & summa virium imbecillitas. Vt contrà, morbi tolerantia facilis, εὐφορίαι vocant, pepasmus, & virium robur securitatem pollicentur. Sed vt æger in continuis, acutis & malignis febribus existente vigore perit, si forsan huic occumbendum est: sic in intermittentibus & blandis in vigore leuatur, superuenientibus in eo, quo crisis esse solet, profusis sudoribus, aut hæmorrhagiis, aut vrinis, aut alui fluoribus, vt in capitibus decrisi notabimus.

SIGNA COMMVNIA FEBRIVM & causæ.

CAPVT XII.

Quæ vigere soleant in morbi statu symptomata.

SÆPIVS hîc capitis dolor est, sitis, arida lingua
Scabráque, singultus, iactatio corporis, æstus,
Nausea, lapsaque vis, vomitus, priuatio somni,
Lumborum grauitas, anorexia, mentis & error,
Icterus, augurij, nisi lux iam septima, praui,
Et gustus malè gratus, & imis faucibus hærens
Asperitas, malè sit qua deglutitio, ventris
Profluuium, rigor & dyspnœa, oppressio sudor.
Quæ vario motu bilis, calidique vaporis
Attactu fiunt, & edacis viribus ignis.

Icterus antè septimum diem malus, hippoc. aph. 62. lib. 4.

Causæ grauium symptomatũ in statu seu vigore.

COMMENTARIVS.

Primus hîc decadis lib. de signis & causis morborum vniuersalibus agit.

HÆc quia simplicia non sunt, sed grauissima symptomata, quæ sæpe curationem in se conuertunt, eaque communia multis febribus, in vigore vexare solita, de his hoc libro, signis & causis morborum vniuersalibus explicandis destinato scribimus, febrium signa specialia causasque distinctiùs libro secundo tradituri. Fit igitur in febribus capitis dolor, è subiectis partibus vapore, vel tenuiore sanguine è venis maioribus sursùm elato. Sitis est, interiore ventriculi tunica vel exsiccata calore, vel imbuta nitroso quodam & acri calidóque humore. Lingua siccior est ab æstu, & acri calidóque vapore: cuiusvis intensa putanda est, quùm scabra fit, intensissima quùm nigrescit. Singultus ab inanitione, vel repletione nascitur: interdum etiam ab humoris corrupti, ventriculi tunicis impacti acrimonia, vel eiusdem malignitate, qualem pestilens febris inuehit. Conuulsiuus ventriculi motus est, quo quicquid eius tunicis molestum est expellere conatur. Eiusdem est cum vomitu generis, sed eò fortior & vehementior. Nam singultu natura quæ in ore vẽtriculi penitiùs insederunt exigere contendit: vomitu ea tantum quæ ventriculi capacitate continentur. Iactatur hinc indè corpus, nulla seruata figura corporis, quem affectum ἀλυσμόν appellant, à turgente in venis materia, & huc illùcque delata. Vel cæca malignitate cor obsidente: vel ab æstu, vel oppressione: æstuat autem, vapore quoquouersum expanso. Nausea fit ab humore, vel infesta quali-

Capitis dolor in febribus vndè.

Sitis in febribus causæ.

Linguæ siccitas, scabricies & nigredo quibus fit causis.

Singultus causæ

Quid singultus.

Quid ἀλυσμὸς & eius causa.

Nauseæ causæ.

Quando fit vomitus & nausea.

Quid nauſea. tate laceſſente ventriculum. Quam ſequitur vomitus, ſi facultas expultrix ventriculi valida eſt, in eoque ſunt quæ hunc mole ſua grauent, aut mordacitate contriſtent. Sin infirma vis, & ſola qualitas offendit, aut *Lipothymiæ cauſa.* tenuior, aut craſſior & lentior humor, non fit vomitus, ſed irritus vomendi conatus, quem nauſeam appellamus. Lipothymiæ, ſeu defectus animi cauſa pernicies eſt febrilis humoris: vel æruginoſa, vel praſſina, vel vtraque bilis ventriculi os, præcordiorum ve membranas acriter *Vigiliarum cauſa.* vellicans: aut ſymptomatum vehementia, vigiliæ, dolor, tumor, immodica repentináque vacuatio, tenuiſ-ve victus ratio.

Lumborum grauitatis cauſa. Anorexia cauſa. 2 Vigiliæ crebræ ſunt in febribus à calido acrique vapore Cerebrum exſiccante, & ſuprà modum attenuante diſſipantéque ſpiritus: Vel à qualitate pernicioſa, vel oppreſſione, ſiti, dolore. Lumborum grauitatem facit materiæ febrilis portio in venam cauam, aut maiorem lumborum arteriam decumbens, vnde lumborum etiam, renumque non rarò *Caloris effectum.* dolor inſurgit, pondere ibi diutiùs conſiſtente. Anorexiam, ſeu cibi faſtidium adfert corruptus vapor in ventriculum exhalans: vel infenſa qualitas: vel humor quiuis ipſum quaſi ſaturans, præcipuéque calidus ventri*Delirij cauſa.* culum offendens. Calor enim ſolida corpora laxando diſſoluit, & ad attractionis functionem, quę deficit in Anorexia, reddit imbecilliora. Humida verò fundendo ſuprà modum extendit. Delirij cauſa bilis eſt cerebrum obſidens.

Guſtus deprauati, deglutiendi ſpirandique difficultatis, & dyarrhœæ cauſa. 3 Guſtus deprauatur, quum os linguaque perfuſione bilis amareſcit: aut humoris ſubſtantia vaporeque polluitur. Deglutiendi difficultas eſt, quum aliquis vapor craſſus aut pituita caloris vi ſicceſſit in faucibus & ore ventriculi, viamque cibo ſaliuæque reddit anguſtiorem. Bilis in aluum irrumpens alui profluuium excitat. Spiritus ægrè ducitur à præcor*Rigoris, horroris, frigoris, oppreſſionis cauſa.* diorum oppreſſione, Cordis & Pulmonum æſtu, bile & putredine ibi genita, vel è venis eò procumbente.

4 Calidus ac putris humor extrà venas conditus, ſi plurimus eſt, iſque vehementèr acer ac mordax, & impetu in præcordia ruens eorum membranas feriat, rigorem adfert: horrorem ſi minùs acer eſt & minore copia. Sin paucus, & lentè languidéque mouetur cum acrimonia minima, frigus inuehit. Quod in quartanis obſeruatur: vt horror in quotidianis febribus & hæmitriteo: rigor in exquiſitis tertianis. Oppreſſionem facit praſſina, vel æruginoſa bilis circà cor exæſtuans: vel eiuſdem in præcordiis aut viſceribus firmatæ, ac ventriculum diaphragmaque prementis copia vndè præcordiorum diſtentio, & in contactu preſſuque dolor.

Quid ſudor. 5 Sudor eſt humoris ſeroſi per ſpiracula cutis excretio. Quicquùm affatim, per vniuerſum corpus, in acceſsionis febrium intermittentium fine, ſeu declinatione, in continuarum criſi. vacuata craſsiore coctaque reliqua materia profunditur, ſalutaris eſt. Alias ſymptomaticus, & præter naturam.

SIGNA

SIGNA DECLINATIONIS FEBRILIS, eiusdemque causa.

CAPVT XIII.

QVVM verò querulæ sit declinatio febris,
Tunc omnis ferus ardor abit, placidéque mouetur — *Signa declinantis febris.*
Pulsus, & insani deterrima quæque vigoris
Signa retusa cadunt, naturæ cuncta regentis
Imperio, quo tuta salus sperabilis ægro.
Nullus enim propria morbi ratione perire — *Nullus in morbi declinatione moritur.*
Declinante potest morbo. Positóque vigore
Si quis obit, nouus affectus fuit, aut grauis error
Commissus, quo vitalis resoluta facultas.
Declinat sed ob id febris, quia pulsa vigore est — *Declinationis febris causa.*
Portio materiæ peccantis multa per aluum,
Sudores lotium-ve, vt si supereſſe videntur
Relliquiæ, facilè has vincat natura pepasmo.

COMMENTARIVS.

IN febris declinatione, Vigoris grauissima symptomata vanescunt, perspirante caliditate, mediumque corpotis relinquente. Quo tempore cibandum ægrum præcipit Hippocrates. Signum verò cibandi potissimum ait, quùm calor ad eius pedes descenderit. Tùm placidus ac naturalis pulsus, dyastole systolem æquante. Nullus autem in declination e perit, nisi grauiter erratum sit ab assidentibus, ægro vel medico: morbusve alius priori succedat. Nam excluſa materia febrili per crisin, quæ fit in vigoris fine, nihil hostile suo sinu clausum natura continet: ideò quùm prouida solersque sit, ordine cuncta regens, quicquid à febre popvlatum est sensim restaurat. *Lib. de rat. vict. in acutis.* *Cur in declinatione nemo perit.*

SIGNA CAVSÆQVE MORBI salutaris.

CAPVT XIIII.

Signa morbi salutaris.

CESSERVNT *morbi furiæ, & manifesta salutis*
Spes fulget, modicè quandò sua crura reducit,
Inque latus dextrum læuumque volubilis æger
Vertitur, atque die vigil, atra nocte quiescit,
Nec labor à somno est, sed ab hoc deliria cessant.
Febrilisque calor, sitis ac dyspnæa remittit,
Sputáque liberiùs calido de pectore cedunt,
Et quatiunt madidum sternutamenta cerebrum.
Quùm ratio sibi constat: vt & sibi constat orexis,
Et non immitis facilis tolerantia morbi est,

Integer pulsus habetur, cuius systoles & diastoles est æqualitas.

Integer & pulsus, faciésque simillima sanæ.
Quùm molles calor æqualis spatiatur in artus,
Inque cutim sudor tepidus diffunditur omnem
Febrilem ardorem soluens, hypochondriáque vnâ
Mollescunt, nec in his dolor est, ventrisque videtur
Plana cutis, vomitúque simul cum phlegmate bilis
Reiicitur. Nec spem matulæ concluſa minorem
Hæc vrina dabit, cuius sit hypostasis alba,
Læuis & æqualis. Sed & excrementa leuamen
Significare solent decliuem missa per aluum,
Mollia si fuerint, connexa & ruffa colore.
Sic nihil his superest, quod non natura domarit.

Salutaris morbi causa.

Causa aut naturæ vigor est, proba-ve ipsa iacentis
Temperies, facilis vel coctu noxius humor.

COMMENTARIVS.

Hyperbolica figuraque.

1 HYPERBOLICÆ figuræ, quæ nimium extensis neruis fiunt, dolorificæ; doloris autem exortes, quæ medium situm habent. Huius generis est, crurum, vt ceruicis & manuum reductio mediocris, validam indicans animalem facultatem, ideóque morbi securitatem ægro pollicens: vt pollicetur decubitus facilis in vtrúmque latus, quo robur indicatur facultatis corpus per musculos mouentis. Vigiliæ quoque diurnæ salubres, quoniam his, spiritus animales illustrantur ab aëre dici luminoso, quique per somnum immobiles & crassi redditi sunt humores perspirabili cute digeruntur. Somnus item nocturnus sanitatis signum est, quia spiritus animales reparat, & humores concoquit, calore in corporis meditullium seu fundum reuocato, qui per vigilias & diurnum aëris splendorem externam corporis faciem, seu cutim affectabat. Sic cùm à somno melius habet æger, nec vt antè delirat, bonum. Humoris enim ferocia retusa est. Idem puta quùm febrilis deferbuit calor, sitis ac spirandi sublata difficultas. Sternutamenta coctionem indicant, & robur excretricis in Cerebro facultatis: ideóque laudantur in omnibus, exceptis pulmonum affectibus. Vt enim cerebrum commouent, ita fluxionem in imbecillos pulmones accersunt

Crurũ, cerucis, manuum reductio mediocris, & facilis in vtrumque latus decubitus quid indicet.

Vigiliæ diurnæ cur salubres.

Somnus nocturnus cur salutaris.

Vtilis est, quoties solus aut deliria somnus.

Hip. Aph. 2. lib. 2.

Sternutamenta quid indicant.

2 In omni morbo valere mente, & benè se habere ad ea quæ offeruntur, bonum: contrarium verò malum. Hoc enim ventriculum, Cor, Iecur & Cerebrum, reliquumque neruosum genus sanum esse nunciat. Ventriculum quidem & Iecur, quod in his alimenti bona coctio fiat. Cerebrum verò, quod sana mens integras indicet animales facultates. Cor denique, quod vitalis natiuusque calor in corpore dominetur. Benè ferre morbum etiam in bonis habendum est, quia mitis humor, coctúque facilis hic est qui morbum facit. Pulsus integer & æqualis, faciésque sanæ similis, naturalis, ideóque sanitatis index. Laudatur & sudor vniuersalis, etiam si primo die fiat, vt in Ephemeris, si febrem perfectè submouet, quod affectum, eiusq; causam sublatam indicet. Hypochondria si mollia sint & æqualia sine dolore, subiectarum partium, & musculorum abdominis, mesenterij, Lienis, Hepatis, ventriculique temperiem indicant: vt intemperiem, nempè phlogosin, phlegmonem, obstructionem, scirrhum, aut flatus, si tenduntur, attolluntur, obdurescunt. Venter planus & æqualis est, quùm omnes abdominis musculi suam εὐσαρκίαν retinent, quorum robore coctio cibi fit melior, & faciliùs ab alueo fæces excluduntur.

Hip. Aph. 33 lib. 2.

εὐφορία seu morbo tolerantia.

Quis sudor vtilis.

Hypochondria.

Venter planus & æqualis.

3 Vomitus ex pituita & bile commixtis ab Hippocrate laudatur, quia contrarius humori sincero omnium deterrimo. Nam sincerus, seu solitarius & impermixtus humor, si bilis est, caloris: sin pituita, frigoris exuperantiam indicat. At pituitæ permixta bilis, ex calido frigidóque temperiem, in qua naturæ consistit essentia, denuntiat.

Hippoc. lib. prognost.

Sincerus humor, cur malus.

4 Omnis hypostasis humoris copiam designat: cocti quidem, si fuerit alba, læuis & æqualis, vndè morbi securitas: crudi verò, quæ ab his qua-

Qualis hypostasis indicet.

Quibus cauſis fit hypoſtaſis alba, læuis & æqualis. litatibus defecerit. Alba quidem eſt, ei tribuente natura colorem ſolidarum partium, nempè venarum & arteriarum quas permeat: læuis & æqualis, aſperitate caloris vi domita. Deiectio mollis, ſeu liquidi durique particeps, eademque ſibi cohærens, bona, nempè quæ partium vndè manat, indicat temperiem. Ruffa fit, bile è cyſti fellis inteſtina præterlabente. Quam in hunc vſum natura deſtinauit, vt excrementa viſcida craſſáque diutiùs in inteſtinis ſtabulantia per aluum excluderentur, & quaſi natiuo clyſtere proluta ſecederent.

Deiectio mollis cur bona.

Cur natura bilem in inteſtina trãſmittit.

PERICVLOSI MORBI SIGNA, cauſæque.

CAPVT XV.

Morbi periculoſi nota.

AFECTVS grauis eſt, vbi [1] torret & exedit ignis
Interiora vorax, atque exteriora gelantur.
Carnoſumque genus ſubitò macileſcit, & æger
[2] Pus ſpuit, erigiturque, auras vt captet hiando:
Aut [3] nimium vigil eſt, nimióque ſapore grauatur,
A vomitu patitur ſingultum, oculique ruborem,
A ſomno metuitque, [4] horret ſudore profuſo.
Cruribus expanſis manibúſque cubare ſupinus
Aſſolet, aſſiduéque trucem tolerare dolorem
Lugubri ſe voce refert. Neque damna ſequuntur
Inferiora, vides ſi quando [5] hypochondria tendi.
Si [6] noua quùm febris, fera mens à ſede mouetur,
Dentibus & ſcabris viſcoſus lentor adhæret:
Exurenſque calor capiti eſt manibuſque, ſed imo
Sentitur ventri frigus laterique moleſtum.
Sunt lacrymæ inuitæ, febris irrequieta, frequenſque
Spiritus & vehemens, [7] vomitus ſincerus & album
Si lædit phreneſis lotium: aut ſi furfuris inſtar
Aut fili ſedimen retinet: [8] penituſque repreſſa,
Aut nimio in febri eſt aluus furibunda fluore.

Cauſa. Praua iſthæc, quia crudanotant, nimium-ve calorem,

Quo molles vri partes, & viscera certum est:
Vndè nisi citus occurras via proxima letho.

COMMENTARIVS.

1 VT salutares hi morbi sunt, qui cum signis securissimis progrediuntur, qualia superiori capite notata sunt: sic hi maximè periculosi, qui sunt grauissimis stipati symptomatis, qualia quæ describuntur hoc capit. ad quorum explicationem accingimur. In acutis morbis, qui sine magna fuerint inflammatione, non modò non refrigerati extrema, sed etiam peruri accidit. Sed quùm inflammationis calor ita vehemens est, vt ad se cucurbitulæ instar sanguinem ex toto attrahat corpore, viscera tùm exuruntur: externæ verò partes, sanguinis ad viscera confugientis absentia refrigerantur. Quod ideò fit, quia concepto intus incendio calor natiuus opprimitur. Subita tum interdum fit macies, colliquato per igneum calorem hoc humore secundario, qui carnis molem constituebat.

Salutares morbi sunt, qui cum signis securissimis progrediuntur: periculosi lethalesque, quibus exitiosa signa sunt.

Cur magni & malignis febribus subita macies.

2 Pus signum malum est, abscessus nimirum in thorace. Materiam verò purulentam excerni, bonum. Vindicatur enim Pulmo, siquidem est expectoratio laudabilis, ab exesione, quæ aliàs intrà quadraginta dies cõtingeret. In morbi verò statu citrà proprium Pulmonis affectum erectum sedere velle, signum est inquietudinis & delirij. Qui namque benè morbum tolerat, immotus potius cubare cupit. In Pulmonis autem affectu, malum quidem signum est, inflammationis nempè tum eius tum cordis, sed ægro etigi quàm cubare melius est. Sic enim Pulmo se magis explicat ad aëris attractionem, indéque maius refrigerium.

Erectum sedere velle quid significet.

3 Ex intemperie sicca primi sensorij, seu Cerebri, vel à siccis & biliosis humoribus in cerebrum elatis vigiliæ fiunt. Sopor autem ab intemperie frigida humida, crassis pituitosisque succis Cerebrum, primarium pituitæ fontem opplentibus. In epidemicis etiam febribus interdum obrepit sopor, maligna aura Cerebrum obsidente, & eius functiones interpellante. Sopor vbique malus est. Sed & somnus & vigiliæ, si modum excesserint malum: quia quùm symmetria quadam & iuxta proportione sanitas definiatur, omnes etiam excessus & immoderationes in vitio sunt. A vomitu etiam, singultus & oculi rubicundi malum. Singultus enim hic, qui stomachi conuulsio est, ab inanitione nascitur, quùm eum præcesserit vomitus in quo consequuta purgatio est. At ab inanitione, siccitate purgatione nimia conuulsio lethalis ex Aph. 1. 2. 3. 4. lib. 5. Aph. Sed hîc etiam ideò lethalis, quod verisimile sit Cerebrum neruorum principium per consensum, aut Ventriculum affectu primario, vel vtrumque phlegmone tentari. Quod si ad hæc oculorum rubor est, certum inflammati Cerebri signum. Metus etiam à somno malus est, significatque fumorum, præcipuè melancholicorum copiam aut cacoithiam. Quam si natura superare per somnum, quo tempore calor est vegetior, haud poterit, multò minùs per vigilias poterit.

Vigiliarum & soporis causa.

Cur à vomitu singultus & oculi rubicundi malum.

Metus à somno cur malus.

A sudore horror non bonum Hipoc. Aph. l. 7

4 Horror sudori superueniens, sinistri est ominis. Indicat enim aliquid superesse materiæ morbificæ in partibus sentientibus, quam natura fathiscens & velut euicta excludere non potuit: ideóque sudorem fuisse decretorium non decernens, quod pernicioſum & dyscritum esse solet.

Supinus decubitus malus.

Sunt & supini decubitus in malis, quia nascuntur à motrice facultate languida: nisi ea forma cubare consueuit æger, nec in alterutrum latus facilè conuertitur, ob alicuius vicinæ partis dolorem. Trux autem &

Trux & cõtinuus dolor quid agit.

continuus dolor plurimum de viribus detrahit: quoniam assiduis curis & vigilijs spiritus exhaurit, tristique sensu vellicans, humores acuit, carnesque tabefacit atque consumit.

Hipochondriorum tensionis causæ.

5 Hypochondria tenduntur à flatibus, vel phlogosi, vel tumore aliquo præter naturam, vel intemperie sicca partium subiectarum: si cum dolore viscerum est inflammatio. Sin sine dolore, crassior humor aut frigidus tensionis est causa. Sed vt in febribus ardentibus, hypochondriorum tensio cum dolore, partium subiectarum inflammationem, ideóque periculum indicat: sic interdum ingruente crisi per nares sanguinis eruptionem portendit. Impetus enim humorum in caput ex Galeni sententia signum est.

Cõment 2. ad part. 5. lt. 1. epid.

Delirium initio morbi quid portendat.

6 Quùm initio morbi delirium est, metuenda phrenitis in statu. Quùm enim initijs morborum mitia symptomata sint, in vigore fortiora: non dubium, quin si delirium initio morbi est: in statu phrenitis, quæ delirio simplici symptoma maius est, consequatur In pernicioſarum verò febrium paroxysmis calor manuum & capitis, frigusque ventris & laterum, natiui caloris extinctionem portendit, diffugiente vna febrili calore. Nulla porrò febris continua leuiter terrere debet. Ea namque primigenium humidum depopulatur, nullumque relinquit tempus idoneum, quo vires attritæ, cibo reparari queant. Ex febribus verò continuis ea molestissima, in qua æger ἀοσσδης seu irrequietus, & anxius est. Eadem & periculi plenissima. Nam in hac à multo, feróque humore virtutem opprimi coniectura est.

Cur nulla febris continua terroris expers.

Molestissima febris quæ.

Quare malus est sincerus vomitus.

7 Sincerus omnis humor præter sanguinem excluſus, prauam indicat affectionem, ideóque sincerus vomitus. Quum phrenitis est, albicans vrina significat humorem bilioſum in Cerebrum rapi, indéque febrem augeri. Si febris est simplex, & cum alui fœcibus albet vrina, phrenitis metuenda. Si sine febre talis est, obstructionem aut cruditatem indicat ideóque semper mala. Quùm in huius hypostasi furfures fila-ve cernuntur, flammeo febris ardore solidæ partes attinguntur atque tabescunt. Sin febris nec adest, nec adfuit, vesica duntaxat afficitur.

Albicans vrina.

8 Alui suppressio hîc, nota est immodici Ventriculi, lecoris, vicinarumque partium caloris humidum absumentis. Sed pernicioſum alui profluuium in febre. Nam illud spiritus exoluit exhauritque, febris autem eosdem affat & absumit. Fit autem ab intemperie calida humida, vel bilis erumpentis copia, vel infirma retentrice, vel humorum è superis partibus decubitu: vel acri quauis materia ventriculi os inferius lancinante, vel copia ciborum grauante: vel denique maligna qualitate, quam cœli constitutio pestilens attulit, vel humorum putredo.

Cur in febre pernicioſa diarrhœa.

Diarrhœa causæ.

MORBI LONGI SIGNA ET causæ

CAPVT XVI.

SI minùs hæc noceant, morbi mora longa ſequetur,
Cuius erunt hæc ſigna.[1] *Calor modò corpus habebit* — Signa morbi longi.
Nunc frigus, ſudor-ve fluet cum febre, color-ve
Vnus & alter erit, nec fiet[2] *marcidus æger.*
Quæ modò pura fuit, bullas vrina refundet:
Alba-ve ſubſident, & ab illis rubra ſequentur,
Rubráque quæ fuerat modò, fiet hypoſthaſis alba.
Humores varij multique in corpore, motus — Cauſa.
Tàm varios pariunt. Ideò niſi tempore longo
Natura ſubigi hi nequeunt, nec Apollinis arte.

COMMENTARIVS.

1 SI calor & frigus in ægro corpore ſibi inuicem ſuccedunt, ſignum eſt variarum affectionum. Quas quia natura nequit vno tempore ſubigere, morbum fore longum neceſſario colligendum eſt. Idem eſto de coloris in morbo viciſſitudine iudicium. Sudor etiam qui febrem non ſoluit, materiæ copiam ſubeſſe teſtatur. Qui lethalis eſt, ſi frigidus cum acuta febre: ſin cum mitiore, morbi diurnitatem ſignificat. Vt ſudor multus, frigidus calidus veſemper fluens, frigidus grauiorem, calidus leuiorem morbum indicat. Quod non de critico ſudore dictum exiſtimetur: ſed de ſymptomatico, eoque qui toto morbi ſpatio citrà criſim vllam apparet. *Quid ſignificet caloris frigoris in ægro corpore viciſſitudo. Hippocrat. Aph. 37. & 42. lib. 5. Ah.*

2 In omni morbo natiuus calor atteritur & imminuitur, nec ſufficiens alimenti fit in omne corpus diſtributio: vndè contingit carnoſas partes conſumi. Quùm itaque morbi ſpatio corpus non manifeſtè vel patum emarcuit, morbi diuturnitas accuſanda. Humores namque morbidi craſſi lentique ſunt, iique multi. Quare nec facilè, nec citò diſſipabiles, nec breuioris pepaſmi capaces. *Cur macies in morbo, cur etiam & quando ægri non macelcunt.*

3 Vrina quæ modò pura eſt & naturalis: modò bullas habet, aut quaſdam quaſi maculas in ſuperficie: quæq; in fundo quid album, læue, deindè rubrum ſubſidens deponit, iure morbi diuturnitatem accuſat. Quod enim interdum pura cernitur, albam ac læuem habens hypoſthaſim, ſignum eſt naturæ roboris, & coctionis alicuius materiæ. Quod deindè *Vrina coloris & conſiſtentia varietas.*

bullulas aut maculas refert, aut intimo rubet, argumentum est peccantis humoris: quem quùm natura nondum aggressa sit, ad eius mitificationem coctionemque non breue tempus requiritur.

CRISEOS VENTVRÆ SIGNA & causæ.

CAPVT XVII.

Signa futuræ crisεos.

ANTE crisim currens varijs nox aspera signis
Proditur, vt capitis, colli, stomachique dolore,
Comate, dyspnæa, lachrymis non sponte profusis,
Obtuso sensu, spectris lucentibus, auris
Tinnitu, motu labij, lotióque retento.
Præuenit & tempus solitum, sæuóque rigore
Feruorem ingeminans accessio territat ægrum.
Hinc salit & clamat, vigil est, delirat, anhela
Conficiturque siti, nec spem putat esse salutis.
Spes tamen est medico, qui viderit antè vigorem
Cocta per vrinas excerni plura, per aluum
Sputáque, nec vires præsenserit esse caducas.

Causa crisεos.

Sed tanti motus geminus calor vnica causa est,
Dum fouet impuros, retinetque in corpore succos
Externus, quos natiuus calor euocat extrà
Sanguinis effluuio de nare, sero vel citato
Renibus è patulis, vel apertis fœcibus ani,
Vel cute præmolli largo sudore madente.

Quatuor cõmunes excretionis criticæ viæ, per nares hæmorrhagia. sero copioso per vrinas, alui profluuio, per anum, sudore per cutem.

COMMENTARIVS.

Signa crisima.

SYMPTOMATA quæ fiunt ab orgasmo materiæ noxiæ naturam impetentis, quæque mutationem subitam indicant, signa crisima, seu decretoria vocantur, quia quid in proxima crisi futurum sit quasi decernunt, & paulò antè indicant. Fit verò crisis excretione liberali morbificæ

bificæ materiæ per hæmorrhagiam aut sudorem, aut vomitum, aut aluum, aut vrinas, aut mulieribus per menstrua. Ex quibus singula suis signis crisimis denuntiantur. Vt sanguinem è naribus fluxurum esse portendunt aurium ceruicisque rubor, inuitæ lachrymæ, oculorum caligo splendórque, capitis, colli, frontis ac temporum grauitas, illicque pulsatio venarum, aurium pruritus, hypochondrij indolens tensio, pulsatio spinalis arteriæ, faciei rubor, pulsus magnus, tremorque manuum, & vrina cum alui fœcibus sine manifesta causa candicans. Mulieribus autem lumborum grauitas, dolor ac tensio, mensium eruptionem denuntiat. Vomitus signa sunt, horror inferiorum partium, frigus, pulsus durus, & inæqualis, obuersantes oculis tenebræ, dolor capitis mordax, ventriculi dolor, sputatio tenuis, inferioris labri motitatio. Sudorem designant pulsus vndosus ac mollis, rigor, aluus, ac vrina suppressa. Cęterarum excretionum peculiaria signa non habentur. At si priora non apparent & crisis imminet, inferiorem excretionem per aluum vrinasve conijce.

Quæ sanguinē è naribus fluxurum esse portendunt.

Quæ menstrua ventura denuntiant.

Signa vomitus.

Sudoris eruptura signa.

2 Sequentium signorum hæ causæ sunt. Aduentante crisi capitis, colli stomachíque dolor excitatur à turgente in his partibus materia morbifica. Coma fit ex humorum aut vaporum cerebri ventriculos imbuentium abundantia. Dyspnœa seu spirandi difficultas nascitur, obsesso Corde, nec benè se ab excrementis fuliginosis expediente. Lachrymæ non sponte fluunt, commota in oculis aquosa materia per orgasmum. Obuersantur oculis obscura, rubra, lucentia. Lucentia quidem (ea μαρμαρυγὰς appellant) à splendore, tenuitatéq; spirituum influentium in oculos. Rubra autem à spirituosi sanguinis in minimas oculorum venas illapsi copia. Sed à fumis circùm oculos discurrentibus obscura se offerunt, vndè Scotodinia, seu tenebricosa vertigo. Tinnitus fit aurium à feruidioris spiritus concitatiore motu per auditus organa. Tremulus labiorum motus à concussione neruosi generis. Supprimitur vrina, vel quod oblita videtur peculiaris muneris sui natura in sero è renibus propulsando, vel quod eadem opprimitur. Quod vtrum sit conijci debet è coctionis aut cruditatis signis. Si enim signa cruditatis præcesserunt, opprimitur. Sin coctionis, est probabile ferri serum in venas, & ab his in cutem, ideoq; sudores expectandi: quod certiùs, si pulsus solito mollior.

Symptomatum seu signorum horum loco causa.

3 Paroxysmus criticus anticipare solet ob concitatiorem humoris motum. Humorem verò concitat vterque calor, insitus seu natiuus, & aduentitius: ille quidem, vt excludat noxium: hic, vt naturam opprimat. In qua contentione de vita diffidit æger, & familiares eius calamitatem deplorant. Sed medicus prudens terreri non debet, verùm intrepidus spectator esse, non fabulæ, sed huiusce seriæ contentionis, si præuiderit concoctionem, quæ crisis accelerationem & salutis certitudinem spondet: à qua nullum se vidisse qui perierit cum Galeno memoriæ mandauit Ætius.

Quam ob causam anticipat accessio critica.

Galenus I. de crisib.

Æt. tetrab. 1. sermon. 2. cap. 24.

4 Quæ sequuntur, signa sunt vigoris accessionis criticæ. In cuius declinatione libera sequitur, & liberalis excretio, si crisis est futura salutaris, vt sæpius accidit. Nam ex ægrotis longè plures seruari quàm interire solent, nisi constitutio cæli sit pestilens.

MALÆ CRISEOS SIGNA.

CAPVT XVIII.

Signa sinistræ crisios.

ILLA quidem, veniunt si forsitan indice nullo,
Atque suis malè se purgauit fæcibus aluus,
Sputa malè & pectus reiecit: aquosaque renes,
Crassa-ve temporibus aut nigra aut fœtida primis
Deiecere, & vis moribundis viuida membris
Nulla micat, crisis est, subiti sed plena pericli.
Nam benè naturæ numquam succedit, vbi vis
Deperit in morbis, & non nisi cruda videntur.
Sic prasina & viridis malè sit deiectio, pallens,
Ruffa nimis, liuens, pinguis, spumosa, cruenta,
Viscida, nigra. Malè & renes purgantur aquoso,
Et crasso tenuique sero, grãueolente, nigroque.
Sputáque quæ pleno feruente in gutture, quæque
Non excluduntur facilè, & spumosa, rotunda,
Candida, quæque virent mala sunt. Mala pallida, nigra,
Flauáque sincerè solam referentia bilem.

COMMENTARIVS.

Quid crisis & quotuplex.

1 CRISIS quam hocloco scrutamur, est morbi in melius peiusve subita mutatio, seu præceps, ad salutem mortemve transitus: non autem vt aliquando sumitur, solutio morbi sensim facta, λύσις potiùs appellanda. Nam vt vera fiat crisis, debet esse contentio, & in qua natura plurimum in expulsionem humoris superuacanei laboret. Quæ si fit ad salutem, crisis absolutè, & per antonomasiam appellatur. Sin ad mortem, mala crisis. Vt imperfecta quæ aliquam effectu dignam mutationem, non tamen integram solutionem efficit. Imperfecta porrò crisis est, quæ metastasi, seu translatione materiæ fit, vt quæ desinit in abscessum. Perfecta, quæ fit eccrisi, seu per excretionem insignem, vt per hæmorrhagiam, sudorem, diarrhœam, à qua nihil febrilis humoris omninò supereſt. Malæ verò crisios causæ, sunt humorum cruditas & virium

Signa malæ bonæque crisios.

imbecillitas: vt bonæ robur virium, & humorum coctio, quam pepasmum appellant. *Causa.*

2 Superiori capite commemorata futuræ crisεos signa mala sunt, si cruditatis signa præcesserint. Nam cruda quæ sunt & incocta, inque malos abscessus conuersa, crisεos frustrationem aut dolores, aut morbi diuturnitatem, aut mortem, aut recidiuas indicant, inquit Hippoc. Cruditatis verò, ideóque crisεos improbæ signa petuntur ex vrinis prauis, secessibus & sputis. Ex quibus vrinæ virides, seu prasinæ, tuffæ, spumantes, cruentæ, caloris excessum: obstructionem aut summam cruditatem aquosæ, seu pellucentes albæ: syntexim seu colliquationem pingues, crassitiem humoris viscidæ: putredinem fœtidæ: liuentes & nigræ natiui caloris extinctionem portendunt. Idem esto de deiectionibus sputisque iudicium, in quibus similis color & æque prauæ qualitates extiterint. Natura verò crisim quodam die quem δεικνυλον & θεορητικον, hoc est indicem & contemplabilem appellant, denunciare solet, siquidem toto morbi spatio cum causis noxiis dimicat. Quùm ergo crisis nullo die præuisa contingit, lethalis est, quia nulla priùs apparuit nota naturæ contendentis, vt indè colligere liceat eam quasi fessam & obrutam dare manus, seque victam annuere. Fit autem mala crisis vt plurimum diebus paribus, vt sexto, octauo, decimo, duodecimo, decimosexto, non æque quarto, qui septimi non raro bonus est index. Interdùm tamen vt bonus, sic malus est decretorius: *Lib. 1. Epid. sect. 2. Ex quibus cruditatis signa petuntur. Vrinæ pravæ, vt deiectiones & sputa. Natura crisim indicedie denunciare solet. Quibus diebus fit mala crisis. Hippocrat. in prognost.*

Nam summè tranquilla febris, comitatáque signis,
Quæ sunt tuta, die quarto citiusve relinquit.
Quæque gradum feritatis habet deterrima summum,
Diráque signa gerit, quarto necat ante priùs ægrum.

Decimusquartus autem dies, etsi par videtur, impar tamen habendus est, quoniam è duplici septenario fit, vt triplici vigesimus, quadragesimus è sextuplici.

3 Primis morbi temporibus, principio nempè & incremento cruditatis apparere signa solent in mala crisi, quùm ea veros dies crisimos vt plurimum anticipet. Vt in acutis rarò septimo: non rarò sexto comparet grauissimis stipata symptomatis. Quo fit vt sextum diem, pessimum decretorium tyranno Galenus assimilet. Est verò lethalis crisis magis subita, quia fit natura minimum repugnante, crudáque, quæ quouis est morbi tempore materia. Salutaris verò non æquè præceps. Natura namque diutiùs occupatur in humore noxio subigendo coquendóque, neque coctio fieri, nisi tempore & mora potest. Omnis tamen crisis citò fit & confertim, neque quadragesimum diem, qui terminus acutorum est, superare consuecit: si quidem earum febrium est quæ ex calidis humoribus accenduntur. Qui quia celeres motus habent, subitas etiam excitant in corpore mutationes. *Mala crisis cur subita. Cur bona crisis mala tardior. Cur omnis crisis citò fit.*

BONÆ CRISEOS SIGNA causæque.

CAPVT XIX.

Causa bona salutarisque crisεos.

TVTA crisis fiet, critica si luce mouetur,
Si vires adsunt, & blandi signa pepasmi.
Namque die critico benè fit certamen, & humor
Efferus esse nequit, quem coctio mitificauit.

Signa coctionis ex vrinis, deiectionibus & sputis.

Quæ tunc est, quandò lotium micat, instar & auri
Flauescit, cuius sit læuis hypostasis, alba
Æquaque: fæx alui mollisque, sibique cohærens,
Nec multùm fœtoris habens, subfulua colore:
Sputáque crassescunt mixta cum phlegmate bile.
Sic natura potens & viribus vsa triumphat.

COMMENTARIVS.

Crisimi, seu critici dies, qui. Aph. 36. lib. 4.

DIES decernendi vim habentes, & in quibus crisis morbi contingit, crisimi, seu critici nominantur. Hi verò sunt ex Hippocrate tertius, frequens in peracutis, quartus, septimus, nonus, vndecimus, decimusquartus, decimusseptimus, & vigesimus, cæteriquæ quaternario, septenarióque numero comprehensi ad quadragesimum, à quo die rarò crises fieri per sudores, aut omninò per alias excretiones, sed per concoctionem, aut abscessus consueuerunt. Crisis autem citiùs aut seriùs ventura cognoscitur ex morbi more, specie, & paroxysmorum circuitu. Sic placidissimæ febres, quæquæ cum signis securissimis progrediuntur, quarto die vel antè desinunt: pessimæ verò, quæque lethalia signa præ se ferunt, quarto die, vel prius ægrum tollunt è medio Et ex febribus tertiana celerius quàm quotidiana iudicatur, quia bilis citius, tardius pituita mouetur. Vtque paroxysmi festinauerint, & pristinam horam anticipauerint magis, ita citius indicationem affore significant. Sin pigrè moueantur, horamque prorogent, sera vel nulla crisis expectanda Sunt autem criticorum dierum alij κατ' ἐξοχὴν critici seu critimi, quales septimus peracutorum, decimusquartus acutorum simpliciter: vigesimus, 27. 34. & 40. acutorum morborum ex decidentia terminus, qui κυριαὶ ἡμέραι, seu principes dies appellantur quod, in iis imprimis securæ fiant crises. Quidam incidentes, & intercalares, vt tertius, quintus,

Ex quibus crisis citius aut serius ventura cognoscitur.

Critici dies trium generum, principes, intercalares & incidentes.

nonus, inter bonos malósq; medij. Quidam mali, quales sunt pares, quos superiore commentario notauimus. Funestas namque crises paribus diebus, vt salutares imparibus maximè fieri citrà controuersiam est.

2 A viribus indicatio petenda semper est in morbis, quùm vitam vel ipsas esse vires, vel eius actiones necesse sit. At virium aliæ sunt animales, aliæ vitales, naturales aliæ. Constant animales, si valet mens & ratio, si placidus obrepit somnus & à somno melius est, nec sunt immodicæ vigiliæ: si vegeti sunt & integri sensus. Vitales verò, si libera spiratio, si pulsus æqualis, febris nulla. Naturales, si benè se habet æger ad ea quæ offeruntur, si mediocris aut nulla sitis, si naturalis appetentia, quam orexin dicunt, non canina, nec nimia: si deiectiones compactæ sunt, & hypochondria mollia. Sed in morbis vt virium robur, ita pepasmus, seu materiæ morbificæ coctio victricis naturæ signum est: nempè quæ tandem humorem crudum, efferum, rebellem, & à naturali penitùs alienum, vi caloris insiti mitificauit, domuit, & ad temperiem reuocauit: fecitque quoad potuit, naturali similem: at non omninò. Nec enim vt in pepsi cibus, sic in pepasmo coquitur humor. In pepsi namque seu naturali coctione cibus in alimentum vertitur. In pepasmo seu coctione morbifica mitior fit duntaxat, & à natura domatur humor ad exclusionem, vel in pus, vt in inflammationibus, vel in sputa boni moris, vt in thoracis affectibus: vel in deiectiones & vrinas laudabiles, vt in febribus morbisque reliquis, de quibus natura triumphare consueuit. Ideòque quùm vrinæ coloris aurei, læuem, albam & æqualem habentes hyposthasin: deiectiones subfuluæ, compactæ, minimum fœtidæ: sputáque crassiora, pituita & bile commixta se in morbis offerunt, securitatem, ideóque crisim optimam ostendunt.

Virium triplex genus. Animales vires quibus signis agnoscuntur.

Virium vitalium & naturalium signa.

Pepsis proprie est alimenti: pepasmus humoris morbifici coctio.

SIGNA MORTIS, EIVSQVE causæ.

CAPVT XX.

AT lethale malum, caua sunt si lumina, lapsa
Tempora, si nasus fit acutus, & vtraque languet *Signa mortis.*
Frigore, & auersa est imis in partibus auris,
Dura ac tensa cutis frontis, faciesque colorem
Pallentem, rubeum-ve priùs commutat in atrum.
Si fugiunt oculi lumen, lachrymasque profundunt
Inuiti, ac tenues illorum sanguine venæ
Liuenti nigro-ve tument, pituitáque canthis

Hæret, & apparet, quoniam malè palpebra iuncta eſt
In ſomnis album tunicæ, reſolutáque pendent
Labra, rigentque gelu, liuentque, ſopitus & æger
Semper hiat, neque quicquam oculis videt, auribus audit.

Sudor frigidus cum acuta febre mortem, cũ mœrore, morbi longitudinem ſignificat.

Eſſe etiam lethale putes ſudore gelato
Perfundi, gelidoſque pedes pendere deorsùm
Febre graui, rigidum neque poſſe inflectere collum,
Dyſpnœaque premi, malè deglutire, vorare
Immiſſos non poſſe cibos, deliráque verba
Multa ſeri, fierique ægro languente rigorem.
Nec minùs horrendum eſt, vlcus ſi liuet & aret,
Cruráque cum manibus nudantur, & vltima frigent,
Spiritus efflatur gelidus, paleæque leguntur,
Et dolor à coxis veniens ad viſcera tranſit.

Cauſa mortis, eiuſque variæ ſpecies.

Natiuus calor extinctus cauſa vnica lethi eſt.
Qui perit aut ſenſim, lentéque ſenilibus annis,
Febribus vt longis, & vbi natura recuſat
Ferre cibos, nec alit, quia tùm languore tenetur,
Atrophiamque parit gracilem, gracilemque Maraſmum,
Aut ſuffocatur citò. Sic apoplexia fortis,
Sic Angina premit. Stricto-ve reſoluitur enſe,
Quo cruor amplus abit. Diro aut cadit ille dolore.
Sic Tetanus quatit, vt raptant laniantque miſellum,
In diuerſa actæ quùm ſe effudêre quadrigæ.
Febribus aut magnis calor hic natiuus, ab illo
Cogitur igne mori, qui tùm populatur & vrit
Corpus, & accenſa dominatur in omnia flamma.

COMMENTARIVS.

Signorum mortis ventura cauſæ.

HVIVS loci ſignorum quæ in morbis acutis præcipuè locum habent, in iſque imminens exitium portendunt hæ cauſæ ſunt.

Oculorum cauſas vnde.

Oculi caui fiunt, quia pauci tùm in eos efferũtur animales ſpiritus, quorum copia per ſanitatem illuſtrabantur. Caui quoq; fiunt, oſſea quidem

superstite, sed exhausta carnea substantia. Carnea verò moles in acutis & adurentibus febribus citò vanescit, & absumitur ob caliditatem & humiditatem: ossea non item, ob frigidam siccamque temperiem. Nasus acuitur, quùm substantia carnosa, quæ circà pinnulas narium est, absumitur, & natiuus in eis languet & extinguitur calor. Consumitur verò facilè carnosa substantia, quia pauca: calorque natiuus facilè marcescit & exhauritur, quia nares, vt aures cartilagineæ sunt, proindè naturali constitutione frigidæ. Cutis frontis minimum carnis habet, ideóque promptissimè in acuta febre siccescit, & siccitate tenditur, duriorque fit: vt conuelluntur aurium fibræ, faciei color in nigrum vergit, refrigerato sanguine. Lucem effugit æger ab imbecilla videndi facultate. Lachrymas effundit inuitus à retentrice debili, non ab orgasmo seu materia turgente, vt paulò antè crisim accidit. Tenues oculorum venæ si pallent, liuentve, refrigerationis sanguinis: si nigricant, extincti natiui caloris sunt indices. Est autem in oculorum canthis, seu angulis sordes pituitam referens potiùs, quam in adnata tunica. Illi namque rugosi sunt: hæc æqualis & lubrica. Sordes autem excrementum est semicocti alimenti, nullum interdùm indicans periculum, vt in Ophtalmia. Sed in acutis, vt hîc, accedentibus alijs signis lethalibus, imbecillitatem portendit regentis oculum facultatis naturalis, quæ coquere nequit alimentum. In somnis album oculorum apparet, musculis qui palpebras mouent conuulsis ob siccitatem. Minus autem horrèdum, si sanguinis aut alui fluor, aut mæror vehemens, aut inedia, vigiliæ, aut quæuis immodica vacuatio præcurrerit: vel æger ita per sanitatem somnum inire consueuerit. Quidam enim sunt λαγόφθαλμοι, qui palpebris apertis leporum instar dormire consueuerunt.

Cutis frontis eur dura tensáque.

Qua causa moribundum suisa lux, nigrescit facies, decidit multa lachryma, tenues oculorum venæ, pallent, liuent, nigricant.

Cur in angulis oculorum sordes.

Quo fit, vt in somnis album oculorum appareat.

λαγόφθαλμοι. Hipp. Aph. 49. lib. 4. Aph.

2 In febre non intermittente, si labrum, aut supercilium, aut oculus, aut nasus peruertitur, si non videt, si non audit, imbecillo iam corpore, quicquid horum acciderit, in propinquo mors. Sunt enim illa conuulsionis à siccitate symptomata. Sed & auditus visusque priuatio, significat sensificam interire facultatem, vt sopor & hiatus oris exolui motricem. Sudor etiam frigidus cum acuta febre lethalis, quia natiui caloris indicat extinctionem. Prostratio, seu deiectio corporis, quam ἔρεψιν appellant, imbecillitatis extremæ signum est. Nec enim hæc accidit, nisi soluto robore, si corpus velut exanimum in pedes deuoluitur. Quod si pedes etiam frigent; vicina mors, facultate quę corpus moderatur extincta. Moribundi verò pallet aut liuet, si quod est vlcus, venularum quæ huic adiacent, marcescente sanguine: bilioso quidem, quùm pallet: atrabiliario quùm liuet: aut potiùs à necrosi, seu natiui caloris extinctione.

Quibuscausis labrum, supercilij, oculus, nasi peruersio, visus auditusque priuatio. sudor frigidus, prostratio corporis, & in pedes qui frigescit sint deuolutio.

Pallor aut liuor vlceris lethalis.

3 Extrema frigent in acutis ingruente morte, calore duntaxat hęrente circà viscera. Quod intelligitur, si venter & latera calida sint: aut eodem emortuo, quod expiratione frigida cognoscitur. Flocci verò palęque colliguntur, exhalantibus ad oculorum vasa vaporibus quasi nebulis, & sic in pupilla hærentibus, vt ob crassitiem visorium splendorem seu spiritum forasegredi prohibeant, & imaginatione lęsa putent ægri se vel in veste, vel in pariete, vel alio simili talia corpuscula cernere, qualia sunt

Extremorum frigus.

Quibuscausis flocci palęque leguntur.

hæc, quæ in pupilla consederunt. Quod Phrenitidis signum est aduentantis, aut iam præsentis, si contingit in morbi vigore. Sin emorientibus facultatibus, extinctionis spiritus animalis certissimum indicium, Dolores porrò circa coxas, & inferiores partes orti, si ad viscera transierunt, mortem subesse testantur. Nam, quandiù natura superior, tandiù vitium à nobilioribus partibus detrudit in ignobiliores, nec permittit ab his in illas anadromen seu recursum fieri. Si etiam hi dolores in viscera translati subitò desierint, propinqua mors. Nec enim in humorem noxium expellendum insurgit natura, sed victa dat manus, & oppressa resoluitur, maximè si alia signa lethalia pariter accesserunt.

Cur dolores ab inferioribus partibus ſit acutus ad ſuperiores ſit lethale.

Quid mors.

Quis natiuus calor.

4 Mortem dicimus natiui caloris extinctionem. Mors enim opponitur vitæ, quæ quum natiuo calore contineatur, eiusdem priuatione mors benè definietur. At per natiuum calorem, non elementarem, sed cœlestem & planè diuinum intelligimus, qui perenni animæ motu suscitatus corpus vegetat animatque, tùmque deficit, quùm se nostra mens corporis vinculis eximit. In cuius à corpore dissolutione necessario friget corpus, quia cœlesti suo priuatur igne. Mortis autem causæ sunt, vel internæ, vel externæ. Internæ quidem, humoris copia difflationem prohibens, crassities & lentor meatus occludens: frigus comprimens caloremque natiuum suffocans, calor dissoluens, desiccans & adurens: dolor pungens, & acerbitate sua vigilias excitans, spiritus exhauriens, natiui caloris inopia, partium imbecillitas coctionem impediens. Externæ sunt, pestilens aër cor inficiens, contusio, casus, virulentorum animalium vt araneæ, scorpionis, aspidis morsus, venenorum multæ species, pugionis, telorum & aliorum vulnus infligentium ictus, bombardarum impetus, & infinitæ aliæ, partim quæ singulis diebus accidunt, partim ab authoribus, qui de mortibus non vulgaribus scripsere producuntur.

Internæ mortis cauſæ.

Externæ.

FRANCISCI PORTI MEDICÆ DECADOS LIBER SECVNDVS.

SIGNA CAPITIS AFFECTVVM vniuerſalia, cauſæque.

CAPVT I.

QVVM doloreſt capiti mordax, vapor acer abundat. Varie capitis doloris ſpecies.
Quùm grauis, humoris ſignatur copia. Pulſus
Arguit ardorem: ſi ſola eſt tenſio, flatum.
Tenſio ſin grauis eſt, membranis humor inhæret
Plurimus, in quibus eſt ſenſuſque & cauſa doloris.
Si breuis & leuis eſt dolor hic, fumóque lyæi,
Phœbeis-ve ortus radiis, vigili-ve labore,
Cauſiſ-ve externis aliis, Cephalalgia. Longus Cephalalgia.
Sin & tantus is eſt, vt nec contentio vocis,
Nec ſtrepitus, nec odor, nec lucis ſplendor, id omne
Denique quod plenum reddit caput exagitatque
Iam nequeat ferri, morbus Cephalæa vocatur. Cephalæa.

COMMENTARIVS.

1 CAPVT corpus eſt ſupra collum, Cranio conſtans & Cerebro, virtutis animalis ſedes. Cerebrum autem, ἐγκέφαλος Græcis, pars capitis mollis, alba, flexuoſa, neruorum, motus, ſenſuſque principium, pituitæ fons: in quo plures habitant morbi, quorum curationem hoc libro, quod fœlix fauſtumque ſit aggredimur. Quid caput. Quid Cerebrum.

Quid dolor lib. 4. Tuscul.

2 Dolor est motus asper à sensibus alienus ex M. Tullio. Vel potiùs tristis ac molestæ rei sensus: vt blandæ voluptas ex Galeno. Qui fit, quùm temperies repentè mutatur, aut continuitas soluitur. Consistit autem dolor omnis in sensu, nec nisi in partibus sentientibus potest contingere. Qui si pungens; acer ac lancinans, bilem: si tensiuus, spiritum seu flatum: si grauans, humoris copiam indicat. Grauans autem si pariter est obtusus, pituitæ; si blandus, sanguinis: sin pungens pulsansque, bilis exuperantis, aut inflammationis, interdum & pituitæ vitreæ signum habendum est: pituitæ vitreæ quidem, si instar acus, aut terebri perforantis, aut impacti pali pars diuelli videtur, vt in colico dolore. Pulsatilis dolor arteriarum est, quæ à partium vicinarum inflammatione comprimuntur: punctorius & tensiuus membranarum. ὀστεόκοπος, seu dolor ossium in his membranis est quæ ossibus adiacent. Alius est dolor qui λάπαρος, seu laxus ac mollis ab Hippocrate nuncupatur: per quem is intelligitur qui sit phlegmones ac tensionis expers.

Lib. 6. Epid.

Dolor consistit in sensu.

Doloris differentiæ.

Cephalalgia & Cephalæa quid, & earum inter se discrimen.

2 Κεφαλὴ caput: Cephalalgia, & Cephalæa capitis peculiaris dolor est: in Cephalæa quidem diuturnus, vehemens, & ægrè cedens. non continuus, sed morbi comitialis instar per accessiones & intermalla repetens exacerbarique solitus, cum imbecillitate capitis: ob quam ociùs ac frequentius accessio repetit. In Cephalalgia verò nec diuturnus nec vehemens, sed qualis à sole, labore, crapula solet excitari: quare mitior, nec vt in Cephalæa capitis imbecillitati coniunctus: ideóque nec irritatu adeò facilis. Omnis verò capitis dolor in eius membranis est: qui vel externus vel internus. Quùm externus est, afficitur pericranij membrana, dolorque sentitur in radicibus capillorum, qui pressa redditur acutior. Sin internus, nimirum intra caluam, Cerebri meninges intemperiem, aut solutionem continui contraxere.

Omnis capitis dolor in eius membranis. Capitis dolor internus & externus.

PHRENITIDIS SIGNA ET causæ.

CAPVT II.

Phrenitidis duo signa pathognomonica continua febris & delirium.

DELIRAT *cum febre phrenitide pressus anhela.*
Affore quam vel adesse docet priuatio somni:*
Vel somnus varia turbatus imagine rerum.
Ex miti fera vox, squallens & lippus ocellus,
Effundensque acres lachrymas, venæque tumentes
Sanguine, per nares stillans cruor, aspera lingua
Garrulaque, exiguus potus, collectio vana
Floccorum, pulsusque frequens, durusque, celerque,

** Assistentia Phrenitidis signa.*

Vrinæ niueus color, & ſpiratio rara.
Quam mouet igne micans bilis: quæ mentis in arce
Dum ſedet, inflammat Cerebrum, geminamque Cerebri
Meningem parili diſtendit & arripit igne.

COMMENTARIVS.

1 PHRENITIS eſt Cerebri & membranarum eius phlegmone cum acuta febre, & continuo delirio. Phlegmone quidem à calidorum humorum affluxu: febris quoniam affecta nobili parte, Cor in conſenſum trahitur: delirium fit, vitiata Cerebri temperatura. Delirium autem eſt ratiocinationis aut imaginationis læſæ ac deprauatæ ſymptoma, φρενῖτις, φρένωσις, λῆρος Græcis, Latinis delipientia, dementia, ſeu mentis alienatio: qua ægri præpoſterè ratiocinantur, aut aliena cogitant. Id quidem vel ſine febre eſt, vel cum febre. Si cum febre, Phrenitis eſt, aut delirium ſimplex, in ardētium febrium vigore ſuſcitari ſolitū. Sin ſine febre, vel eſt Melancholia, vel Lycantropia, vel Mania. Dicitur verò Phrenitis in exquiſitam, & ſpuriam ſeu notham. Illa cerebro primario laborante contingit, cuius duo Pathognomonica ſigna ſunt, delirium & febris continua. Hæc per conſenſum diaphragmatis vitium ſuum in Cerebrum tranſmittentis facilè, quùm eius ſubſtantia neruoſa ſit membranoſaque. Quo fit vt veteres diaphragma phrenes nominarint, quoniam eo phlegmone laborante phrenitis conſequi ſoleat. φρένες verò propriè mens eſt, quam νοῦν καὶ διάνοιαν appellant, à qua phrenitis nomen accepit, quoniam in ea mens maximè læditur.

Quid Phrenitis.

Quid delirium.

Delirium duplex.

Phrenetis duplex.

Phrenetidis nomen vnde derivatum.

2 Bilis, quæ cauſa Phrenitidis, in Cerebro turgens vigiles facit. Siquetum initur ſomnus, turbulentus eſt: non à flatibus, vt in melancholia maniáque, ſed à bilioſi vaporis aut ſanguinis acrimonia, calore, motu concito validóq;. Ferox etiam ex miti reſponſio, ſignum eſt bileſcentis ſanguinis in Cerebro. Quúmque ſint in phrenitide delíria duorum generum: vnum cum riſu: ſerium & ferox alterum: ſecurior eſt iocoſa garrulitas, quæ calidioris duntaxat ſanguinis exuperantiam indicat. Magis horrenda ferox & ſeria, cuius melancholicus aterque ſanguis eſt cauſa. Nonnumquam verò phrenitici priùs feroces, placidi ſubindè fiunt, vel metu, quo refrigeſcunt ſpiritus, vt quùm vincula proferuntur: vel ſedato bilis paroxyſmo. Squallidi ſunt oculi cum lachrymis ab imbecillitate ſpiritus animalis, qui plurimus exhauritur per vigilias & febrem. Rubent etiam adnata tunica phlegmonem patiente propter imbecillitatem viſorij ſpiritus, ſanguinis venularum aſſidentium copiam & actimoniam. Nec ſolùm oculi venæ rubent, ſed & tument reliquæ capitis venæ, caloris Cerebri ſympathia, quo ſanguis ſurſùm attractus, Cerebri primùm, indè capitis venas implet, atque diſtendit. Stillat tum ſanguis è natibus, eroſa potius ſacrimonia ſanguinis quàm aperta vena. Lingua ſcabra fit & aſpera ſanguinis appulſu, quo etiã non rarò nigricat.

Hippocrat. Aph. 53. lib. 6.

Cur ſqualleant oculi cum lachrymis.

Cur rubent.

Stillantis ſanguinis à naribus cauſa.

Linguæ ſcabritiæ aſperæ nigricantiſque cauſa.

Loquacitatis causa.

3 Ob bilis, humoris subtilissimi motum in Cerebro multæ se phreneticis offerunt imagines: quas quoniam hi sermone conantur explicare, loquacitatis vitium incurrunt. Contenti verò sunt exiguo potu, quia non sitiunt. Non sitiunt autem, vel quia siticulosam affectionem non sentiunt, languida facultate appetitrice stomachi: vel quod ardoris causa longius abest à ventriculo: vel quod eis mens ægrotat. Alias multa siti torqueri debent, quùm in illis causa sitis abundet, intemperies nempè calida siccáque. Non autem re vera floccos, aut paleas, aut simile quidpiam phrenitici colligunt. sed colligere se putant, vel cogitationis, vel sensus, vel vtriusque iudicio destituti.

Cur phrenetici parum bibunt.

Causa cur paleas inaniter phrenitici colligunt.

4 Vt in phrenitide pulsus frequens, sic paruus tactu percipitur: frequens quidem ob vsum, siquidem affectus est ab immenso calore: paruus autem, ob arteriæ duritiem à siccitate contractam; quæ quoniam satis distendi non potest, pulsus quodam modo subtremere videtur. Quùm verò subtremit pulsus, & immodicè creber est, imminet ex Galeno syncope. Cor namque trahitur in consensum, idque cum Cerebro summo ardet incendio, quo vires atteri necessum est, & syncopem affore. Perpetuum autem hoc habent phreniticorum pulsus, vt cum conuulsione quadam motus eorum abrumpatur. Hinc in illis pulsum tremulum & conuulsiuum notamus, vtrumque pernicioſum. Albet autem vrina phreniticorum, quia bilis, qua tingi solet, in Cerebrum tota rapitur. Rara in illis spiratio, quia qui delirant, non norunt quandò sit inspirandum expirandumque, quùm obliuiosi sint. Itaque magnum & rarum spirant, vt longitudine respirationis id natura compenset, quod breuitate debet & frequentia fieri.

Cur frequēs, parum, tremulus, & conuulsiuus phrenetico-rum pulsus.

Lib 4. de caus. puls.

Vrina phreneticorum cur albicans.

Phrenetico-rum rara spiratio quare.

LETHARGI CAVSA, NOTÆQVE.

CAPVT III.

Lethargi causa pituita putri.

AFFECTVM *mouet hunc opplens pituita Cerebrum*
Putrida, qua rara est spiratio, magnaque, vultus
Decolor, vndosus pulsus, manuum tremor, atque
Crassior vrina est iumentorum instar. Hiatus
Oris & est, & lenta febris, sopor altus, & huius
Vis tanta, vt iaceat Lethargicus immemor horum
Quæ nouit quondàm, proprij vel nominis. Hincque
Lethargus, quòd in hoc obliuio summa notetur.

Signa.

COMMENTARIVS.

1 LETHARGVS ab obliuione, quæ λήθη vocatur, nomen habet, quod ex principibus animæ facultatibus memoriam inprimis offendat. Offensionis causa est, intemperies humida frigida, qua Cerebrum phlegmatis excessu ita grauatur, vt æger inexpugnabili dormiendi necessitate detentus, incidat in earum rerum, quas ante nouerat, obliuionem. Affectus est Phrenitidi contrarius, eique non rarò succedens, à medicamentorum impensè refrigerantium vsu, quibus Phrenitidis curatio tentata est.

Vndè Lethargus.

Lethargus phrenitidi contrarius.

2 In Lethargo pulsus vndosus est, magnus, rarus & languidus. Vndosus quidem ab arteriæ mollitie: magnus ab eiusdem facili dilatatione, propter mollitiem & humoris copiam: rarus à caloris paucitate: à facultatis imbecillitate languidus. Decolor, exanguis & plumbea facies à pituitæ dominatu: manuum tremor, insurgente facultate, contráque nitente humore crasso viscidóque, quo nerui manuum imbuuntur. Oris hiatus ab humiditate ventosa, vel sopita motrice facultate, crassior, & turbida iumentorum instar vrina profunditur, ab humore crasso, & spirituum in venis agitatione per febrem. Est verò febris à putredine pituitæ: quæ lenta, quia pituita tardi motus est. Sopor autem à pituita multa Cerebrum imbuente, grauantéque, à qua Lethargus inter soporosos affectus numeratur.

Signorum Lethargi causa.

Oris hiatus vndè.

RELIQVORVM A LETHARGO Soporosorum affectuum signa, Causæque.

CAPVT IIII.

Cari signa.

NVLLA *Caro febris, sopor est sed tantùs in ægro,*
Vt sensu motuque vacet, clausique putentur
Interijsse oculi. Sed inerti in corpore vitam

Catalepsees seu Catoches signa.

Esse docet facilis spiratio. Sic Catalepsis
Seu Catoche est, oculus quando reseratus vterque
Immotusque manet: sine sensu immobile corpus
Et motu stat in hac, in qua fuit ante figura,
Seu stans, siue sedens. Notat omnem Coma soporem.

Causa cari, catoches, seu comatis vigilantis, & comatis soporiferi.

Phlegma Carum non putre facit: pituitaque bili
Mixta parit Catochen, vigilans seu coma: sed vno
Coma soporiferum generatur phlegmate dulci.

COMMENTARIVS.

Quid somnus & eius vtilitas.

1 NATVRALIS somnus, animalium facultatum quies est: à natura datus, vt per vigilias exhausti spiritus viresque reparentur, melioreque fiat coctio, reuocato ad interiora spiritu cum sanguine. Præter naturam is est, qui humore multo, viscido, lento, frigidóque Cerebri ventriculos, eiusque substantiam opplet, & animales actiones intercipit: nec verè somnus, at sopor habendus. Hinc Apoplexia, Lethargus, Caros, Catoche seu Catalepsis, & Coma seu Cataphora soporosi dicuntur affectus, quia nimio humore cerebrum imbuunt, à quo sopor altus excitatur, animali facultate vel obruta, vel ab obeundo munere detenta.

Soporu, qui somnus præter naturam est, causa.

Affectus soporosi quinque.

In quibus lethargus caruſque cõgruant & discrepent.

2 Vt Lethargus ita Caros continuus præter naturam sopor est, vtérque pituitę copia genitus. Sed Lethargus posteriorem Cerebri ventriculum, Caros anteriores occupat. In Lethargo pituita putret, vndè febris: in Caro minimè. Pituitæ redundantia maior in hoc, in illo minor, vndè Lethargici interrogati punctique respondent: silent Carotici. Qui sine sensu motúque iacent, sopita facultate motus & sensus, ob humoris frigidi, crassi, lentíque copiam: clausos habent oculos, quia crassus humor priores Cerebri ventriculos implens, musculos palpebras mouentes premit.

Cur carotici sine sensu motuq; sũt, & vndè oculi claudantur.

Signum Pathognomonicum catoches.

3 Apertos esse oculos, in eoque habitu consistere quo correptus est æger, pathognomonicum habetur Catalepseos seu Catoches signum. Quod malum vt rarissimum, sic à doctissimo Fernelio bis, semel duntaxat à nobis obseruatum in muliere quinquagenaria, quæ nostris vsa remedijs, pristinæ est restituta sanitati, vocatis in consilium Petro Lassilæo, & Symone Malmedio clarissimis facultatis medicinæ Parisiensis doctoribus. Causa videtur siccitas oculorum musculos tendens. Vel potiùs humoris in Cerebro congelatio, qua rigent, & quasi conuelluntur oculi, corpúsque redditur immobile, quia spiritus animalis præ torpore ferri in neruos, partésque sentientes prohibetur. Coma verò seu Cataphora, dicitur præter naturam omnis in somnum delatio. Quúmque sit Coma duplex: vigilans, quod ἀγρυπνία dicitur, & soporiferum: Lethargus & Caros soporiferi Comatis nomine comprehendi possunt: Catalepsis & Catoche vigilantis.

Lib. 5. de partium morb. & symptom.

Causa Catalepseos.

Coma quid

APOPLEXIÆ SIGNA CAVSÆQVE.

CAPVT V.

Apoplexia ventura signa.

ARCTA *breuisque nocet ceruix, graue pondus, inersque*
Corporis, in pigrum delatio crebra soporem
Vertigóque. Ab eis Apoplexia namque timenda.

Apoplexia præsentis nota.

Quæ si contingit, motus sensusque repente
Concidit, est dispnæa, grauis stertorque prehendit.
Tollere quam ne posse putes, nisi debilis extet.
Sæpiùs hanc etiam sequitur resolutio partis.
Viscidus & crassus geliduſque hunc excitat humor — *Apoplexiæ causa.*
Affectum, qui ventriculos, ac molle cerebrum
Implet, & occludit tenues cæcosque meatus
Neruorum, per quos animæ via, visque patebat.
Interdum nimius cruor, atque Apolipsis habetur.

COMMENTARIVS.

1 APOPLEXIA motus & sensus, omnisque functionis animalis est repentina priuatio. In quam propensi sunt, non modò qui breui ceruice sunt, corpore graues & pigri, somnolentique, sed & qui dentibus in somno stridٍent, quibus elatæ sunt iugulares venæ, partium extremarum frigus sine febre, totius corporis palpitatio, splendores oculis obuersantes, lotium æruginosum, nigrum, paucum: farinaceum sedimentum habens ex Paulo. Quæ signa rariùs obseruantur, quia non nisi facto iam morbo medicus accersitur. Non accersitur verò, quia non præit acutus dolor, qui futurum apoplecticum imminentis periculi moneat, cogátq; vocare consilium. Signorum autem hic expositorum hæ causæ sunt. His qui breui pressáque ceruice sunt, iugularia vasa stricta sunt & angusta, quibus ideò spiritus vitalis ascensu, descensu prohibetur animalis. Talis autem constitutio ceruicis seu colli his inprimis est, quibus breue quidem, sed obesum corpus, cum ampliore cerebri medulla. Corporis grauitas ac torpor, elatio venarum iugularium, totius corporis palpitatio, lotium farinaceum sedimentum habens, frigus extremarum partium sine febre, plenitudinem totius corporis indicant: Sed in somnum propensitas, splendor oculorum, vertigo, dentium stridor, Cerebri potissimum. Vndè fit, vt id tandem mole materiæ frigidioris obrutum, sine motu sensúq; concidat, & stertore prænuntio suffocetur. Est autem in Apoplexia motus sensusque priuatio, quia principes ventriculi, corpusque Cerebri turgent & implentur humore, quo facultatem impediente spiritus animalis in neruos ingredi non potest. — *Quid Apoplexia.* *Paulus Æginet. lib. 3. cap. 18.* *Signorum Apoplexiæ causæ* *Quinam à natura colli breuioris sunt.* *Cur in Apoplexia motus sensusque priuatio.*

2 Quùm Apoplexia fiat à plena consummatáque priuatione virtutis animalis ad neruos affluere ante solitæ, quia motus sensusque deficit, mirum est, cur musculi thoracis moueantur ad respirationem. Sed causa est, respirationis necessitas, vim neruis contentam ad actionem excitantis, ad quam cogunt & adnituntur omnes thoracis musculi. Nec diù respiratio manet integra, sed difficilis euadit, ac supressa iugulat. Tùm stertor fit, turgentibus humore arteriæ asperæ cauitatibus. — *Cur in motu sensusque plena priuatione respiratio.* *Vndè stertor.*

3 Apoplexia fortis nullo prorsùs modo: debilis ægrè curatur, inquit

Aphor. 42. lib. 2.

Hippocrates. Ergo sola debilis Apoplexia, quæ dignoscitur ex æquali respiratione, vt fortis ex inæquali, degenerat in eam Paralysin, quam hemiplegiam peculiariter appellant, protrusa nimirùm è posteriore Cerebri ventriculo in spinalis medullæ partem alterutram materia. Quæ non contingit à Caro, quia tantum in hoc opplentur anteriores Cerebri sinus: nec à Lethargo, in quo, etsi ventriculus Cerebri posterior obsidetur à pituitæ copia, deest tamen causæ magnitudo.

Cur nec à caro nec à Lethargo contingit Apoplexia.

Apoplexiæ causa ex Galeno 3. De loc. affect. & Fernel. lib. 5. de morbis cap. 3.

4 Galenus Apoplexiæ causam esse contendit frigidum, crassum, ac viscidum quippiam, quod affatim Cerebri ventriculos implet, ideóque pituitam: quam solam esse vult Fernelius, non sanguinem, nec melancholiam. Quum tamen multi quondam hilares, & sub Ioue, quod aiunt nati, quadrati, & cutarei, rubore multo saturati, quùm vergunt in senium Apoplexia corripi soleát, quod à nobis in pluribus obseruatum: probabile videtur à multo crasso, fœculentóque sanguine, Cerebrum, motus sensúsq; commune principium opplente nasci, nonnumquam Apoplexiam. Quod indicat sanatio. Nam initio morbi pleróque larga missio sanguinis non solum ab interitu, sed & à morbo sæpè vindicat. Nec inficias it Galenus, causam huius affectus interdum esse diathesim phlegmonosam in Cerebro consistentem, per quam Apolipsis, seu venarum interceptio fit, qua facultas animalis in partes inferiores influere vetatur.

Apolipsis, seu venarum interceptio.

Sed quia senilis est hic morbus, & senes plurimis excrementis à pituita redundant, pituitam solam, id est primariam, & causam sine qua non existimare cum Fernelio, rerum naturalium indagatore doctissimo possumus & debemus: siquidem ex plethoricis, & ijs qui multo redundant sanguine, hi ferè soli in Apoplexiam incidunt, qui crapulæ inertiæque sese dediderunt, à qua plurimus in corpore supervacaneus, isque viscidus & pituitosus humor congeritur: dicunturque γέροντες πολύαιμοι, non quod multo puro, sed pituitoso redundent sanguine.

Senes multi sanguinis.

SIGNA CAVSÆQVE PARALYSEOS.

CAPVT VI.

Paralyseos nota.

PARS sensum motumque negat resoluta, grauisque est,
Et subitò casura, leues si attollis in auras:
Laxa etiam molliſque, & inerti frigore torpens:
Quumque malum vetus est, sine pulpa & marcida tabe.
Quam pariunt luna lucente, & sub Ioue somnus
Egelido, vitæ ratio quæ mollior, ictus,
Casus, at imprimis lentúsque, ac frigidus humor.

Causæ.

Qui sine

Qui ſpinæ neruos, ne vis animalis in illos
Influat, occludit: partem hinc vetat ille moueri.

COMMENTARIVS.

1 RESOLVTIO neruorum, quæ παράλυσις, ſeu πάρεσις, ſymptoma eſt facultatis animalis, qua pars corporis motu ſenſuque deſtituitur. Cuius cauſa multiplex: vt frigus neruum comprimens & indurans: calor emolliens, & humorem colliquans, laqueus conſtringens, callus ac tuberculum, contuſio ex caſu vel ictu, vertebrarum luxatio. Et ex humoribus ſanguis interdum multitudine ſua vias ſpirituum intercipiens, aut humiditate nimia ſpiritus extinguens, aut neruos emolliendo diſſoluens. Interdùm bilis, quùm ſub finem intermittentium febrium in ſpinam dorſi, & in neruorum origines effunditur. Melancholia vix vnquam: ſæpiſſimè pituita, quæ craſſitie & lentore neruo tenaciter inhæreſcit. Denique cauſa quæuis ſpiritum animalem, quaſi radium in neruum ingredi prohibens. Quia verò Paralyſeos cauſa continens in neruo eſt, neruorum hic ex anatome diſtributio tenenda, vt quorum nam ea vitio fiat, intelligatur. Paralyſis imperfecta, ſtupor eſt, quo motus ſenſuſque torpet & hebeſcit, veræ plerúmque nuncius. In quam tùm deſinit, quùm cauſæ accedit magnitudo.

Quid Paralyſis.

Paralyſeos varia cauſa.

Stupor, motus ſenſuſque torpor νάρκη *ſeu* νάρκωσις.

2 Paralytica pars grauis eſt, quia motu, qui conſiſtit in actione, priuatur: ideóque priuatur, quod in eam à ſuperno principio, nempè Cerebro facultas non influit. Motus verò celeritas à facultatibus pendet. Ergò pars ea, in quam facultas non illabitur, neceſſario grauis erit. Quæ tandem velut atrophia contabeſcit: quia quùm ſenſu careat, alterationem quoque ſui non agnoſcit, vndè nec ſibi attrahit alimentum. Adde quod eadem animali priuata ſpiritu, vitali quoque & naturali deſtituitur, ideóque calore pariter ac ſanguine. Quibus ex cauſis laxa quoque, mollis & frigida.

Cur Paralitica pars grauis eſt, in atrophiam abit, ſitque laxa, mollis & frigida. Galen. lib. Quod ſanguis in arteriis continetur.

SIGNA, CAVSÆQVE VERTIGINIS.

CAPVT VII.

VENDA, *trochus, rota, curſus, & impetus omnis in orbem,*
Externæ cauſæ vertiginis eſſe putentur.
Proxima cauſa vaporem tenuis, caliduſq;, cerebrũ
Qui ferit & ſenſus, & ſic impellit agitque,
Corruat vt prenſus vertigine ſæpe, ruentem

Vertiginis externa cauſa.

Vertiginis interna cauſa.

Ni retinet paries, aliud corpuſ-ve propinquum.
Quæ tùm cenſetur Cerebri primaria, quando
Viſus hebes, grauis auditus, tinnitus & auris,
Læſus odor, guſtuſque, caputque dolore grauatur,
Menſque ſopore graui premitur. Sed ab inferiore
Parte malum naſci ſtatuas, vbi nauſea, morſus
Cordis, & appoſitæ pariunt faſtidia menſæ,
Tùmque æger queritur circùm ſe cuncta rotari.

Vertiginis primariæ ſigna.

Vertiginis eius, quæ ventriculi ſympathia naſcitur notæ.

COMMENTARIVS.

Vertigo quid.

Vertigo duplex, ſimplex & tenebricoſa.

1 VERTIGO Capitis affectus eſt, quo ita cerebrum & ſenſus exagitantur, vt circumagi videantur omnia. Δῖνος dicitur quùm ſimplex eſt. Σκοτόδινος quùm offunduntur oculis tenebræ. Σκότωμα commune nomen vtrique eſt. In quo caligat viſus, quùm fumoſi ſpiritus efferuntur in oculos. Grauis auditus eſt à vaporoſa: tinnitus autium à flatulenta materia. Læditur odor & guſtus à vapore bilioſo: ſopor eſt, dolor capitis grauans à copia. Nauſea, cardialgia & anorexia fiunt commotis humoribus calidis, iiſque bilioſis in ventriculo: quorum vapor in Cerebri ſinus elatus, Scotomatis, ſeu vertiginis eſt cauſa per ſympathiã.

Signorum vertiginis cauſa.

Vertigo, deminuta epilepſia.

Vertiginem verò diminutam Epilepſiam plerique dixerunt, quòd huius habeat rudimenta, in eamque interdùm, aucta cauſa deſinat.

EPILEPSIÆ SIGNA, ET CAVSÆ.

CAPVT VIII.

Imminentis Epilepſiæ ſigna.

SIGNA *quidem herculei ſunt præcurrentia morbi*
Plurima, mens & ſenſus hebes, vaga ſomnia, pondus,
Truxque dolor capitis, facici pallor & oris,
Ventriculi dolor & morſus, vomitúſque cupido,
Defectúſque leues animi, nebulæque vagantes
Circùm nictantes oculos. Sed morbus vbi iam eſt,
Corruit in ſpaſmum ſine munere lucis, & auris,
Et ſtertit, clamat, lotium ſemenque profundit,
Membra quatit, ſtridet, ſolet & clamare Caducus.
Phlegma paroxyſmum facit hunc, piceuſque Cerebri

Præſentis Epilepſiæ notæ.

Ventriculos implens, nec eos penitus tamen, humor,
Vimque animæ cohibens, atque aura infensa Cerebro
Effera, furtiuo comes & sociata veneno.
Quæ quando tenerum petit, exagitatque cerebrum,
Pugna fit, ingrediente illa, excludente Cerebro:
Qua pugna exurgit, quæ nunc Epilepsia fertur.

COMMENTARIVS.

Epilepsia quid.

1 EPILEPSIA, conuulsio totius est corporis, non perpetua sed typica seu periodica, cum mentis & sensuum oblæsione. Cuius materia vel in Cerebro gignitur, vel in id è ventriculo, vtero, crure, vel alia corporis parte transmittitur: eaque vel crassus humor ex Galeno, spiritus meatum in Cerebri ventriculis obstruens: ideóque pituitosis familiaris est affectus, bilioso non accidit, si authori libri de morbo sacro credimus. Repente tamen incipiens ac desinens paroxysmus, in eóque vehemens agitatio, motusque saltuosus, & spumæ per os eductio, non tam crassitiem humoris (Crassa namque mouentur ægrius) quàm tenuitatem indicare videntur. Adde quod ingeniosi, quique tenuem Cerebri substantiam valdè sensilem habent: qui vini fumosi & victus ratione vaporosa delectantur, crebriùs in Epilepsiam incidunt. Vndè colligi potest à pituita tenui, spumosa, flaua bile, atræ bilis ichore, vapore acri, & odoribus Cerebrum ferentibus Epilepsiam interdum excitari. Quod verisimilius tamen est in ea quæ sympathia fit. Primariam enim, crassum humorem in Cerebro, pituitæ sede, causam habere par est. Quem Cerebro molestum vt expultrix facultas excutiat, se ad motus vehementissimos excitat, vt in sternutatione, quam ideò paruam Epilepsiam esse memoriæ prodidit Auicennas. Ceterum Epilepsia sic dicitur, quia mens & sensus ἐπιλαμβάνονται, i. intercipiuntur ac vinciuntur in hoc affectu; quo fit vt eo perculsus æger nec audiat, nec videat, nec præteritorum meminerit. Caducus à cadendo nominatur. Hoc enim perculsi repente concidunt. Comitialis à comitiis, quæ tùm soluebantur olim, quum hoc affectu corripiebatur quispiam Herculeus & sacerà magnitudine. Puerilis quòd pueros sæpè torqueat, cùm ob crapulam, tum intemperiem humidam eorum Cerebri. Lunaticus quòd interlunio natos corripere soleat, & lunæ motu concitetur. Veteribus elephanticus ob curationem, vt in elephantia si desperatam. Vix enim ab anno vigesimo quinto sanatur ex Hippocratis Aph. 7. lib. 5.

Lib 3. de loc. affect. ca 3. Coniectura quibus non sola pituita Epilepsiæ causa probatur.

Multiplices Epilepsiæ causæ.

Epilepsia variis nominibus hominumque causæ.

Signorum Epilepsiæ causæ.

2 Incipiente paroxysmo repentè cadit epilepticus, oppletis Cerebri ventriculis, & spirituum animalium ductibus intercepti & obturatis, non tamen omninò. Spiritibus enim via relinquitur, qua Cerebrum concussione nititur quod noxiũ est excutere. Sternit vt in Apoplexia, à qua nec sede, nec causa, sed sola magnitudine differt Epilepsia, decũbente

Epilepsia ab Apoplexia magnitudine differt.

in fauces & trachciam arteriam pituita, fauciumq; & colli venis sanguine turgentibus, viasque pulmonis arctantibus. Clamat ab affectus vehementia, quoniam insigniter conuellitur. Vrinam præter voluntatem effundit, solutis vesicæ musculis à concussione conuulsoria. Stercus emittit, laxato sphincter, & musculis ani leuatoribus. Quod duntaxat accidit in graui paroxysmo. Cæterum huius affectus horrenda symptomata præ se ferunt non solitarium humorem, sed abditam & cæcam, eamque veneni participem qualitatem, infensam Cerebro: quam quia soli Diui norunt, curationem ad eos benè referunt. Diciturque iure morbus sacer, non solùm ob eius magnitudinem, sed etiam quòd in hoc si in vllo τὸ θεῖον sit. Nolim tamen Epilepticos arcendos à medicorum limine, qui plurimos quotidie à nobis prosperè fœliciterque sanari videam. Sed inueteratam & annosam Epilepsiam natu maiores obsidentem qui pessundet & radicitus euellat rarus est: cuius tamen curandæ normam si quid eis potest, suo loco docebimus.

Lib. 6. cap. 20.

INCVBI SIGNA CAVSÆQVE.

CAPVT IX.

Incubi signa.

Causa.

MENS stupet & sensus, spiratio læditur & vox,
Et graue terret onus, quando premit Incubus ægrum.
Causa melancholia est circúm præcordia turgens.
Aut pituita cibo nimio contracta, meroque:
Qua vapor exhalat crassus, diaphragmáque tendit,
Pulmonisque vias arctat, nebulisque coactis
In Cerebro, lædit trepida sub imagine mentem.

COMMENTARIVS.

Quilincubus.

Incubi signorum causa.

INCVBVS grauis est oppressio corporis, nocturnaque suffocatio, respirationem lædens, vocemque supprimens. In quo mens & sensus hebescunt, crassioris pituitæ vel melancholiæ vapore è præcordiis in Cerebrum expirante: spiratio difficilis est, presso diaphragmate cum Pulmonibus à subiecta crassa, flatulentáque materia. Putat tùm æger ingenti se mole premi, suffocationisq; non leui terrore percellitur, ob grauem corporis oppressionem. Ephialtes & pnigalion græcis hic appellatur affectus: qui nec Deus, nec semideus, nec Dæmon, nec incubans, quod

Vera incubi causa.

veteres aliquando credidere, vetula: sed vapor quidam crassus est, qui partim vias spiritus animalis intercipit, vndè spiritus, vocisque difficultas: partim in Cerebrum elatus, animum spectris exagitat, fitque iæliæ imaginationis affectus, in Epilepsiam, si moras erigerit, desinens.

MELANCHOLIÆ MORBI SIGNA, Causæque.

CAPVT X.

Melancholiæ naturalis signa cõmunia.

MVLTA *melancholiæ natiuæ signa feruntur.*
Sicca velut cutis & macies, pallorq;, ruborque
Puniceus vultus, vitiligóque nigra. Sed huius
Quæ sedet in Cerebro, morbíq; est nomen adepta
Signa duo tibi sint, mœrorque, metusq; perennis.
Tùm malè mens fingit, deliráque verba sonare
Vox solet. A sicco causa est gelidóque Cerebro.

Melancholia morbi signa pathognomonica.

Causæ intemperies frigida sicca Cerebri.

COMMENTARIVS.

Melancholiæ species.

Melancholiæ primariæ definitæ species & causa.

Lycantropiæ seu lupinæ morbi signa.

1 MELANCHOLIA triplex. Vna quæ totius corporis vitio fit, cuius signa causásque lib. 1. cap. 4. dedimus. Altera quam vocant hypochondriacam, seu flatulentam, de qua postea. Tertia primaria de qua nunc agimus. Quæ mentis est alienatio: qua qui laborant, aut cogitant, aut loquuntur, aut faciunt absurda, & à ratione dissidentia. Quæ rursum triplex: Melancholia morbus, Lycantropia, Mania. Melancholiam morbum facit ater ac fæculentus humor in Cerebro consistens, cuius pathognomonica signa sunt assiduus metus & mœror. Nigrioraterque magis humor est qui Lycantropiam committit, quam à vulgari melancholia distinguit vlulatus. Qui hoc affectu prehenduntur, conspectum hominum fugiunt, luporum instar in solitudinibus vlulãt, & à gallis *Loups garoux* appellantur. Maniæ causas signáque sequenti capite persequimur, cuius cum affectu lupino multa communia.

MANIAE SIGNA, CAVSAEQVE.

CAPVT XI.

Maniæ signa.

HANC *sequitur plerũq; furor malè sanus, & amens:*
Quo iucent oculi, facies horrenda videtur,
Tabescit vigili corpus miserabile cura:
Atria tota tremunt ira, clamore, minisque,

Noctéque vicini reboant vlulatibus agri.
Nec modò vel clamor: vel sunt minitantia verba.
Pugna ferox rabidis insurgit dentibus, vncis
Vnguibus, insultúque hirtarum more ferarum.
Causa. *Non parit effrænum sanguis, pituita-ve lenta,*
Sed bilis flaua interdum: at magis atra furorem.

COMMENTARIVS.

Melancholia morbus, eiusque causa.

1 MELANCHOLIA morbus, deprauatus est principis facultatis motus, vt omne delirij genus. Quæ fit cùm ab intemperie frigida sicca Cerebri, tùm ab atra bile, quæ rationalem animæ partem occupans, tenebras offundit, à quibus metus & moestitia necessariò consequuntur. Ad eam si manifesta quædam accedit causa, vt ira frequens & excandescentia, moeror ingens, anxia cura, quæ humorem magis exussterit, vstioneque magis fetum, ferinumque reddiderit, insilit affectus, quem à verbo græco μαίνομαι, quod est insanio, ferocio, maniam seu furorem & insaniam appellant. In qualucent à tenuitate spirituum animalium oculi: vultus horridus est à siccitate, per quam etiam tabescit corpus. Clamor excitatur, vlulatus, minæ, pugna ferox, ab animi per furorem impotentia.

Vide Mania Signorum Maniæ causa.

CATARRHI SIGNA ET CAVSÆ.

CAPVT XII.

Catarrhi signa.

QVVM *pituita mouet liquidum malè sana Catarrhum,*
Frigus inest capiti, facies fit pallida, murmur
Vox ciet, & sopor est, vrinaque crudior exit,
Mens stupet & sensus, motus torpore tenetur.
Sin calor in causa est, oculus rubet, interiorque
Pars oris lacerata dolet, dolet & caput omne.
Teter odor penetrat nares, color aureus extat
Emisso in lotio. Scapulas lumbosque catharrhus
Permeat interdum, variosque effusus in artus,
Efficit innumeris corpus miserabile morbis.

In capite exuperans humor fit causa catarrhi. Causa.
Quam mala temperies Cerebri, Iecorisue, Lienis
Ventriculi-ve fouet, calidusque & ventus, & aër,
Egelidusque: sed hic dum comprimit, & liquat ille:
Flansque notus, locus humidior, potusque cibusque,
Moeror & ira fremens, metus & damnosa voluptas.
A quibus, atque animi reliquis affectibus, vri
Spiritus ipse solet: si mœror frigore: seuus
Si furor igne: nimis si mens est læta, resolui.

COMMENTARIVS.

1 CATARRHVS, est humoris superuacanei è capite descensus. Cuius causa plenitudo est, Cerebri inferiorum-ve partium vitio contracta. Cerebri quidem, alimentum ob intemperiem frigidam non coquentis: aut id quod attraxit non absumentis, nec in halitum digerentis. Partium autem inferiorum, vt est Pulmonis, Iecoris, Lienis, ventriculi, reliquorumque viscerum calidior intemperies: qua vaporibus sursùm elatis, Cerebrum grauidum prægnansque, non tam facultatis expultricis robore, quàm retentricis imbecillitate, quod molestum est, amandat, & in subiectas partes volens nolens abire patitur. Aër etiam, frigidus quidem & aquilonius exprimendo, vel calorem intrò cogendo: calidus autem & austrinus humores liquando, fundendóque catarrhi causa est. Metus item & mœror, ira, gaudium & affectiones animi cæteræ, spiritus refrigerantes, calfacientes, aut resoluentes, hisque similes externæ causæ, eandem in distillatione procuranda, quam internæ vim effectumque nanciscuntur. *Catarrhus quid & eius causæ.*

2 In catarrho capitis frigus est à pituitæ dominatu. Rauca vox, non habente liberum exitum vocali materia, quia fauces intercipiuntur ab humoris decubitu. Sopor, Cerebri ventriculis pituita turgentibus. Vrina cruda, prolabente per venosum genus in renes pituita: mentis sensusque stupor, occupante pituita Cerebrum. Torpet etiam motus, quùm eius portio decumbit in spinam, quæ neruorum musculos mouentium origo est. Oculus contra rubet, à tenuis bilioſique sanguinis influxu in exiles oculorum venas. Oris interior pars laceratur ab humoris acrimonia Dolet caput, humore acri Cerebri membranas pungente, ac distendente: fœtent nares ab humore putri circa priores Cerebri ventriculos. Color aureus in vrinis, est à bilis exuperantia. *Signorum Catarrhi Causæ.*

3 Catarrhus, omnis fluxionis commune nomen est. Propriè tamen catarrhus appellatur quùm in os descendit humor: vt quùm in nares illabitur, Coryza: quùm in fauces, Branchus: quùm in pectus, Rheuma, quùm in columellam, Vua. Sed & quùm in neruorũ origines catarrhus *Varia catarrhi nomina pro varia in partes fluxione.*

incumbit, Apoplexiam, Paralysim, stuporem, tremorem inuehit. In sensuum organa cæcitatem, surditatem, tinnitum, odoris priuationem. In Pulmones tussim, asthma, Phtisim: in ventriculum cruditatem; in intestina diarrhæam. Si etiam in Iecoris reliquorumque viscerum venas se inserit, ibique crassescit, obstructionum & morborum indè nascentium origo est, authorq; primarius. Quoties autem externæ capitis venę vel sero, vel humore multo turgent, quod superuacaneum est sub cutem verticis effundunt, è qua in externas corporis partes distillatio fertur in oculos, in dentes & maxillas, in ceruicem, in scapulas, in brachia, latera, dorsum, in lumbos, in coxendices, in crura, in omnes etiam corporis articulos. Quo fit, vt ab eo loco qui intrà caluam & pericranium est, omnis fere è doloris externi causa petenda sit: vt ab internis capitis partibus interna fluxio nasci consueuit.

Externa fluxio ab externum capitis venis: vt ab internis interna.

DE RHEVMATISMO, SEV Rheumate.

CAPVT XIII.

Rheumatismi signa, causæ.

AFFECTVM dic Rheuma, calorq; dolorq; repente
Sic cadit in membrum. Parit hoc qui defluit humor
Partibus è superis, Cerebrum, Pulmone, Lienue,
Seu Iecur extiterit, valido quæ robore, quicquid
Stagnat in his procul effundunt, & in infima quæque,
Præcipuè inualidas, velut est caro, glandula partes.

COMMENTARIVS.

Gal lib. 2. ad Glauconem lib de curandi ratione per sanguinis missionem.

1 AFFECTVS hic, qui Rheumaticus à Galeno vocatur, Catarrhi species est, non ea de qua versus, Si fluit ad pectus dicatur Rheuma catharrhus, sed repentina fluxio, non in articulos, quæ parit Arthritidem, verum in medios artus, & imbecillas corporis partes, vt glandulas & carnes irruens: interdum sine febre, sæpè cum febre, quam accersit phlegmone. Quem affectũ obsedisse plures obseruauimus anno salutis 1604. sub initium autumni, tum frequens imbribus, quos æsta torrida præcesserat. Vndè probabile, liquaris humoribus huius Rheumatis frequentiam contigisse. ναυπάσις τῶν φλεβῶν, seu nausea venarum à Michaele Marescotio, Parisiensi medico celebri, mihi totique vrbi charo dicebatur hoc Rheuma. Quod verè dictum existimem, quum in omnibus, quos hoc prehensos vidi, vidi verò quamplurimos, notarim neminem, qui de partium internarum, vt Cerebri, Pulmonis, Iecoris, Lienis dolore quereretur, vt probabile sit harum robore superuacaneum & sanguinem &

nem & ſerum in habitum corporis amandari pelliq́ue, & in muſculis ac perioſtijs crudeliter interdum, & acerbè ſæuire.

OPHTALMIÆ SIGNA ET CAVSA.

CAPVT XIIII.

I rubor adnatæ, ſordes, lachrymæque, dolorque Ophtalmiæ ſigna.
Diſtendens pulſanſque, Ophtalmia vera fatigat.
Quam gignit tunicæ, quæ Coniunctiua vocatur Cauſa.
Fuſus in exiles venas cruor igneus, atque
Diſtendens præmole, mouenſque calore dolorem.

COMMENTARIVS.

1 OPHTALMIA, ſeu Lippitudo, externæ eſt oculi tunicæ phlegmone. Quæ tùm naſcitur, quùm tenuis bilioſuſque ſanguis in exiles & obſcuras oculorum venas illabitur: in quas affluit humor à Pericranio per venas externas: vel à Cerebro per internas. Sed & eius cauſæ quædam externæ ſunt, vt fumus, caſus, percuſſio: quædam internæ vt humor acer, plethora, diſtentio à craſſis humoribus, flatulento-ve ſpiritu. Affinis eſt Epiphoræ: in hocque cum ea conuenit, quòd in vtróque affectu ab acri fluxione lachrymę decidunt. Sed hoc differunt, quòd oculi candidũ in Ophtalmia, ſolũm oculi cilium in Epiphora rubeſcit. Quid Ophthalmia. Ophtalmiæ cauſæ.

2 Adnata tunica, cuius color eſt candidus, ita dicitur, quoniam adnaſcitur corneę: Coniunctiua, quia coniungit oculum cum orbita ſua, quæ producitur à Pericranio. Sedes eſt Ophtalmiæ. In qua rubet oculus ob ſanguinis afluxum: ſordet ab excremento pituitoſo, quòd in oculi cantho maiore eſt: lachrymæ funduntur acres à ſero bilioſo: dolor eſt diſtendens ac pulſans ex copia ſanguinis & ſpirituum, minimas oculi venas agitantium, & membranam extendentium. Ophtalmiæ ſignorum cauſa.

DE AMAVROSI, SEV GVTTA SERENA.

CAPVT XV.

Siſit hebes, vel nulla acies, pupillaque fulget, Amauroſis ſigna.
Lumina morbus habet, qui gutta ſerena vocatur.
Quam generare ſolet viſiui obſtructio nerui. Cauſa.

COMMENTARIVS.

Quid ἀμβλιωπία. & eius causa.

1 VISVS hebetu linem ἀμβλιωπίαν vocant. Quæ fit citrà vitium quod vel in oculi tunicis, vel in ampliore contractiore ve pupilla, vel alia quauis externa oculi parte conspici possit. Vndè patet internum quid esse quod spiritus, humores, aut tunicas alteret, siue crassitiem, penuriam, aut imbecillitatem visui spiritus: siue corrugationem, aut densitatem tunicæ, seu nerui optici, crasso viscido-ve humore quodam obstructionem. Ab ea solum maioris minorisque ratione dissidet Amaurosis seu Cæcitas, quam potentior, vt illam imbecillior efficit causa. Sed Amaurosin ideò guttam serenam appellant, quod in ea sereni sint, & sine

Amaurosis & Ambliopia sibi causæ magnitudine distinguuntur.

næuis & maculis oculi, benè vidétium omninò similes, qui tamen ab interiore gutta, seu pituita neruum opticum obstruente visu priuantur.

Cur Amaurosis gutta serena dicitur.

2 Visio fit per pupillæ foramen. Quæ si micat splendetque, visionis offensa vel in humore crystallino est, qui primum ac præcipuum visus est organum: vel in optico neruo, via spiritus animalis: vel in Cerebro. Humoris crystallini vitium dolor præcessit ab ictu, casu, vel acriotis humoris influxu, quibus hic à sua sede dimotus est. Si cæcitas repentè accidit, obstructio nerui est: si pedetentim, intemperies eiusdem, aut adstrictio potius. Sin Cerebrum imbecillæ, vel deperditæ visionis est causa, spiritum animalem aut non suppeditat, aut corrumpit, ob intemperiem simplicem, aut cum humore. Tumque non visus modo, sed & reliqui sensus afficiuntur, eaque signa comparent quæ de affecto Cerebro notauimus. Spiritus autem visorius vel crassus & paucus, vt in senibus & nyctalopibus: vel crassus & multus: tumque longo quidem tempore, sed in aëre duntaxat luminoso fit visio: vel paucus & subtilis, vt in myopibus: vel paucus, subtilis & lucidus, & tunc oculi noctu magis micant: vt in Tiberio Cæsare notauit Suetonius in eius vita: vel multus & lucidus, ac tum acutè distinctéque cernitur. Contrà perit visio, si paucus & obscurus inest oculis animalis spiritus.

Examen causarum Amaurosis.

Humor crystallinus primum visus organum.

Spiritus visorij varietas.

GLAVCOMATIS, ET SVFFVSIONIS, seu Catarrhactæ signa, Causæque.

CAPVT XVI.

Glaucoma quid & Suffusio.

GLAVCOMA *est, vbi densatur crystallinus humor.*
Sin fumi, muscæ-ve oculum, tepidi-ve vapores
Eludunt, & ab his nubes hærere videtur
Cærula pupillæ, vel grandinis æmula duræ,
Deti net affectus Suffusio dicta latinis.

Suffusionis primaria nota.

Quæ vera est, Cerebrique solet primaria dici,
Si concreta manet nubes, oculumque fatigat
Assiduè. Sin fumi abeunt, redeuntque, nec vnum,
Sed per vtrumque oculum parili caligine currunt
Est notha, ventriculi consueta errore cieri.
Causa huius calidus vapor est à bile, cauoque
Per Cerebri ventres oculi se immittere neruo
Suetus, ibique vago visum deludere motu.
Humor at illius tenuis veréque serosus,
Qui per visiuum neruum meat, indéque lapsus,
In pupillæ hæret, coit atque foramine sensim.

Signa suffusionis per consensum.

Suffusionis notha causa.

Veræ seu primariæ Suffusionis causa.

COMMENTARIVS.

1 SVFFVSIO, græcis ὑπόχυσις, & ὑπόχυμα vulgo catarrhacta, humoris est præter naturam, vel in pupilla vel inter corneam tunicam & crystallinum humorem concretio. Quæ duplex. Vna Cerebri est, de qua nunc agimus, & ea propriè dicta Suffusio. Altera ventriculi, nonnumquam & corporis vniuersi sympathia fit. In illa vnus duntaxat oculus falsis rerum simulachris semper eluditur. In hac visa discedunt, ac deindè recurrunt, & oculum vtrumque simul obsident. Suffussionis propriè dictæ materia serosus est humor: qui è Cerebro per opticum neruum se inserit in oculum, in eoque concrescit sensim. Alterius calidus vapor est, aut fumi, qui ab vsto humore in Cerebrum elati, per venas & arterias oculis offundunt caliginem: quod in Phrenitide & bilio sarum febrium crisibus interdum accidit. Eaque notha Suffusio fugax est, non vt vera constans & permanens. Cuius speciem habet Glaucoma. Sed suffusio humoris externi: Glaucoma humoris crystallini siccitas est atque concretio.

Quid Suffusio. Quotuplex.

Materia veræ Suffusionis.

Nothæ Suffusionis materia.

2 Pupillæ foramen via est spiritus animalis, qua rerum externarum species cernuntur, & excipiuntur. Huic nubes incumbens pathognomonicum est Suffusionis signum. Color autem eius nubis quæ, Suffusionem facit obseruandus. Si enim fuerit cæruleus vel aureus, vel similis ferri nitentis aut aquæ maris, sanabilem indicat hypochysim, seu Suffusionem. Sin grandinem æmulatur, vel est coloris candidi sine splendore: vel gipsei, nigrive, sanari nequit, quia perfectam indicat humoris concretionẽ, qui Chirurgi manu demendus est: sed non antequam obseruetur pupilla. Nam si altero oculo clauso micat, & clarior apparet, dilataturque, fore spes est vt visus punctione facta recuperetur. Si nec amplior nec clarior est, nil sperandum: Vt etiam desperata res est, si Suffusio locũ mutat. Quum incipit hic affectus, corpuscula quædam tenuia, quæ vel lucent vel nigricant oculis obuersantur, quæ in statu concrescunt in nebulam.

Suffusionis à Glaucomat. differentia, Pupillæ foramen quid. Signum Suffusionis Pathognomonicum.

Signa Suffusionis curabilis, & curabilis

AVRIS PHLEGMONES SIGNA, Causæque.

CAPVT XVII.

Auris phlegmones signa.

VIX tumor aut ruboreſt, vbi flammeus ignis in aure,
Sed pulſans pungenſque dolor, grauis & calor intus
Aeſtuat, vndè febris, facto quæ pure quieſcit.
Sanguis in hoc mordax tenuem meninga, calenſque
Causa. *Dum ferit & neruum parit hæc, deliria, dirum,*
(Fit niſi, quæ gliſcit, minor inflammatio) lethum.

COMMENTARIVS.

Auris phlegmones causa.

1 AVRIS inflammatio fit ab acri tenuique ſanguine, qui ab interioribus venis inter craſſiorem membranam, eamque quæ pretenditur auris meatui collectus, dolores excitat acerbiſſimos, eoſque ſimptomatum vehementia periculoſos. Auris namque maximè ſenſibilis eſt, ſiquidem in vtramque neruus inſignis cum meningibus inſeritur, à quibus inflammatione pulſatis & laceſſitis febris, delirium, à quibus plerúmque mors, ſi curationis ratio contemnitur, incurrit. A flatulento ſpiritu circùm aurium membranas coërcito, non minor interdum quàm in phlegmone dolor excitatur, ſed in quo nec calor nec grauitas eſt, vt in illa, ſed ſola cum tinnitu, ſtrepitu-ve diſtentio.

Dolor auriũ à flatu.

Cur in aurium phlegmone lenta febris.

2 Vix in auris inflammatione conſpicuus tumor aut rubor, quoniam eſt interna phlegmone: quam indicant calor & dolor pulſans, pungens, febriſque: quæ non tam acuta quàm lenta ſolet eſſe, quia materia pauca, & à Corde longè diſtans: periculoſa tamen ſympathia Cerebri.

FLATVS ET OBSTRVCTIONIS aurium ſigna, Cauſæque.

CAPVT XVIII.

Flatus & obſtructionis ſigna.

TINNITVS flatum, grauitas ſine febre, doloréq;,
Significat clauſos à craſſo humore meatus.
Quique vel à Cerebro flatus, vel ab interiore
Parte venit per conſenſum, redit, itque. Sed auri
Flatus auriũ dolor. *Qui primarius eſt, ſed & firmatur in aure.*

Obstruit, & flatus generat pituita, liquorque
Crassior, idque vias quod & arctat & occupat auris.

Causa.

COMMENTARIVS.

Varia flatus species.

VT variè flatus impellitur, ita varios edit sonitus: vt sibilum quùm exiliter elabitur: tinnitum, quùm illius cursus interrumpitur à re olida siccáque: sonitum, quùm plenius erumpit: strepitum, quùm impellit validè: fluctuationem, quùm hinc indè disijcit. Fit autem in aure à flatulento spiritu nonnumquam acerbus dolor, à distentione membranarum quibus includitur & coercetur: non ab obstructione, quæ crassioris humoris, ideóque minùs mobilis sæpius est soboles. Sed obstructionis aurium variæ causæ sunt, vt pituita crassior, animalculum, lapillus, festuca: liquor etiam aliquis in meatum auditorium illapsus, vt acetum, aqua, vinum & simile quippiam. Quædam etiam excrescentia carnis, aut ab vlcere cicatrix potest auris meatum obturare.

Obstructionum aurium variæ causæ.

SIGNA CAVSÆQVE PAROTIDIS.

CAPVT XIX.

POST aures tumor atque rubor, dolor & calor acer
Esse solet, quandò formatur vera Parotis.
Laxus vbi tumor ac mollis sine febre, nec vrens,
Nec velut ante dolens, notha sit, non vera Parotis.
Frigidior facit hanc & coctu longior humor.
Ast illam calidus, criticus persæpe, malignus
Interdum: graue tùm caput, obsessumque veterno,
Mens sibi non constat, neque febris anhela remittit.

Vera Parotidis signa.

Notha Parotidis signa

Causa vera Parotidis, & nothæ.

COMMENTARIVS.

Quid Parotis vera.

PAROTIS ex inflammationum est genere, quæ fiunt glandulis secundùm aures affectis. Ex his quæ vera est, veræ phlegmones habet notas, tumorem, ruborem, calorem, dolorem. Phlegmone namque tumor est præter naturam calidus, prominens & circumscriptus, qui partem quam obsidet rubore tingit, calore distendit, distentione ex calore & copia dolorem acerbum excitat, in ea maximè partæ quæ sit sensus eximij particeps. Cuius materia, continensque causa sanguis est, qui è venis arterijsq; maioribus in minores, & ab ijs non solum in cutem

Quid Phlegmone.

Quæ materia phlegmones.

Quid notha Parotis.

sed & subiectam carnem illabitur. Hæc in vera Parotide materia vel à Capite, vel à toto corpore, quod aliquando per crises accidit, fibris aurium incumbit, in pestilenti constitutione suspecta. Quæ notha Parotis est, vera phlegmone non habenda, sed tumor laxus, ædematis particeps, latéque se porrigens: quæ rariùs quàm vera suppurat.

DOLORIS DENTIVM SIGNA Causæque.

CAPVT XX.

Triplex dolorū dẽtium sedes.



VI dentem dolor angit, atrox, nullique secundus,
Aut dentis radice sedet, neruumque fatigat:
Aut dentis solido concluſus corpore sæuit:
Aut in gingiua. Neruus si causa doloris,

Doloris in nerno denti subſtrato ſigna.

In longum fertur rabies dentisque profundum,
Nec tumor est, neque dat tactu gingiua dolorem.

Doloris in Gingiua notæ.

Humorem sin hæc supera de parte fluentem
Excipit, vt premitur dolet, at leuiore dolore,
Conſpicuumque facit tactu visuque tumorem.

Doloris à phlegmone in ſubſtantia dentis ſigna.

Inflammata sed est vbi iam subſtantia dentis,
Sæuit in hac calor incluſus, ſpatiarier ipſe
Quùm nequeat, neruoque suum communicat ignem.

Cauſa.

Fluxio causa seri est superis è partibus acris.

COMMENTARIVS.

Gal. lib. v. de compoſ. medic. ſecũdum locꝛ.

HIc triplicis dentium inflammationis notas exponimus, nimirum eius quæ fit in neruo, solida subſtantia dentis, & in gingiua, quam Galenus confirmat his verbis. Et quidem, inquiens, in meipso manifestè percepi, non dolentem modo, sed etiam pulsantem dentem, quemadmodum carnosæ partes inflammatione vexatæ consueuerunt. Quare mirabar, quòd in dente phlegmone posset oriri. Sed quùm etiam alio tempore dentem dolerem, per spicuè sensi, non ipsius dentis, sed gingiuarum inflammatarum eum esse dolorem. Vtriusque itaque doloris sensum expertus, alium quidem in gingiuæ, alium in ipsius dentis subſtantia esse clarè scio. Quod etiam neruus ad radicem dentis subſtratus aliquandò doleat, imponat autem nobis vt credamus ipsum dolere dentem, rationi consentaneum est. Etenim quod exempto dente remaneat adhuc exigua portio doloris, id ob nerui inflammationem cõtingit

Iam verò quùm liuidi dentes interdum tota sua substantia reddantur, nihil mirùm si phlegmone simile quid patiãtur. Cui rei hinc maior accedit fides, quod tùm nutriantur, tum augeantur per totum vitæ spatium. Id quod euidenter in ijs dentibus liquet, qui sunt exemptis oppositi, vt potè qui semper augescunt: siquidem quantùm augentur dentes, tantùm in læuigatione ciborum atteruntur. Hæc ille, quibus non sine causa dolorem dentium immanem esse putandum est, quùm inflammatione triplici corripi soleant, sintque partes inflammatione tentari solitę, nempè neruus, gingiua, dens, sensus eximij. Distinguntur autem inter se signis peculiaribus. Si namque solus neruus inflammatione præhenditur, non apparet tumor, quùm neruus solida sit, non carnosa substantia: dolor est in imo vbi maximè sedet neruus, quem tamen ad superficiem dentis ferri sæpius in anatome vidimus. Tumet autem doletque gingiua quùm inflammatur, quia carnosa sensusque particeps. Dentis verò phlegmone cognoscitur ex totius corporis dolore: qui hoc grauior, quòd in solida substantia dentis hærens spatiari, dilatarique non potest.

Quibus signis inflammatio nerui gingiuæ, dentisque discernitur.

VITIORVM LINGVÆ SIGNA, Causęque.

CAPVT XXI

SI malè lingua sapit, succo vitiatur amaro,
Aut acido, salsove, Breuis vel crassior æquo
Lingua facit blæsos, balbósque, vt & humor abundãs,
Quo solet hæc eadem siccoque humore resolui.
Deprauata negat gustum, resoluta loquelam,
Balba & blæsa grauat male gratis vocibus aures.

Deprauati gustus causa.
Causę blæsitatis & balbutiei.
Paralyseos linguæ causa.
Deprauatæ, paralyticæ, balbutientisque linguæ signa.

COMMENTARIVS.

Gustus quid.
Gustum organũ lingua.
Lingua cur natura mollis.
Quibus causis gustus deprauatur, peruertitur perimique.
Qui blæsi balbique.

IGVSTVS, saporis est sensus: gustandi primum organum lingua. Quam ideò natura mollem esse voluit, & mollibus neruis donauit, quia mollia & humida, non dura siccaque de saporibus indicium ferunt, humorque ita necessarius est ad gustum, vt causam sine qua non obtineat. Deprauatur verò gustus alieni saporis perceptione, quo linguæ corpus, vel ipsum vestiens membrana proluitur: qui salsus est à pituita putri è Cerebro decumbente: vel acidus ab incocto & frigido humore, vel amarus ab humoris bilioſi vapore. Gustus sensus peruertitur, neruis mollioribus, qui à cerebri tertia quartaque coniugatione in linguam disseminantur affectis Et ijsdem obstructis gustus perit, aut imminuitur. Linguæ fit paralysis, neruis etiam prorsus impeditis qui in eam à septima cerebri coniugatione feruntur. Blæsi balbique sunt, qui minus

Varie blæsitatis, balbutiendique causa.

articulatè loquuntur. Quod vitium varias habet causas, vt linguæ breuitatem & crassitiem nimiam, quibus ea minus liberè potest exeri: copiam affluentis humoris à qua τραύλος, seu balbus impeditè loquitur: interdùm & siccitatem, quæ linguæ motum impedit. Vt enim quis liberè pronuntiet, præter optimam linguæ conformationem, oportet nec siccitate linguam arescere, nec immodico humore perfundi.

AFFECTVVM QVI NARIBVS INSVNT signa, Causæque.

CAPVT XXII.

Fœtoris narium causæ.

FOETET *odor, squallens si nares obsidet vlcus:*
Quale quod à venere est, quod & Ozæna vlcus habetur.
Sin tumor his calidus, Sarcoma, Coryza-ve noxæ est,

Causa fœtoris & vlcerum narium.

Interijt liquidi, minor est vel sensus odoris.
Naris ab externis, velut ictu & vulnere causis
Fœtet, & vlcus habet. Sed id infert sæpiùs humor
E capite incumbens, & salsus, & acer in illam.

Calidi tumoris causa. Coryzæ causa. Sarcomatis causa.

Qui calidus tumor à bile est, nimio-ve cruore.
A Cerebroque fluens gignit pituita Coryzam.
Excrescens Sarcoma facit caro, sæpius orta
Sordibus è variis, sibi quas cumulauerit vlcus.

COMMENTARIVS.

Quid nares. Anteriores ventriculi Cerebri verum odoratus organũ.

NARES, sunt odoratus deferens instrumentum. His enim per ethmoideum, seu cribratum os odores efferuntur in processus mammillares, & anteriores Cerebri ventriculos, verum odoratus sensorium. Quæ partes à temperie si desciuerint, aut obstructæ sint, iudicium odorum pernertitur. Nares autem multis quidem causis, vt ictu, casu, vulnere, sed potissimum ab humoris in eas è Cerebro decumbentis acrimonia contrahunt vlcus. Hoc si recens est, crustula nigra siccáque tegitur: quæ dùm tangitur, irritaturque, sanguinem aut serum effundet cum fœtore minimo. Sin vetus, Ozæna tum dicitur, sordidiore obducitur crustula cum fœtore graui, vt & vlcus ibi è lue venerea contractũ, quod

Ozæna. Quid Sarcoma.

quod narium ossa tenella solet exedere, & si non occurritur, corrosa palati ossa magna deformitate perforare. Sarcoma carneum est in naribus præter naturam excrementum informe. Polypus autem carneus tumor in naribus, non informis, sed Polypodis piscis effigie, ex crassis & viscidis genitus humoribus, vt à tenuibus Coryza: quæ liquidi est, & crudi humoris è capite in nares distillatio. A quibus affectibus quùm nares obstruuntur, vapores ex rebus odoriferis per eas efferri nequeunt in anteriores Cerebri ventriculos, in quorum sinibus odoratorum sensus absoluitur. Sique meatus narium penitus occupantur, vt potest in Sarcomate Polypoque contingere carnis incremento, perit omnis odorandi sensus. Sin minùs, vt in Coryza, minuitur tantùm odoratus, nec de rebus odoriferis integrum iudicium ferri potest.

Coryza quid.

INFLAMMATÆ COLVMELLÆ signa, Causæque.

CAPVT XXIII.

Phlegmones Columellæ nota quæ sunt oesophagi & faucium titillatio, molesta cum vorandi difficultate.

OESOPHAGVM *fauceſque tumens sæpe vua fatigat,*
Incassumque vorans timet hæc ne strangulet æger.
Gargareon, seu gurgulio, Columella vocata,
Vuaque causa metus: quam distillatio laxam
Dum facit, inflammátque, quasi suffocat, & arctat
Spiritus id quo transit iter potusque cibusque.

Inflammatæ Columellæ causa distillatio.

COMMENTARIVS.

Varia Columellæ nomina.

GARGAREON seu gurgulio, græcis λίων & χιόνι, seu Columella, caruncula est ab oris extremo pendens, quam augendæ voci quasi plectrum natura fabricauit. Ea quùm laxior à distillatione redditur, & superiore sui parte tenuis, inferiore crassa rotundáque per inflammationem effecta, σταφυλὴ vua nominatur, quod vuæ vitis è pedunculo suo dependente sit similis. Tum ea vorãdi difficultatem infert, cibi aditum in œsophagum suo pendulo corpore præcludens. Metuit verò ne suffocetur æger, non tantum obstructa via cibi, sed etiam spiritus. Sed hic metus parùi pendendus est, quùm respiratio sit libera. Nec tamen curandi ratio negligenda, ne aucta fluxione sequatur Angina, cuius signa causæque sequentibus versibus exprimuntur.

Columellæ quid.

ANGINÆ SIGNA, CAVSÆQVE. CAPVT XXIIII.

Angine signa. Cauſa.

NON bene deglutit ſpiratque Cynanchicus, inque
Faucibus ardentem queritur ſe ferre dolorem.
Cauſa calens tenuiſque cruor, qui guttur inundat,
Vicinaſque gulæ carnes, iugularibus ortus
E venis, ſubitóque viam, qua ſpiritus exit
Ingrediturque cibus, potuſque occludere tentat.

COMMENTARIVS.

Quid Angina.

1 ANGINA, quæ κυνάγχη græcis, eſt faucium & gutturis partium phlegmone, ſtrangulationi proportione reſpondens. In qua ſumma neceſſario fit deglutiendi ſpirandique difficultas. Nam ab inflammatione gulæ gutturiſque muſculorum arctantur hi meatus, per quos cibi, potus, & ſpiritus introitus eſt. Cuius affectus cauſa eſt ſanguinea bilioſáque fluxio, quæ è venarum iugularium ramis eò pertinentibus, in guttur, eiuſque vicinas ſedes irruit, ſi vera eſt Angina, quæ diſpneæ comitem habet febrem. Notha namque fit à pituita è Cerebro in fauces decumbente, cuius tumor eſt ædematis particeps, anodynus, indolens & febris expers.

Angine vere cauſa.

Angine notha cauſa.

2 Dolor in Angina fauces occupans, fit ob tumorem inflammatorium, qui quatuor à medicis poſt Hippocratem conſtituit Anginæ ſpecies. Prima eſt, quùm interni pharyngis ſeu faucium muſculi phlegmone laborant, quæ Synanche vocatur. Secunda quùm externi, quæ Paraſynanche. Tertia quùm interni muſculi Laryngis, ſeu gutturis inflammationem patiuntur, eaque Cynanche. Quarta quùm externi, quæ Paracynanche dicitur. Periculoſiſſima verò hæc Angina eſt, in qua phlegmonem patientibus internis laryngis & faucium muſculis ſpiritus ægerrimè trahitur, febriſque, tumor & ſuffocatio repentè ſuperuenit, de qua ſic ſtatuit noſter Hippocrates Aph. 35. lib. 4.

Quatuor anginæ ſpecies.

Quùm quis febricitat, rigidumque inflectere collum
Arte repente valet nulla, nulloque tumore
Conſpicuo malè deglutit, lethale putandum.

At ſecuritatis hæc plena, in qua tumor externus eſt, externos duntaxat faucium muſculos occupans, vt idem Aph 37. lib. 4. ſic ait.

Si tumor in collo eſt, angit cum rauca Cynanche,
Spes bona. Namque foras exit cauſa effera morbi.

Porrò Cynanches nomen apud Hippocratem Anginæ ſpecies omnes notat, cuius temporibus non tam verborum quàm rerum erat cura.

OBSTRVCTI PVLMONIS CAVSÆ, signáque.

CAPVT XXV.

MVLTVS in obscuris humor, lentusque cauernis
Pulmonis latitans, crudum tuber-ve, lapis-ve,
Siccior aut pituita, globosaque grandinis instar
Obstruit: vndè grauans oppressio displicet, atque
Tussis acerba, frequens, & anhelus spiritus ægro.

Obstructionis in Pulmone causa.

Signa.

COMMENTARIVS.

PVLMO propriè totius corporis mollissima & laxissima pars est, respirationis & vocis organum. Cuius interdum appellatione omnia etiam quæ in eo vasa sunt, & arteriam asperam intelligimus. In quem crebra fit è Cerebro distillatio, primùm humoris serosioris & pituitosi, qui mora crassescit, lentescitque, coitque vel in grandinem, vel lapidem, seu calculum, crudumque tuberculum, à quibus obstruitur Pulmo, vel potius ipsius alæ, seu bronchia. Tum oppressionis sensus, quia grauis humor est, qui respirationis vias intercipiens fuliginosorum excrementorum exitum, & aeris ingressum prohibet. Tussis est, vt per eam humor noxius excludatur: respiratio difficilis ab oppressione.

Quid Pulmo.

Cur quùm obstruitur Pulmo sensus est oppressionis, tussis, dispnœa.

ASTHMATIS ET CATARRHI SVFfocantis indicia, Causæque.

CAPVT XXVI.

SI nihil aut minimum valida de pectore tussi
Exilit, & facilis non est quæ ducitur aura,
Stertor & auditur, vel sibilus, Asthma putato,
Quùm sine febre malum est, sensimque ac tempore natum.
Fit verò iugulans ab eo quandóque Catarrhus,
Sibilus & stertor citò si contingit, & aura
Sic premit, erecta vix vt ceruice trahatur.
Obstructi causa est Pulmonis & Asthmatis vna.

Asthmatis signa.

Catarrhi suffocantis signa.

Quam si consequitur noua fluxio, magnáque, natum
Esse putes subitum, præfocantemque Catarrhum.

COMMENTARIVS.

Asthmatici cur. *Quod Asthma.*

1 QVI citrà febrem densè spirant, quod anhelent Asthmatici dicuntur. Nam Asthma græcis, anhelatio seu suspirium appellatur latinis. Dicuntur & Orthopnoici quòd in eis tanta sit spirandi difficultas, vt non nisi recto thorace, seu recta ceruice spirare cogantur, metu suffocationis. Causæ sunt eædem quæ Pulmonis obstructionis: imprimis verò humoris crassi lentique, Pulmonum bronchiis impacti copia, crudumque tuberculum in pulmonibus genitum: ideóque febris expers hic affectus est, quia frigidus. Quem interdum sequitur Catarrhus suffocans: nempè quùm ad Pulmonum infarctus subita multáque inciderit fluxio, ab humidiore cœlo solove, aut crapula genita: vt non sit is aliud, quàm repentina, inopinatáque fluxio in partes respirationi dicatas, quæ grauibus suis symptomatis imminentis exitij metum incutit.

Asthmatis causa.

Quid Catarrhus suffocans.

Tres difficilis respirationis gradus ex Celso cap. 4. lib. 4.

Lib. 1. de loc. affect. cap. 5 Cur stertor.

2 Spirandi difficultas ex Celso, si modica est, nec ex toto strangulat, dyspnæa: si vehementior cum anhelitu sonóque Asthma vocatur. Quùm accessit id quoque, ne, nisi recta ceruice trahatur spiritus, Orthopnæa. Postremum hoc genus ægrè spirandi est in Catarrho suffocante verius quàm dyspnæa. Quanquam hæc ex Galeno symptoma est læsæ respirationis, Orthopnoicis, Asthmaticis, Pleuriticis, Empyicis commune, ideóque cæteras à Celso positas difficultatis spirandi differentias in se continet, quomodo à nobis frequenter vsurpatur. Cæterum in obstructione Pulmonis, Asthmate & Catarrho suffocante stertor quidem & sibilus eliditur, partim quia calore Cordis & Pulmonis, motuque frequenti siccus est redditus humor: partim quia Pulmonum alis, quæ natura siccæ sunt, pertinaciter impingitur, quo fit vt vias spiritus arctans & cohibens Orthopnæam inferat.

PERIPNEVMONIÆ SIGNA, CAVSÆQVE.

CAPVT XXVII.

Peripneumonia.

IN Peripneumonia dyspnœa, ruborque genarum
Existunt, ocului que tument, graue pondus in imo
Pectore fit, sternum retrahens, hypochondria, dorsum:
Spiritus excidat calidus, tussique molesta
Spuma cruenta meant, aut fellis tincta colore,

Spumeaque interdùm: febris irrequieta fatigat,
Pulsat inæquali mollique arteria motu.
Sed duplex Peripneumonia est. Quæ vera, cruoris
Est calidi soboles. Notha sed, quæ crebrior esse
His solet in terris, acris tenuisq; fluoris.

Peripneumonia duplex vera, nothaque, & harum causæ.

COMMENTARIVS.

4

Peripneumonia quotuplex, & vnde nascitur. Causæ signorum Peripneumonas.

1 PERIPNEVMONIA, seu pulmonis inflammatio duplex: vera, nothaque. Vera phlegmones, aut erysipelatis speciem gerit. Atque si non Anginæ, vel pleuritidi succedit, sed per se nascitur, fit ex sanguine bilioso, tenuique è dextro ventriculo Cordis per venam arterialem in pulmones violentius excusso, ibique putrescente. Sed notha Peripneumonia, quæ frequentior in his locis est, ab acri tenuique distillatione cõtrahitur è Cerebro, confertim in Pulmones illapsa, sine cruenta, (quæ in propria peripneumoniæ specie fit) expuitione. Tum spiratio difficilis, ob vehementem in Pulmone, Cordeque calorem, aut viarum spiritus angustiam, aut virium imbecillitatem: Quæ tres constituuntur à Galeno dyspnœæ causæ. Genæ rubent, ex tenui calidoque vapore in eas elato, quo venularum eius loci sanguis accenditur: Accensus verò rubere conspicitur, ob tenuitatem & raritatem cutis. Tument oculi, quia vapores ex Pulmone rectà conscendentes in oculos, humorem in eis contentum rarefaciunt, ac dilatant. Est in pectore grauitas, attracta per calorem è vicinis venis & carnibus, vt loquitur Hippocrates, materia. Quæ vt copiosior est ita magis pulmonem onere grauat, & periculosum inducit affectum. De quo non valdè queritur æger, quùm Pulmo sit indolens, illius substantiam non ingrediente neruo, sed dumtaxat per eius membranam effuso. Calidum autem expirat Peripneumonicus, quia multus in thorace calor est.

Lib. 4. de loc affect. cap. 6.

Lib. 1. de morb. Cur in peripneumoniade dolore minus queritur æger.

Cur in Peripneumonia nõ semper cruenta expectoratur.

2 Non semper in Peripneumonia cruentum expuitur: sed tùm quum hæc est vera phlegmone, coctaque materia. Sin erysipelas est, bilioſum: vt album, si pituita decumbit à Cerebro. Sed ex materiæ Pulmonibus inclusæ qualitate febris maior, aut minor est. In bile quidem acutissima: remissior in sanguine, in pituita ferè lenta. Mollis autem in hoc affectu pulsus est, quia pars mollis, pulmo nimirum afficitur, paulóque durior est pulsus à bile, mollior à sanguine, mollissimus & vndosus à pituita.

Cur maior aut minor febris. Cur mollis pulsus.

EMPYEMATIS, SEV SVPPVRATIONIS signa, Causæque.

CAPVT XXVIII.

Empyematis signa.

EMPYVS est; quisquis patitur sub pectore pondus,
Incassum tussit, sudatque, rubore genarum
Tingitur, atque cauos oculos habet, aspicit vngues
Curuari manuum, digitosque calescere summos.
Cui febris comes est, & circùm pustula corpus
Erumpens, dyspnœa, pedum tumor, atque ciborum
Auersus gustus, sitis, &, si nulla salutis
Est via, pus viride aut liuens, spumansve profusum.
Ex Peripneumonia, Angina, tenuive fluore
A Cerebro, aut Pleuritide quùm natura refundit
Thoracis medium in spatium quod vertitur in pus,
Empyicos facit id: qui si se pure grauante
In quadraginta haud vacuant per sputa diebus,
Haud quaquam gracilem possunt euadere tabem.

Empyematis causa.

Gal. comm. ad Aph. 27. lib. 5. & ad Aph. 44. l. 7. Aph.

Cur Empyi non satis expectorent: & quæ difficilis expurgationis causæ.

COMMENTARIVS.

EMPYI, seu purulenti propriè vocantur, qui in thoracis intermedio spatio collectum pus habent: quale sæpius ab inflammatione pulmonis, vel eiusdem vomica rupta, vel Angina, Pleuritide, Catarrhoue consequi solet, translata in thoracis vacuitatem morbifica materia. Quæ nisi in quadraginta diebus repurgetur, exedi pulmoné à putri pure necessum est, vnde phtoë seu phtisis excitatur. Empyi verò nihil commentatione dignum expuunt tres ob causas: nempè lentorem puris, densitatem membranæ pulmonem ambientis, & facultatis expultricis imbecillitatem. Sudant verò, vel sudore, ex Galeni sententia continuo; qui malus est, quia virium imbecillitatem arguit, alimento discusso, nec ideo conferente. Vel eodem in remissione febris apparente, ex Aretæo: qui minùs habet periculi. Genæ rubent inflammato pulmone. Oculi caui fiunt in febribus acutis & longis, ardore febrili populante, consumenteque partes eorum carnosas: confestim quidem in acutis: in longis vt hic, sensim. Curuantur Vngues in Empyemate, quia caro, quæ hos vtrinque firmat, consumitur: Vnde partes eorum solidæ, quæ reli-

Comment. ad caput de Empyemate lib. progn. Aretæ. lib. 1. de Signis & causis diuturn. morb. cap. 8.

Cur empyicorum genæ rubent, oculi caui sunt, curuantur vngues digitorum, extrema calent.

quæ sunt, veluti siccitate conuelluntur. Sed & digiti summi calent, quia calor solidas partes occupat & inuadit, dùm marasmus consequatur. Nam & si in diuturnis morbis extrema digitorum magna ex parte refrigescunt, quia quicquid est natiui caloris intrò cogitur: vel natura minus belle concoquens assumptum alimentum, ea suo genio fraudare solet, non idem fit in tabe: in qua Hectica febris solidis corporis partibus hæret, ideoque summis digitis calor est: in quibus, consumpta carne, relinquitur primigenius humor, caloris pabulum, donec omnis extinctus sit humor: quo extincto digitos frigere, lethale.

Cur Empyicis & tabidis erumpũt pustulæ, tument pedes, respiratio difficilis, sitis inappetentia, sputũ viride, imudum, spumans.

2 Empyicis & tabidis erumpunt pustulæ, vel à cacochymia, vel à sanie in corporis habitum effusa. Spiratio libera non est, obsesso Pulmone à materiæ purulentæ copia, qua nec ipse, neq; Cor bene dilatatur. Tumét pedes, incipiente ab his totius corporis extinctione, nempè longe distantibus à fonte natiui caloris, & plus habentibus ossea membranosæque substantiæ quàm carneæ. Ciborum est auersio, appetendi facultate, quæ in ore ventriculi sedem habet, emoriente. Sitis est à siccitate partiũ & febre: viride sputum à calore flammeo, liuens ab imminuto calore natiuo, vstoque per febrem humores: spuman à calore agente in crassum & lentum humorem: quæ signa sunt in Empyemate lethalia. Bona verò, quùm febris eodem post eruptionem die dimiserit, pus album læue, concolor apparuerit, citraque dolorem excussum, & eductum è pectore.

Signa in Empyemate salutaria.

SIGNA CAVSÆQVE PHTYSEOS, Seu Tabis.

CAPVT XXIX

Signa Phtyseos.

PROMINET *his humerus, dira qui tabe tenentur:*
Sunt graciles aures, oculus cauus, arida febris:
Tempora lapsa, fluunt supera de parte capilli.
Est pedibus manumque volis calor, excutitúrque
Per tussim cruor, aut sanies fœtore molesta.
Spiritus haud facilis, costæ sine carne, recondit
Pectus onus, liuet facies, pallet ve, tumetve,
Debilis est pulsus, languor, marcórque caduci
Corporis, incurui fiunt velut alitis vngues:
Interdum fluit aluus, & hinc prædicito lethum.
Vlcus pulmonis tabem facit: vlceris author
Humor edax, ausus teneram depascere carnem.

Phtyseos causa.

Pronior in tabem est, lenta qui febre tenetur,
Vt phtisica qui prole satus, qui pectore presso,
Qui crebrò tussit, minimumque è pectore ducit:
Quique cauo fœdum pus in thorace recondit.

COMMENTARIVS.

Quid Phtisis & eius causæ.

1 PHTISIS seu tabes, communiter atrophia seu marcor, & corporis extenuatio quæuis est. Propriè verò, de qua nunc agimus, exulceratio, vel vlcerosa dispositio pulmonis. Cuius duæ causæ: vitiosa constitutiò pulmonis, & humor exedens. In quam propensi sunt, quibus ita pectus angustum est, vt à tergo scapulæ alarum auium instar emineant, quibusque è capite in respirationis organa catarrhus incumbit: qui tabida stirpe nati sunt, quique mollem ac tenellam, corruptuquè facilem habent pulmonis substantiam. Fit & à suppresso sanguinis sputo tabes, vt à Peripneumonia, Angina, Pleuritide, non exclusa per anacatharsim morbifica materia.

Phtiseos signorum causæ.

2 Hi quibus sublimes sunt humeri, seu scapulæ, φθινώδεις, seu, πτερυγώδεις appellantur. Attolluntur autem his humeri, musculis eorum marcescentibus, si tabis initium est: aut marasmo consumptis, si phtisis est absoluta. Gracilescunt verò phtisicis aures, earum carnosa substantia, quæ pauca est citò consumpta, cartilaginosa superstite. Caui fiunt oculi, ossea relicta substantia, dissipata carnea. Febris autem hic putris est, & simptomatica, lenta quidem, sed continuis madoribus sæpe diffluens cum aluo liquidiore: quo fit vt corpus suprà modum exhauriat. Consumit ea primò spiritus, deindè carnes colliquat, partesque solidas demum extorret, & sic exsiccat, vt quùm postremum attigit phtiseos gradum σκέλεθος potiùs, quàm homo videatur. Capilli defluunt, exhausto per siccitatem alimento: vel eo non affluente, quia naturalis facultas languet. Volæ manus & plantæ pedum calent in phtisi, quia quum naturali cõstitutione siccissimæ, ideoque glabræ sint, incalescente per vicem ardorem febremque corpore facile suscipiunt incendium, & calidæ siccæque tanguntur. Sputa cruenta sunt ex acriore defluxione, quæ tabidi non modò tussiculosi, sed & rauci fiunt. Sed & cruentum spuitur rupta, vel exesa in pulmonibus vena: vel corrupto pulmone, cuius portio putris interdum excludi cernitur. Non autem omnes tabidi cruentum aut purulentum per tussim excludunt, vt nec Peripneumonici.

Hippocrat. Aph. 11. lib. v. Gal. lib. 4. de præcog. puls.

3 Ægrè spirat phtisicus, quia pulmonis alæ non satis expanduntur ad Cor flabellandum, ob illius siccitatem, & vitium imbecillitatem. Quod autem expuitur, si fœtet carbonibus iniectum, malum. Hoc enim putrere pulmonis substantiam, & ex consequenti tabescere Cor indicat, illius putrentis aura lacessitum. Cordi enim celerrimè & maximè labem suam pulmo communicat, quum sedem habeat ei omnium coniunctissimam, percue maximos canales riuosque, nempe venam arterialem, & arteriam venosam suos affectus in illius ventriculos effundat.

In tabidis

2 In tabidis costæ primùm & maximè visuntur excarnes, quia musculos habent natura tenues, qui ideò febrili calore, qui Pulmonem & Cor ei vicinum obsidet facilè liquantur, & absumuntur. Pondus his subiacet, materia purulenta in pulmone contenta: pallet, liuet, tumetve facies, extincto penè natiuo calore. Pulsus est debilis, imminuto vitali spiritu: languor est ex virium impotentia; marcor à siccitate partium, etiam solidarum. Vngues alimento suo destituti resiccantur, & siccitate curuantur, præsertim consumpta digitorum carne. Pernicioſus hic alui fluor atque lethalis est, vel quia partes superiores, eas præsertim quæ thorace continentur ita resiccat, vt nec denique moueri queant, nec aërem inspirare: vel quia partes omnes debita inspiratione fraudendo vires deijcit, omninóque destruit.

Alui fluor in tabe cui pernicioſus atque lethalis.

SIGNA VERÆ NOTHÆQVE PLEVritidis, eiusque Causæ.

CAPVT XXX.

ASSIDVI *comites veræ Pleuritidis hi sunt,*
Febris acuta, dolor pungens latus, arctior æquo
Spiritus atque frequens: tussis, qua sæpe cruenta
Sputa abeunt, alioque interdùm imbuta colore:
Tacta notans paruum, durumque arteria pulsum.
Si notha Pleuritis, quia pars externa laborat,
Nec tantus calor est, nec febris acuta, nec Vlla
Sputa cruenta meant. Sed nec sputa esse necesse,
Exiguum vel in hac pulsum, durumque, remitti
Omnia nempe solent: latus inque recumbere sanum
Delectat: quæ forma minùs tolerabilis illi est,
Qui vera premitur Pleuritide. Namque supinus
Aut iacet, aut potius latus incuruatur in ægrum.
Causa cruor veræ Pleuritidis, insitus illic,
Vestit vbi costas cingens membrana. Nothæque
Causa vel est flatus, vel distillatio: vel qui
Externas sanguis partes thoracis inundat.

Signa veræ Pleuritidis pathognomonica.

Notha Pleuritidis signa.

Causæ Pleuritidu veritisque, veræ nothæque.

COMMENTARIVS.

Quid Pleuritis.

1 PLEVRITIS est inflammatio membranę costas succingentis. Quæ duplex. Interna seu vera, cuius signa pathognomonica damus & externa, seu notha. Vera fit à sanguine, qui è caua vena in eã quæ azygos appellatur, ac dein in tenues costarum venas incurrit, hisque vel apertis vel disruptis, insilit in musculos mesopleurios aut succingentem costas membranam. Notha fit à flatu, tùmque dolor vagus est: aut distillatione, præcessitque vel in cervice vel scapula dolor. Aut à sanguine, qui è caua vena emergens, propagatur in partes thoracis externas. Febris autem in Pleuritide, præsertim interna, seu vera, vehemens & acuta est, ob

Signorum Pleuritidis causæ.

Cordis viciniam, & feruidum putremq; sanguinem. Dolor lateris pungens, quia membrana succingens lancinatur, ac diuellitur ab humoris acrimonia, vt ab eiusdem copia tenditur. Spiratio patua est, à fuliginosorum excrementorum abundantia, Pulmonis, Cordisque motum liberum impediente: crebra, vt quæ debet esse magna nec potest, frequentia compensetur. Difficilis item est, quoniam arctatur interna thoracis capacitas à materia phlegmonosa, succingente membrana contenta. Pulsus durus, quia meninx natura dura læditur: paruus quia Cor oppressum minus dilatari potest.

Quid tussis. Hippocrat. Aph. 12. lib. 2. Aph.

2 Tussis, est efflatio vehemens, qua quicquid instrumentis spirandi molestum est, expellere natura contendit. Per quam si sputum apparet initio Pleuritidis, morbus breuis: sin differt, longus est futurus, & periculi plenus. Aut enim suffocabit, aut in empyema vertetur, nisi venæ sectio, remedium in hoc affectu singulare κλῆξις facta, causam antecedentem sustulerit. Quod de vera Pleuritide audiendum. Nec enim in spuria, quæ externos costarum musculos occupat, tussim aut sputum non esse damno est, neque tensionem, neque duritiem pulsus, nec febrem, neque spirandi difficultatem. Eius quippè materia thorace non clauditur, vt eius pondere pulmo grauetur, aut putri vapore Cor lacessitum incandescat.

HÆMOPTYSEOS, SEV CRVENTÆ EXpuitionis è Pulmone & thorace signa, Causæque.

CAPVT XXXI.

Signa cruentæ expuitionis à pulmone.

PVRPVREVS tenuisq; cruor spumansq;, frequenti
Excluſus tussi nullo comitante dolore,
Pulmonem accusat. Grauis est sin tussis, & illa

Cruoris à thorace signa.

Crassus in os resilit sanguinis, grumosus & ater,
Inferius vitium est, & pectore conditur imo.

Hæmoptoïcos causæ.

Causa mali rupta est, vel aperta, erosa ve vena.

COMMENTARIVS.

NON tantùm è Pulmone vel thorace cruentum emanat, ſed etiam alijs è locis. Quod ex peculiaribus internoſcere ſignis licet. Qui enim è gula ventriculove ſanguis effunditur vomitione: qui è gingiuis lingua, qui ex ore, expuitione ſimplici: qui è faucibus, gurgulione, gutture, ſcreatu: qui ex arteria aſpera, tuſſicula: vt qui è Pulmone, tuſſi ſimplici: è Thorace valida tuſſi, quia materia tuſſis à thorace trahitur ad pulmonem, hinc ad aſperam arteriam, quæ via longa eſt educendo ſputo vel ſanguini in thoracis partibus contento. Verùm è pulmone ſanguis ruber eſt, tenuis ac ſpumans, quod in eo continenter agitetur & incaleſcat. Quique ſanguis hinc educitur dolorem non excitat, quia neruus interiorem pulmonis ſubſtantiam non ingreditur. Quo fit vt pulmonis affectus initio ferè lateant & benè cogniti, vix ſentiantur. E thorace craſſus & grumoſus, nigerq; ſanguis exit: qui poſtquam is è venis aut ruptis, aut apertis, aut eroſis excidit in illius capacitatem, aliquamdiu ibi retinetur, dum in aſperas pulmonis arterias traducatur ab hiſque per tuſſim excludatur.

Quibus ſignis agnoſcimus è quibus locis emanet ſanguis.

Pulmonis affectus, cur dolorem non adferunt.

Cur craſſus & grumoſus à thorace ſanguis exit.

SIGNA SYNCOPES, ATQVE CAVSÆ.

CAPVT XXXII.

TEMPORA ſi ſubito ceruixque madore gelantur,
Menſque labat ſenſuſque, extremáque corporis algent,
Pallor & in vultu eſt, & pulſus nullus habetur,
Aut rarus nimium, Cordis cadit ignea virtus.
Sunt lapſus cauſæ variæ, metus, ira, laborque,
Sanguinis immodicus fluor, & fluor omnis ab aluo.
Trux etiam dolor, aura grauans, ac peſtifer aër,
Mens vigil, atra fames, febrilis & igneus ardor,
Pluráque, quæ vires animæ Cordiſque reſoluunt.

Signa Syncopes.

Syncopes Cauſæ.

COMMENTARIVS.

SYNCOPE, præceps eſt virium omnium lapſus. Quem infert duplex cauſarum genus. Vnum quidem eorum quæ ſpiritus immutant & alterant, vt humoris vitium, aëris maligna qualitas, venenata vis: aut corrumpunt diſſoluuntque, vt ira, voluptas, anxietas, cura, mœror, metus, dolor, vigiliæ, corporis raritas aut denſitas, alimenti penuria. Genus alterum eſt eorum, quæ ſolidorum corporum, in quibus inſitus calor eſt, & humidum primigenium, quo quaſi glutino robur eorum cõtinetur, temperamentũ vitiant, eorum ve ſubſtantiam exoluunt. Eſſentia

Quid Syncope.

Syncopes duo cauſarũ genera. Gal. lib. 12. method.

namque virium quibus regitur corpus, in duobus, nempè spiritus, & solidorum corporum temperamento consistit. Ideóque si spirituum & solidorum corporum exolutio repentè fit, partium principum, totiusque corporis molem ocyssimè ruere, labique necessum est. Ab exolutione verò, quam lipothymiam & lipopsychiam appellant, sola magnitudine syncope distinguitur. Si quidem in hac vis omnis in spiritibus & solidis consistens ὄζεως καὶ ἀῤῥόως repentè vniuersimque dissoluitur. In Lipothymia autem exoluuntur aliqua ex parte spiritus, solidorum corporum incolumi substantia. Quare Lipothymiam leues: Syncopem magnæ & vehementes inferunt causæ. Cuius duo pathognomonica signa sunt, exoluto quidem natiuo calore frigiditas, digestáque solidorum corporum substantia sudor, quem Syncopticum & Diaphoreticum appellant.

Syncopes duo signa pathognomonica.

CAVSÆ, SIGNAQVE SPECIALIA FEbrium. Et primùm Ephemeræ seu Diariæ.

CAPVT XXXIII.

Ephemera febris causa.

EXTERNA *tantùm fit febris Ephemera causa.*
Vt calidis phœbi radijs, mœrore, labore,
Sollicitóque metu, curis vigilantibus, ira.

Ephemera signa.

Quam non sæua premunt symptomata. Namque calore
Principium è blando ducens, in rore madenti
Desinit, æqualis pulsus, lotiumque calorem
Natiuum, reliquasque notas proferre videtur
Sanorum similes, speciem nisi denique mutet.

COMMENTARIVS.

Quid febris.

POST signa causasque Syncopes, peculiares febrium notas causasque persequimur, quia Febris est Cordis affecti symptoma, nempè calor præter naturam è Corde in omne corpus effusus. Quæ vel est primaria vel symptomatica. Hæc nobilium partium, vt pulmonis, hepatis, renum, ventriculi comitatur inflammationem. Illa (de qua sequentibus capitibus ad libri finem) in spiritibus aut humoribus, aut solida substantia residet. Quæ spiritus occupat, Ephemera, quę consistit in humoribus, Humoralis: in solidis verò partibus Hectica nominatur. Humoralis vel à plethora fit, vt simplex & putrida Synochus: vel Cacochymia: eaque vel pituitosa, quæ Quotidianam: vel biliosa quæ Tertianam, vel melancholia, quæ Quartanam facit, in maioribus quidem vasis continuam, in minoribus aut extra vasa, intermittentem.

Febris diuisio.

2 Euidentes (externas & procatarcticas synonymõs appellant) causæ solæ non lædunt, nisi causa quædam interna lateat in corpore, quæ illarum impetum excipiat, ait Galenus. Ergo quum ab euidentibus causis, vt ira, labore, ardore Solis excitetur Ephemera, non mirum si leuiter affligit. Adde quod ea residet in solo spiritu, qui vt tenuis & vagus est, ita leuem citóque dissipabilem febrem infert. Proprium autem & inseparabile Diariæ signum est caloris suauitas, vt mordacitas & crimonia putridæ. Ideo verò blandus est calor in Ephemera, quòd soli spiritus, qui calidi humidique sunt, efferuescant. Æqualis est in eadem pulsus, celer tamen ac validus, eaque nota à sanorum pulsu distinguitur. Sed ob id æqualis, quòd humores in arterijs contenti non impelluntur, nec vlli vapores putridi, vel acres, vel maligni cor impetunt, vt in cæteris febribus. Naturali similis vrina, quia non in humore, sed solo spiritu vitium est. Vnum verò diem si superet Ephemera, vel simplex Synochus, vel alio dicenda nomine, prout à spiritibus in humores malum serpserit.

Lib. de optima secta.

Cur leuis paremque molesta sit Ephemera.

SIGNA, CAVSÆQVE SYNOCHI.

CAPVT XXXIIII.

Synochi signa. Synochus duplex: cuius vnica causa sanguis: purus in Synocho simplici: corruptus in Synocho putrida.

NOSCITVR *ex somno, lotij vultusque rubore,*
Et pulsu Synochus magno, celeríque, calórque
Qui viget est blandus, turgescit vena, toríque
Ponderis est sensus, dyspneáque iuncta fatigat.
Quæ duplex. Simplex vna, altera putrida. Cuius
Turgidus in venis maioribus vnica sanguis
Causa rubens: impurus in hac, at purus in illa.

Sanguis in venis præcipuéq. maximus putrentem excitat Synochũ, ait Gal lib. 9. meted. Qui tamẽ lib 2. de differẽtijs febrium cap 2. flauam bilẽ eiusdem esse materiam profitetur: sed pro bile notari puto biliosum sanguinem.

COMMENTARIVS.

1 SYNOCHVS latinis continens appellatur. Cuius materia sanguis est, contentus vasis maioribus, inter alas & inguina positis. Hæc continua febris est, quia vapor eius assiduè cor impetit dum integrè sit soluta. Synochus porrò duplex. Vna putredinis expers, quam Ephemeram plurium dierum nominat Galenus: altera putrida. Quæ quùm vnicam dumtaxat habeat accessionem, vt reliquæ continuæ, tres tamen eius differentiæ statuuntur. Aut enim æqualiter viget, neque crescens, neque decrescens, hinc ὁμότονος πυρετος dicitur & ἀκμαστικος. Vel sensim augetur & ἀναβάτικος, seu ἐπακμαστικος. Aut ab initio ad finem vsque minuitur, vndè καθακμαστικος, deductis è græcia proprijs nominibus assolet nuncupari.

Causæ signorum Synochi.

2 In Synocho propensitas in somnum est, à vaporibus in Cerebrum efferri solitis à turgente sanguine: qua causa rubet facies. Rubet & vrina, sero sanguinis eius copiam referente: calor mitior, quia sanguis omnium humorum mitissimus. Celer quidem pulsus est in omni Synocho propter vsum: æqualis in ea, quæ putredinis expers est, inæqualis in putrida. In qua Systole quàm dyastole concitatior tactu percipitur, quia maior expurgandæ fuliginis quàm refrigerandi Cordis incumbit necessitas. Magnitudinem pulsus facit copia sanguinis & spirituum, à qua lassitudinis sensus, spirandique difficultas.

SIGNA, CAVSÆQVE QVOTIDIANÆ.

CAPVT XXXV.

Causa febris quotidianæ pituita.

QVVM pituita putri Cor inficit vda vapore,
Quottidieque sibi febrilem suscitat ignem,
Languidus est pulsus, graue fit, turpíque veterno,
Segne iacet corpus, lotium tenuatur & albet,
Frigus in ingressu febris est, accessio longa,
Nox grauis, & liquidis crudísque resoluitur aluus.

COMMENTARIVS.

Cur hæc febris quotidiana dicitur.

1 FEBRIS hæc Quotidiana dicitur, quia paroxysmus in ea, si simplex est, & intermittens: aut anadiplosis, seu reduplicatio, si continua quotidie reuertitur, feréque sub vesperum, quo tempore pituita solet excitari: vndè nox grauis. Pulsus verò languidus, vt paruus & rarus est initio paroxysmi, quia facultas grauatur ab humore multo, frigido crassoque, post autem crebrior euadit vi vtriusque caloris, natiui nimirùm & præter naturam, qui quum in accessionis augmento, tum in vigore consueuit pugnam indicere. Sopore quasi Comate præhenditur æger ab humoris copia & crassitie, qua corpus graue fit. Vrina tenuis est ab obstructione, albicans à pituitæ dominatu, sed vrina crassior euadere solet sub accessionis finem, solutis obstructionibus. Est liquida deiectio, quia crudus, accessio longa, quia contumax, nempe crassus & viscidus, neque coctu facilis humor est.

Causæ signorũ quotidianæ febris.

CAVSI, SEV FEBRIS ARDENTIS SIGNA, Causæque.

CAPVT XXXVI.

QVOTIENS *inter febres magis ignea Cauſo* — Cauſi nota.
Nulla datur. Qui quum ſæuit, perit omnis orexis, — Orexin i. appetentia non eſt in ardente febre, quia bilis in ſtomachum irruens eam deijcit.
Morſus in ore ſedet ventris, citrinaque primum eſt
Scabraq;, dein piceum trahit arida lingua colorẽ:
Spiritus haud facilis: ſic & ſitis ignea torquet,
Æger vt in Tanaim miſſus, Rhodanumve, Padumve
Vix leuet hanc, hauſtis pleno de gurgite lymphis. — Tanais Scythiæ fluuius eſt, Rhodanus Galliæ, Padus Italiæ.
Exagitat corpus, ſemperque lacesſit adurens
Flammea vis, feſſoſque ſopor non irrigat artus.
Dureſcit pulſus, lotium quoque nigricat, ante
Quod croceo viſum fuerat ruſſoue colore.
Non benè deſcendit fæx, ſi deſcendit in aluum.
Vox malè rauca ſonat, clangoſaque, clauibus atque
Fronti ſudor ineſt, patulis è naribus ater
Deſtillat ſanguis, ſquallet cutis, atque tremore
Cor quatitur, ſicco concreſcunt frigore partes,
Mens ſibi non conſtat, conuulſio denique lethi
Nuncia ſuccedit, medici niſi ſedula cura
Vindicet ægrotum primis à morte diebus.
Flammea vis bilis parit hunc, labor impiger illam: — Cauſi cauſa.
Æſtus, dira fames, iuuenilis & acrior ætas,
Ira furens, fumanſque merum, piperataque cuncta.

COMMENTARIVS.

Hippo. lib. de ratione vict. in acut. & Galenus comment. ad aph. 8. l. 4. aphor.

1 CAVSVS fit, quum æſtiuo tempore reſiccatæ venulæ bilioſos, acres ac ſeroſos humores in ſeipſas attraxerint. Iſque verus ac legitimus eſt Cauſus, bilis ſinceræ ſoboles, ſemper quidem dum omnino remiſerit vigens, attertio quoque die magis exurens, cum his ſymptomatis quæ

Pathognomonica signa febris ardentis.

hoc capite perstringimus; ex quibus pathognomonica duo sunt, adurens calor, & sitis inexhausta. Mitior est alius ex bile pituitaque genitus, qualis hybernus, cuius hic signa non attingimus, contenti duntaxat ea persequi, quæ vnius, eiusque simplicis humoris dominium referunt, ne ex humorum permistione sequatur signorum indistincta cõfusio. Quamobrem hic accipe synceræ bilis exuperantis graphicam descriptionem ex signis, quorum hæ sequuntur causæ. Perit in ardente febre ciborum appetentia, mordetque ventriculus à bile, vel eius vapore lancinante stomachum: lingua citrino, nigroque colore tingitur, scabraque fit, à bilis redundantis fuligine; spiratio difficilis, ab organorum respirationi seruientium siccitate, qua musculi thoracis mouentur ægriùs. Sitis est inexplebilis ab igneo calore, quo quia torretur corpus, καῦσος ab Hipocr. πῦρ dicitur. Durior est pulsus à siccitate corporis arteriarum: vrina nigrior apparet ab adusto sanguine. Igneus ardor ἄλυσμον, seu inquietudinem & vigilias parit, & à siccitate conuulsionem, scabritiem cutis, vocem clangosam, Cordis palpitationem, stillam nigri sanguinis è naribus, delirium: à quibus extremarum partium frigus & sudor ad clauiculas & frontem: qui quia Diaphoreticus est, imminens exitium portendit. Sudor quidem interdùm febrem ardentem soluit, expurgata per eum eius causa bile: sed oportet sudorem vniuersi corporis, non partis esse, fierique die critico, visis priùs pepasmi, seu coctionis humoris morbifici signis.

Causa signorum ardentis febris, quam καῦσον appellant.

TERTIANÆ SIGNA, CAVSÆQVE.

CAPVT XXXVII.

Tertiana se signa.

QVVM viget hæc febris, terna quæ luce recurrit,
Eit rigor & vomitus, capitis dolor, & calor acer
Percurrit corpus, sitis & dyspnæa fatigat;
Sunt vigiles oculi, lotium micat, instar & auri
Flauescit, pulsus vehemens duruſque resurgit,
Inque paroxysmi est extremo tramite sudor.

Causa bilis vt in ardente.

Par Causo hic causa est, bilis tamen acriùs illic
Vrit, & interdùm corpus consumit ab igne.

COMMENTARIVS.

FEBRIS à bile Tertiana dicitur, quod in ea tertio quoque die recurrat accessio; simplex quidem, si febris est intermittens: sin continua, fit amadiplosis

anadiplosis. Huic χλ'υσος est ὁ μογγὼς. Eandem enim causam habet, in ijsdemque corporibus, & eadem anni parte solet excitari. Sed inter se maioris minorisque ratione distinguuntur. Nam quæ symptomata remissa sunt in Tertiana, summè vigent in Causo. Veræ autem intermittentis Tertianæ breuissima esse cõsueuit accessio, nempè quatuor, quinque, sex, ad summum vndecim, aut duodecim horarum. *Gal. lib. 1. ad Glauc. cap. 8.*

2 In febrium intermittentium initio frigus, aut horror, aut rigor fit, quia cõcitatus tùm, quasique turgens humor putridus membranas concutit. Etsi paucus est, vt in leuioribus Tertianis, aut parùm acer, aut lentus ac languidus, vt in Quotidianis, solùm frigus inuehit. Sin copiosior, aut acrior, aut concitatior, horrorem. Quùm verò plurimus, isque vehementer acer ac mordax, vt in exquisitis Tertianis, magno impetu in præcordia fuerit excussus, rigorem infert. Itaque sinceram Tertianam, quæ sit intermittens incipit ob eam causam rigor: sudor finit, reseratis caloris vi cutis meatibus. Reliqua signa sunt bilis varias partes obsidentis: vt capitis dolor & vigiliæ Cerebrum; vomitus sitisque stomachum, dyspnæa pectus: vrina flammea flauaque, tenes: vehemens durusque pulsus arterias. *Causæ signorum Tertianæ.*

HÆMITRITÆI, SEV SEMITERTIANE signa Causæque.

CAPVT XXXVIII.

HORROR *continuæ iunctus notat hæmitritæum.*
Quam duplex humor gignit; pituita, feroxque
Bilis, & ex harum concursu nascitur horror.
Qui quia sæpe redit, premit atque diutiùs ægrum
Quùm morbi furor est, horroris febris habetur.

Horror, vt rigor, refrigeratio quædam est dolorifica, cum inæquali corporis commixtione.

c

COMMENTARIVS.

1 HÆMITRITÆVS, seu semitertiana sic dicitur quia media materiæ pars ex huius humoris est genere quo Tertiana fit. Cõflatur enim ex pituita & bile: quæ quùm æqualiter inter se miscentur & peccant, exquisitam faciunt hæmitritæum. Accessionis verò quotidianæ signum est refrigeratio, tertianæ rigor: horror vtrinque medius. Quùm igitur quotidianæ Tertianæque febris accessiones concurrunt in hac febre, fit horror. Hinc hæmitritæus φρικώδης seu horrifica febris appellatur. Quæ periculosa conferri debet, tùm quia continua, tùm quia contrarijs constat humoribus, quorum vni si medendo conferas, alteri non rarò plurimum incommodes. *Cur febris hæmitritæa, seu semitertiana dicitur. Cur hæmitritæus pertinaciosa. Hæmitritæus continua febris.*

L

Examen in hæmitritæo notandum

2 Hæmitritæus continua febris est. Vel enim ex continua quotidiana fit & intermittente Tertiana, vel ex intermittente quotidiana, Tertianaque continua. Conijcitur autem ex peculiaribus vtriusque signis humorne pituitosus, qui quotidianam: an biliosus qui Tertianam constituit, exuperet. Nam si biliosæ febris indicia plura sunt, qualia rigor, anorexia, vomitus, aut nausea, sitis, sudor, vincit bilis. Sin plura dominantis pituitæ signa comparent, vt frigus, sopor, albæ deiectiones, vrinæ crudæ, pituitosus humor abundat. Sin horror est, & humoris vtriusque signa miscentur æqualiter, exquisita fit hæmitritæus.

QVARTANÆ SIGNA ET CAVSÆ.

CAPVT XXXIX.

Febris quartanæ signa.

SI quartana venit febris, penetrabit in altum,
Ossáque contundet frigus; tremor indè sequetur
Horridus, & stridor, lotium tenuabitur, atq;
Pulsus in ingressu tardus, rarusque micabit,
Vt calor existet maior, propiorque vigori.

Quartanæ veræ causa eiusque sedes, quæque anni parte, quosq; prehendere solita.

Sudor erit paucus, reddentur sicca per aluum,
Lentáque permutas accessio current in horas.
Quartanæ veræ niger humor putris origo est,
Frigidus & siccus, fæx vsti crassa cruoris,
Autumno fieri solitus, senibusque molestus,
Cui locus in Splene est. Bilis quæ vergit in atram

Quartanæ nothæ causa, locus, quibus & quanam anni parte familiaris.

Quartanæ fit causa nothæ, quæ prendere sueuit
Sæpè viros æstu medio: locus illius Hepar.
Salsa & eam pituita potest immittere febrem.

COMMENTARIVS.

Quartanæ diuisio, eiusque veræ causæ.

1 QVARTANA febris vel est vera, vel notha. Vera fit à melancholico sanguine, nempè vsto, frigido, siccóq;. Notha sæpiùs à flaua pituita. Bile, non vsta quidem, sed quæ iam vritur, & transit in atram: rarius è pituita salsa. Veræ itaque Quartanæ continens causa melancholia putris est, in qua quarto quoque die paroxysmus, si febris est intermittens reuertitur, cæteris diebus à febre liberis: sin continua, quæ rarò fit, singulis quidem diebus viget, vt in cæteris obseruatur, sed quarto quoque die reduplicat accessio.

Videnda est causa cur tertiana, & remor sit solita in Quartanæ paroxysmo.

2 Melancholicus humor fœculentus est, maximéque terrestris: idcóque in intimo corporis recessu conditus, si forte, velut in febre concitatur, solidiores partes, vt artus & ossa primùm obsidet. Quumque sit frigidus & ponderegrauis, frigoris & lassitudinis sensum ibidem inducit, quem ὀστεωκόπον, ossium ex lassitudine dolorem appellant; non eum quidem, vt in Tertianæ rigore pungentem, sed verè contundentem: quo dentes stridunt, vniuersumque corpus tremore concutitur.

Tremoris, & reliquorum Quartanæ signorum causa.

3 Tremor fit, animali facultate membrum attollente quidem, verùm id diu nequeunte propter humoris, musculum aut neruum imbuentis grauitatem. Vrina tenuis est, obstructis meatibus: quod fieri soletinitio morbi. Post enim crassescit, reseratis caloris vi ductibus, per quos ea transcolari assolet. Pulsus accessionis initio rarus ac tardus est, nondum calfacta materia: talisque diù permanet, quùm ægre calor accendatur. Nec is accensus, in omne corpus æqualiter effunditur, sed est cùm permixtione quadam frigoris, & permanente quodam artuum, ac ossium dolore. Sic languida fit accessio. Deiectio pauca fit, quia siccæ fœces in arido corpore: paucus in febris declinatione sudor, quia quùm siccus sit humor, deest etiam serosa materies.

LENTÆ FEBRIS SIGNA, CAVSÆQVE.

CAPVT XL.

Febris Lenta signa.

LENTA *febris placida est, querulique ignara doloris.*
Non secura tamen. Si quidem pulsatio parua,
Crebra quoque, æqualemque negans retinere tenorem,
Effœtæ vires, & marcida membra, nec vllo
Firma cibo, vitium vix emendabile signant.

Causæ

Cuius causa latens obstructio, putris, & humor
Consumens, ac tabe liquans id viscus, inhæsit
Cui semel, hoc seusit Cerebrum, Pulmo-ve, Iecur-ve,
Ren-ve, Lien-ve. Sed id quodnam sit, discere possis
E propriis cuiusque notis, posituque locorum.

COMMENTARIVS.

Fernel Pathol. lib. 4. Cap. 8.

1 LENTA febris symptomatica est, omnium putridarum mitissima: in qua æger tàm leui symptomate premitur, vt sæpiùs ægrotare

Quare lenta febris non negligenda.

se non existimet. Cuius tamen negligenda curatio non est, quùm obstructio, putredoque latitans, interdumque visceri contumaciter inhærens, eam pariat: nec ante desinat, quàm eius substantiam labefactet atque corrumpat, vndè sequitur atrophia, marcorque denique, præcipuè si nobile viscus, vt Pulmonem aut Iecur obsederit. Idcóque si nulla visceris alicuius, cuius sedem lustraueris, aut mesenterij obstructi vel inflammati signa sunt: pulsus tamen paruus, frequens, celer, & inæqualis tactu percipitur, si languet æger, viresque sibi minui sensim, liquarique corpus animaduertit, interdúmque leuiter animo linquitur, substantiam partis alicuius corruptam esse putes, ex qua grauis halitus in Cor efferatur, qui continuam febrem, eamque lentam inferat. Sin alicuius visceris, partisve tensio dolorve suspicionem obstructionis aut putredinis adfert, conuenienti vacuatione præmissa parti labanti his remedijs succurre, quæ lib. 5. cap. 18. designamus.

Quomodo lenta febris sedes explorandæ.

FEBRIS HECTICÆ SIGNA, CAVSÆQVE.

CAPVT XLI.

Hectica febris causa.

EX sicco veniens calidóque diaria febris,
Lentáque corrupto memorata è viscere nasci,
Illius caput est quæ dicitur hectica. Quæ si
Partibus incumbit solidis, duruſque, frequensque est,

Signa.

Debilis ac paruus pulsus, caua tempora, plumbum
Fœda refert facies, nullus dolor afficit ægrum.
Tangenti primò blandus calor esse putatur,
Mox tamen est mordax, lotióque innare videtur
Pingue oleum, corijque instar cutis aret, inanis
Deprimitur venter, corpusque fit ossea moles.

COMMENTARIVS.

Etymologia febris Hecticæ.

FEBRIS cade qua nunc agimus, Hectica propriè nũcupatur, quod ægerrimè solui queat, & in habitu sit corporis: quamuis omnis febris contumax à quocumque nata sit humore communiter ἐκτικὴ vocitetur, vt σκεπτικὴ solutu facilis: ἕξις enim, quam habitum dicimus, vndè nomen Hecticæ, qualitas est à subiecto ægrè mobilis, vt σκέσις facilè. Galenus vero calidam siccam intemperiem ab externa causa profectam Hecticæ principium esse sic statuit. Quoties, inquiens, alicui

Lib. 9. method.

vel ex laſſitudine, vel ira, vel pluribus curis, vel vigilijs, vel triſtitia, vel inedia longa, vel vniuerſis vnâ coeuntibus ſiccatum corpus eſt, ac febris inuaſit, quæ & aridam reddit cutem, & igneum calorem refert, eum vtique timor eſt hectica febre correptum iri, potiſſimum æſtate, cœlique ſtatu calido, ſiccoque. Quod verum eſt. Etſi enim externæ cauſæ ſolæ non læduut, vt idem ait, internas tamen diſponunt, & impellunt interdùm ad ſui ſimilem intemperiem. *Lib. de cauſis procat.*

2 Solidæ partes triplici ſubſtantia conſtant, humida, carnoſa, fibroſa. Si humidam (quæ proprium eſt partium alimentum) febrilis populatur calor, primus eſt hecticæ gradus; ſi carnoſam, ſecundus: ſin fibroſam & membranoſam, quæ propriè ſimilaris & ſolida nuncupatur, abſumit, tertius. Quę poſtrema ſpecies hectica, maraſmodes, ſeu tabes & marcor appellatur, prorſus incurabilis. In hac enim, quam hoc capite præcipuè notamus, exhauſto humido primigenio, cui in ſolidis partibus eſt peculiare domicilium, remanet extrema ſiccitas, & vitium imbecillitas, vndè mortis neceſſitas ineuitabilis. *Solidarum partiũ ſubſtantia triplex.*

3 Hecticis pulſus durus eſt ob arteriæ, vt & totius corporis ſiccitatem: frequens, vt refrigeretur Cor, crebro aëris appulſu: debilis ab infirmitate vitalis facultatis. Paruus autem, quia Cor (cuius hectica febris primùm, deindèque reliquarum partium ſimilarium ſubſtantiam obſidet) caloris nariui penuria marceſcit, deſeruntque ſpiritus cum ſanguine, quibus exiſtentibus in omnem dimenſionem dilatatur arteria. Peculiare tamen hecticæ ſignum eſt hora vna, vel duabus à cibo crebreſcere pulſum, ac celeriorem euadere. Quod non pendet à proprio naturalique, ſed hectico calore partium ſolidarum, quæ cibo potuque, vt calx aqua prolutæ atque madentes, calorem acriorem in omne corpus effundunt. *Cur hectice pulſus durus creber, debilis paruus. Pathognomonicum hectica ſignum.*

4 Non eſt in hectica febre dolor, quoniam æqualis eſt intemperies. Intemperies autem æqualis non affligit, quoniam hæc eſt velut acquiſititia natura. Nullum autem corpus à ſua natura patitur: doletque dum taxat id, cuius natura corrumpitur, non cuius iam mutata atque corrupta eſt. *Quare nullus in hectica febre dolor. Galen. lib. 2. de ſympt. cauſ.*

5 Quia febrilis hecticæ calor internus eſt, potiſſimùm in viſceribus hærens, primò non ſentitur. At ſi diutiùs admouetur manus, paulatim acredo quædam, & velut eroſio, percipitur. Quod ideo fieri putem, quia calor acer ad tangentis medici manum, quæ temperatior eſt, tanquam ad humidum accurrit. Sunt autem hecticorum vrinæ pingues & oleoſæ, colliquatione partium ſolidarum. Cutis inſtar corij ſicca, quod eſt ſummæ ſiccitatis omnium corporis partium nota: ſiquidem cutis referre ſolet totius corporis temperamentum: hinc depreſſus venter & corpus oſſeum. *Cur hectic calor nõ ſentiur initio. Cur hecticorum vrinæ pingues & oleoſæ, ſicca cutis, depreſſus venter, & corpus oſſeũ.*

FEBRIS CARDIACÆ, SEV SYNCOPALIS signa, Cauſæque.

CAPVT XLII.

Febru Cardiacæ nota.

EIT Corde affecto febris omnis. At eſſe putatur
Cardiaca imprimis, ſolet hoc & nomine dici,
In qua Cor ſaliens vehementi palpitat ictu,
Circà ventriculum eſt grauis æſtus, & huius in ore
Morſus, & aura frequens, & parua, rubor faciei,
In Cordis regione dolor, vapor in cute rorans.
Cui neque tu tepido, gelido neque fide, ſed ori
Admoueas naſoque manum. Si frigidus indè
Spiritus emanat, properum fore conijce lethum.
Cauſa calor Cordis vehemens, quo ſpiritus omnis
Vitalis perit, atteriturve. Vel aura maligna,
Quam parit in nobis obſcænus & improbus humor.
Corruptuſve cibus, crudus, ſociuſque veneni:
Peſtifer aut aër, feriens aut bilis amara
Ventriculum, cuius Cordi eſt dolor acer ab ore.

Hippocrat. Aph. 65 l. 4 Aph.

Cauſa.

COMMENTARIVS.

Quid Cardiaca febris. Febris Cardiacæ ſignorum cauſæ.

CARDIACA febris hæc dicitur, in qua Cor peculiariter affligitur: ſiue per Cor viſcus illud perpetuò pulſans, quod eſt vitale principium, intelligamus: ſiue os ventriculi, quo qui dolent, καρδιαλγεῖν, Cordis dolore affici perhibentur. Syncopalis etiam febris appellatur, quia, frequentes inducit ſyncopas. Tum ab inflammationis magnitudine Cor palpitat: ad ventriculum æſtuans calor eſt, à bile flaua, vel pratina ibi turgente, vel magna illic infeſtante qualitate. Cardiogmos, Cordis, ſeu potiùs ventriculi roſio, ſeu morſus ab iiſdem excitatur cauſis. Reſpiratio frequens ac parua eſt ab oppreſſione, faciei rubor à vaporum aſcenſu, quos excitat inſignis phlegmone: cuius ſignum eſt ingens in regione Cordis dolor. Cutis mador eſt non ſudor, qui criticus ideo non eſt, at ſymptomaticus, nempe Diaphoreticus & Syncopticus.

2 Expitatio tepida blandaque per se bona: suspecta tamen in hac febre, in qua commemorata signa mala sunt. Vt enim quis intereat, vnum esse malum signum satis est. Si verò admota naso & ori manu, frigethalitus, in propinquo mors est. Indicatur enim hoc, natiui caloris extinctio. *Galen. Cõmen in lib. Prognost.*

CAVSÆ SIGNAQ; FEBRIS PESTILENTIS.

CAPVT XLIII.

AVSTRINVS, ventísque silens, ac nubifer annus *Pestilentis febris causa.*
Omen habet, stygíaque iacit fundamina pestis.
Quæ quando tremulum malè versat, & obsidet ægrum,
Languidus apparet pulsus, crebérque, celerque,
Paruus, inæqualis, capitis dolor, & graue pondus, *Signa.*
Mœror, & aspectus varius, torúsque, frequénsque
Defectus, vomitúsque, sitis, dyspnœa, phrenitis,
Egelidumque foris frigus, calor intus adurens,
Lethæusque sopor febri coniunctus edaci.
Ne lotio fidas Sed quum tumor inguina pungit,
Auribus, axillísque subest, antráxque perurit,
Effuge si metuis. Sin vir cupis arte mederi,
Quære DEVM primò, calida qui iustus in ira
Nos solet humanos sontes hoc perdere telo.

COMMENTARIVS.

1 AVSTER ventus est calidus humidus. Qui si largos imbres effudit, humiditatem inducit corporibus, eo maiorem quo sine ventilatione flatuque fuerit. Nec enim tum corpora benè diffluntur, nec digeri potest humor superuacaneus, vnde necessaria putredo. Quæ quum sit vulgaris, ex infecto aëre, quem omnes hauriunt, vel inuiti, genita, febrem infert Epidemicam. Ergo quum annus Austrinus, pluuius, à ventis in totum silens fuerit, pestilens expectanda febris, qualem in Epidemicis describit Hippocrates. Pestis verò febris est epidemica contagione deleteria. Quam quidem, simplex & pura sit, nullius intemperici vel putredinis esse sobolem, sed cacam, malignam, & inexplicabilem quæ à superioribus aëre causis manet ac *Quibus causis succedat pestis.* *Quid pestis.* *Lib 2. de Aëdium rerum caus. cap 12.*

deducatur, longa verborum rerumque serie demonstrat Fernelius. Qui ne videatur ab Hippocratis & Galeni (qui omnium pestilentium febrium causam esse putredinem statuunt) opinione omninò discedere, tria communium morborum, quæ pendent ab aëre genera cõstituit, Endemium, Epidemium & Pestilens. Primùm à terrenis & inferioribus expirationibus putridis oriri vult. Secundum à vehementi temporum tempestatumque mutatione, quæ febres & putredinem pariter inuehit, proficiscí. Tertium ob occulta malignaque qualitate cœlitus immissa deriuari. Cuius sententiam vt veram amplectimur. Nec tamen hic sola pestilentis febris ab eo constituta signa pathognomonica, quæ sunt pulsus paruus, frequens, inæqualis, & syncope, sed & Epidemiæ communia signa persequimur, quum illa vix vnquam sine putridæ permissione spectetur.

Signorum pestilentis febris causa.

2 Pulsus est in hac febre languidus, quia natiuus calor minimus est, præter naturam plurimus, à quo vitalis atteritur facultas. Etenim aura pestilens, vt omne veneni genus, genuina sua proprietate Cor, vitæ fontem ac domiciliũ primò petere solet, ac dein reliqua viscera, totumque corpus inuadere. Paruus etiam pulsus est ab oppressione, celer ac frequẽs ob vsum: inæqualis cùm à febre putri, tùm à maligno vapore Cor agitante. Torpus aspectus, agitari siccarique notat animales spiritus, vndè phrenitis: quæ fit, vrsitis & vomitus, à bilis exuperantia. Animi deliquium nascitur à maligno vapore in Cordis arcem elato: frigus externum, internusque calor est à viscerum incendio. Quique sopor est, vt plurimum accidit concidente robore facultatis animalis, nisi multus dominetur humor ab australi constitutione genitus. Lotium est aliquandò sanorum simile, sæpe turbidum vt notat Hippocrates, & nos obseruauimus in eo pestilenti statu, qui Lutetianos imprimis torsit anno salutis 1580.

Lib. 3. Epid. sect. 3. part. 15.

3 Quum in inguine tumor apparet, Hepatis: quum in axillis, Cordis: quum sub aure, Cerebri robur indicatur, si febris nondùm apparet, vel mediocris est, & symptomatum leuitas cum virium robore. Sin signa quæ commemorãtur hoc capite se proferunt, nec apparente bubone vel carbunculo minuitur, malum. Hinc enim colligitur materiæ malignæ quantitas. Nec verò signis vel optimis fidendum in hac febre, quia cuncta sunt infida, morituruque repentè, qui vitam in multos annos polliceri videbatur. Cæterùm ob hominum scelus diuinitùs immitti pestem in Dauide notatur: cuius ob numeratum populum crimine pestilens morbus triduò ita sæuijt, vt septuaginta hominum millia perierint. Eandem luem Ieremias & Ezechiel Prophetæ Iudæis minantur, errata suanon agnoscentibus. Quod & sensit Homerus, qui pestilentiam Iliados initio scribit inuasisse Græcos Apollinis nutu, ob captam nec restitutam Chrysæida, Chrysæ sacerdotis filiam.

Lib. 2. cap. 24.
Cap. 24. Prophetiæ
Cap 25. Prophetiæ 3.

FRANCISCI

FRANCISCI PORTI,
CRESPEIENSIS VALESII
MEDICÆ DECADOS
LIBER TERTIVS.

OESOPHAGI, SEV GVLÆ, STOMAchique malè affecti ſigna Cauſæque.

CAPVT I.

BVLIMVS, atque fames, quæ dicitur eſſe canina. — Oeſophagi peculiares affectus.

Pica, dolor Cordis, potus, via ſtricta, cibíque,
Lautarúmque dapum faſtidia longa, ſitiſque — Anorexia periphraſis.
Contingunt patiente Gula mortalibus ægris.

Quæ calet, eſt vbi ſicca ſitis: ſi Bulimus, alget
Atque canina fames: ſuccis ſi Pica grauatur
Impuris. At ſi multis, anorexia. Cordis
Sin morſus, pungens bilis vapor hæret in illa.
Rarius œſophagus Scirrho, Stomachuſque premuntur,
Aut calido, rubroque tumore, vel vlcere fædo.
Tùm dolor in ſpina dorſi eſt, glutire moleſtum.
Namque per hæc anguſta via eſt potuſque, cibique.

Quibus ſignis & cauſis affectus œſophagi, ſeu Gulæ diſtinguntur.

Scirrhi, phlegmones aut vlceris Gulæ, vel Stomachi ſigna.

COMMENTARIVS.

1 OESOPHAGVS, ſeu Gula viæ cibi nomen eſt proprium: Stomachus commune. Quare qui Stomachum ait, œſophagum etiam, ex Ga- Galen. lib. 4. de vſu part.

leni mente complecti videtur, vndè plures ea nomina confundunt. Propriè tamen œsophagus ille meatus est, qui à faucibus ad os vsque Ventriculari Laryngi subtenditur. Stomachus autem, Ventriculi solum superius orificium, quod Xiphoridi cartilagini subiacet, à natura comparatæ, vt ipsius sit propugnaculum. Quibus partibus affectus, qui præter naturam insident præcipui sunt Bulimus, seu fames ingens: quæ fit, quùm os Ventriculi refrigeratur ab externa causa. Vehemens autem frigus cuiuis neruosæ parti, quamobrem & Gulæ molestiam infert. Quod vt tollatur, Stomachus fame, quæ calidi siccique desiderium est, tenetur. Hinc in cibos auidissimè ruit. Quorum copiam quùm nequeat conficere Ventriculus, frigidus fit, oppresso calore natiuo: veréque tùm prosternitur appetentia, pulsus languet, & animi deliquium frequens accidit. Itaque Bulimus, vt nomen sonat, initio quidem famem ingentem habet, post inappetentiam. Interdùm etiam ab externa refrigeratione fit Canina fames: at sæpiùs ab acido quodam humore, ventriculi os imbuente. Leuat eum, qui Canina fame laborat vomitus, qui non est in Bulimo. Appetentiæ depraua tæ symptoma Pica est, qua Stomachus alienos cibos, vt terram, carbones, incoctas carnes, & peiora his expetit, mulieribus grauidis magis peculiare vitium: cuius causa est humor excrementitius, ventriculi tunicis impactus. Sitis est frigidi humidique potus appetentia. Quæ duplex. Naturalis, & animalis. Illa principium ducit à iecore: hæc ab orificio ventriculi per neruos sextæ coniugationis illic insitos, per quos cibi potusque penuria pressum animal inuitatur ad expetendum id, quod sibi iucundum est: vt quod inuisum auersatur in Anorexia, in qua alimenti copia referto corpore, nihilè ventriculo venæ fugunt.

Bulimus quando fit.

Quid fames.

Caninæ famis causa.

Pica quid, eiusque causa.

Quid Sitis, eiusque differentiæ.

Anorexia.

INTEMPERIEI VENTRICVLI SIGNA, & Causæ.

CAPVT II.

Intemperies calidæ Ventriculi signa.

LONGA *sitis, gelidi facilis concoctio potus,*
Giraque quæ frigent admotaque, sumptaque, nidor
Acalidis, sensus rodens, vt & oris amaror,
Nausea, singultusque, notant ardore teneri
Ventriculum. Facit hoc flauæ exuperantia bilis.

Causæ.

Aut calor impressus tunicis, aut falsior humor.

Intemperiei frigidæ signa.

Ast vbi frigus habet, contraria signa sequuntur.
Nulla sitis, calidusque placet potusque, cibusque,

Quæque calent admota iuuant, ructuſque ſequuntur
Ingeſtas epulas acidi, concoctio tarda,
Frigoris & ſenſus, ventris graue pondus & horror.
Quæ calor & natiuus inops, & phlegma procurat.
Ventriculus ſin humidior, potuſque, cibuſque, — *Humidioris ventriculi nota.*
Qui liquidus nimiuſque nocet, languore citato,
Gratus & eſt ſiccus ſoliduſque, ſaliua frequenſque,
Multaque pallenti ſine tuſſi manat ab ore.
Cauſa horum frigus partis, pituitaque multa, — *Cauſæ.*
Bilis at exſiccat tunicis impacta, calorque
Igneus, indè placent potuſque, cibique madentes. — *Siccioris ventriculi cauſa, notaque.*

COMMENTARIVS.

1 QVVM ventriculus intemperie calida premitur, diuturna ſitis affligit, ſi talis intemperies eſt impreſſa parti ſolidæ, nempè tunicis. Sin vitium eſt in humoribus, quos ille ſuo ſinu continet, his facilè ſublatis ceſſat & ſitis. At calida torrentur & aſſantur à calido ventriculo: quare frigida ſola conferunt, nempè quæ temperent illius ardorem. Quùm verò putreſcunt in ventriculo ſucci, nauſea ſingultuſque fiunt, quibus illi, quia moleſti ſunt, excludendi denuntiantur. Eſt verò Ventriculus membranoſa pars, oblonga, caua, rotunda, duabus tunicis conſtans, cibi potuſque promptuarium: cui geminum os eſt, ſuperius, quod Stomachus: inferius, quod Pylorus appellatur. Cuius actio propria cõcoctio eſt, quæ caloris inſiti fit munere. Qui ſi nihil omninò ab intemperie frigida coquit, ἀπέψια, ſeu cruditas: ſi tardè βραδυπέψια: ſin malè, δυσπέψια, ſeu deprauata coctio nominatur: quæ tria ſunt alteratricis ventriculi ſymptomata. — *Intemperiei ventriculi ratio.* — *Quid ventriculus.* — *Ventriculi actio propria concoctio.* — *Facultatis alteratricis ventriculi ſymptomata.*

2 Cibus propriè dictus, non qui fortem aliquam habet qualitatem, vt acerbam, acrem, ſalſam, amaram, qui potiùs medicamentum alimentoſum eſt quàm cibus, ſed dulcis humectat: multoque magis ſi liquidus ac multus. Sed imprimis humectat potus. Ideóque qui cibus potuſque plurimus in ventriculum humidum ingeritur, eiualdè moleſtus eſt. Eius enim intemperiem auget, vimque & facultatem obtundit, atque diſſoluit. Quinimque tùm huic multus humor aquoſus innatet, aut eius tunicis impactus ſit, expuitio frequens eſt ſine tuſſi, ſaliua multa per interioris tunicæ continuationem in os exurgente. — *Cibus qui proprie dictus.* — *Cibus & potus humectant.*

CHOLERÆ MORBI CAVSA, NOTÆQ;

CAPVT III.

Cholera morbi causa.

INTESTINA *ferox, Stomachumque immaniter vrget*
Bilis, & erumpens vomitu, motuque per aluum
In Cholera, subitum dat signa minantia lethum,

Signa.

Namque intrò refugit pulsus, crebróque cietur:
Singultus, sitis est, extremaque frigore torpent,
Quique venit sudor malus est, fit luridus vnguis,
Conuellique manus, carnosaque sura videtur,
Mens labat, & diri sequitur mors plena doloris.

COMMENTARIVS.

Quid Cholera morbus.

1 CHOLERA morbus, perturbatio ventris est, in qua bilis, quam Choleram vulgus Medicorum appellat, sursùm ac deorsùm violenter expellitur. Non tamen ἀπὸ τῆς χολῆς, sed ἀπὸ τῶν χολάδων, plerique deriuant. At vtrumque verum est, quùm sit hic acutissimus affectus ventriculi, intestinorumque commune vitium. Nec verò sola bilis hîc educitur. Nam inquit Aretæus, quæ primùm euomuntur, aquæ similia: quæ anus effundit, stercorea sunt & liquida, tetrique odoris; siquidem longa cruditas id malum excitauit. Si magis sæuiat morbus, tùm syncerè flaua bilis, deindeque nigricans excitatur: deiectiones quoque similes sunt. Tùm paruus ac frequens est pulsus ab oppressione, & interno æstu. Singultus ac sitis, ob bilem pungentem os ventriculi superius, ibique sensum caloris excitantem. Extrema frigent, obruto intùs, & penè suffocato natiuo calore, ab interno, quod mirè sæuit incendio. Sudor malus, quia paucus, ac diaphoreticus: aut ἐφίδρωσις, aut ἄιεσις, siue mador, non verus sudor, præsertim apparentibus signis Lethalibus. liuent vngues à nigricante sanguine: conuelluntur manus ac suræ, neruosi generis sympathia. Nam in hoc affectu ventriculus & intestina, vicinæque his membranæ cum neruis agitantur à copia flatuum, violento motu bilis, & eiusdem acrimonia atque calore: quibus vt hæc, sic extremæ partes refriguntur, distenduntur atque conuelluntur. Animi deliquium & syncope sequitur, affecto Corde per consensum oris ventriculi; mors dira per conuulsionem, strangulatum, & inanem vomitum. Quamobrem huic morbo præsenti remedio succurrendum, quod huius operis octauo libro describimus.

Aret. lib. 2. de sign. & caus. acut. morb. cap. 5.

Signorum Choleræ morbi causa.

OBSTRVCTI IECORIS SIGNA, & causæ.

CAPVT IIII.

QVVM *Iecur obstruitur, lateris pars infima dextri* Obstructionis hepatis signa.
Tenditur, & grauis est, hebetique dolore molesta,
Sed sine febre grauis, nulloque notata tumore.
Causa vel è tenero est labens pituita Cerebro, Causæ.
Quæ per ventriculum tenues inuisere venas
Ducentes alimenta solet, Iecorique propinquas
Viscari, ac lento Iecur ipsum occludere succo.
Vel crassi, multi ve cibi. Bilisve coacta,
Atque diu concluſa loco: quæ crassior æquo,
Viscidiorque mora, longos parit effera morbos.

COMMENTARIVS.

IN Iecur facultatis naturalis sedem, & præcipuam gignendi sanguinis officinam humor aliquando pituitosus è Cerebro per ventriculum & venas illabitur. Interdum etiam crassum, viscidum & multum illuc transmittitur alimentum. Nonnumquam bilioſus humor ibidem crassescit, & contumaciter adhæret. Quùm autem per tenuissimas mesenterii venas, quæ ad portas cauáque Iecoris se colligunt, crassus hic humor necessario traducatur nec ab ijs se facilè explicet, necessum est vt vias obturet. Quo fit, vt nullũ viscus æquè vt Hepar obstructione tentari soleat. Quùm autẽ id obstruitur, hypochondrij dextri tensio fit, potissimum si mox à cibo subitur exercitatio, tùm à crassioris humoris ibi reconditi mole & grauitate, tùm à flatibus, qui in cruda materia non rarò solent excitari. Dolor hebes est, quia pars affecta minimum sensibilis. Nam in hepar minimus duntaxat inseritur neruus, non tam ad sensum, ait Galenus, quàm ad infestæ rei dignotionem à natura tributus. *Iecur facultatis naturalis sedes, gignendique sanguinis principũ.* *Iecoris obstructionis variæ causæ.* *Signorum obstructi Iecoris causæ.* *Gal. lib. 3. de vsu part.*

PHLEGMONES IECORIS SIGNA, Cauſæque.

CAPVT V.

Inflammationis Iecoris ſigna.

SI Jecur igne tumet, graue ſit, premiturque dolore,
Qui dextras meat in coſtas, iugulumque propinquum,
Siccа tenet tuſſis, dyſpnæaque, febris acuta,
Nauſea, neglectuſque cibi, ſitis arida, linguæ
Scabrities, & huic ſanioſus lentor inhærens,
Erumpit vomitu bilis ſyncera, vel aluo
Reijcitur, lotiumque rubens veſica profundit.
Cauſa. *Gignitur à multo tumor hic, calidóque cruore,*
Quem venæ in Jecur eructant, vbi putret & ignem
Accendens, carnem pariter vitiatque, liquatque.

COMMENTARIVS.

Hepatis inflammationis modus.

QVVM ſanguis tenuis ac feruidus, aut acer, aut præ copia turgidus è ſuis vaſis in carnoſam hepatis ſubſtantiam effertur, ibique putreſcens, parenchymia labefactat, Iecur inflammationem concipit. Cuius

Iecoris phlegmone cur periculoſa.

phlegmone periculoſa ob ipſius viſceris nobilitatem, febris magnitudinem, & conſenſum, quem id cum principibus partibus nanciſcitur. Tùm

Signorum inflammati Iecoris cauſa.

in hypochondrio dextro grauitas. Nam hepar ibi conſiſtens ſanguinis multi copia tumet, ſuáque mole deprimitur. Dolor à nothis coſtis ad iugulum vſq; protenditur per continuationem ſuccingentis membranæ, quæ tùm conuellitur, ſeu retrahitur: quod imprimis obſeruatur, quum tactu premitur hepatis regio. Sicca tuſſis eſt. Nec enim in thorace materia continetur, vt excludi poſſit per tuſſim, at ſub diaphragmate recondi-

Signa gibbæ Iecoris partis inflammatæ.

tur. Idcóque non propriè tuſſis appellari poteſt, ſed ad tuſſim proritatio quędam, ab humoris ſeroſi reſudatione in diaphragma, hepati incumbens, & contiguum. Quúmque phlegmone gibbam hepatis partem magis obſidet, ſpirandi difficultas, tuſſis, dolor iugulum retrahens eſt grauior, ſituſque lateris dextri longè moleſtior. Quùm ſimam, ſeu cauam, cibi faſtidium, nauſea, ſitis vomitio, deiectio ue biliosa magis vrget, nec æquè gra-

Signa phlegmones infimæ partis Iecoris.

uis eſt in latus ægrum decubitus. Febris autem hæc vt acuta eſt, ita ſymptomatica. Nec enim in venis maioribus eius proxima continenſque cauſa reconditur, ſed in parenchimate Iecoris, ex quo vapor teter ac putridus aſſiduè Cor impetit, dùm febris omninò deſinat, Eſt enim affecta pars

Cordi vicina, quæ & insignem veluti tubum habet, nempè venam cauam, per quam affectus suos eidem communicat. Sitis hic est, lingua flaueſcens, deindè nigricans, & ſcabra fit ab inflammationis magnitudine: vomitus ſynceræ bilis & æruginoſæ, calidioribus à phlegmone redditis humoribus: ſimilis etiam deiectio, flaua bile per ſummum calorem aſſata. Rubrum à ſanguinis exuperantia lotium est: craſſum ac turbidum ab humorum Iecoris partes implentium abundantia. *Conſenſus Iecoris cum Corde.*

ABSCESSVS IECORIS SIGNA, Cauſæque.

CAPVT VI.

SANGVINE *quùm ſiſſa eſt Iecoris caro mollis ab acri,*
Abſceſſum patitur, fædique eruptio puris
Imminet, horror ineſt, & ab hoc calor acer & vrens,
Et dolor, & febris, facto quæ pure quieſcit.
At ſanioſa dein abeunt, aut rubra per aluum.
Immixtum puri lotium eſt: neque floridus vlla
Corporis eſt in parte color, gracileſcit & æger
Vera tabe fluens vitiato fonte cruoris.
Vis ideò languet, defectio crebra, frequenſque,
Debilis ac paruus pulſus: neque cogitur vlcus,
Cuius odore graui partes alimenta recuſant:

Quandò fit Abſceſſus Iecoris.
Abſceſſus ſigna.

COMMENTARIVS.

ABSCESSVS communi nomine diſpoſitio eſt, per quam à ſe inuicem diſtant quæ ſe contingebant corpora. Quare medium in abſceſſu ſpatium eſſe neceſſum eſt, quod aliquam ſubſtantiam contineat: quæ varias alterationes aliquando ſuſcipit. Nam & lapides, & teſtæ, carbones, amurca, lignum, hiſque ſimilia corpora nonnumquam in abſceſſibus inueniuntur. Propriè verò dicitur abſceſſus collectæ materiæ in pus, aut alienam ſubſtantiam conuerſio, quam Apoſtema nominant. Sic tranſeunt in Abſceſſum inflammationes, quarum materia ſanguis eſt extra venas putreſcens. Cuius ſi tanta putredo eſt, vt ab inſito calore vinci ne- *Quid Abſceſſus ex Galen. lib. 2. ad Glau.* *Abſceſſus propriè dictus.* *Abſceſſus materia.*

queunt, transit in Gangrænam. Sin vincit natiuus calor, coctione facessit in pus; eaque puris collectio absolutè dicitur Abscessus. Huius generis est, qui Iecoris inflammationi succedit, ex quo vix quisquam seruari potest. Iecoris enim vlcerata substantia non magis quàm Pulmonis reparari potest, nec vlcus contractum exsiccari, quia perenni colluuie sordet, ob assiduè affluens alimentum: quod vitiari contingit, & ex consequenti prauè confici sanguinem, non ali corpus, ideóque mora tabescere. Quùm pus fit, maiores dolores ac febres fiunt quam facto iam ipso, quoniam Abscessu facto materia febrilis foras excluditur, in Iecoris quidē abscessu per deiectiones, si sima pars vacuatur: sin gibba, per vrinas: quodque rubrum excernitur, crudius: quod sanioſum & albicans, magis coctum. Pallet autem & subtumet, fitque cadauerosa facies in hoc affectu, quia prauus, nec alibilis sanguis est: Ob quam causam languet corpus, pulsus paruus est, & frequens animi deliquium.

Cur abscessus Iecoris periculosus.

Signorum abscessus causæ.

SCIRRHI IECORIS SIGNA, ET Causæ.

CAPVT VII.

Scirrhi Iecoris causa. Quid Scirrhus. Scirrhi Iecoris signa.

HEPATIS obstructi soboles, calidi ve tumoris
Esse solet Scirrhus, tumor exiguive doloris
Et sensus, vel nullius, si verus habetur.
Quem circumscribit Iecoris situs atque figura.
Exanguis facilè in dextra tùm parte reclinat
Æger, at in læua regione quiescere nescit:
Ventriculo sentit quia tunc incumbere molem
Quæ premit, atque illum propè suffocare videtur.

COMMENTARIVS.

Vide Galenū lib 2. ad Glauc.

INFLAMMATIO duplex, humida, sicca. Prior à calida fluxione membrum occupante fit, quę Phlegmone dicitur. Posterior à naturali calore membri efferuescente, quam appellant Phlogosin. Phlegmone rarò Scirrhi Iecoris est causa: sed nisi primis diebus occurratur, quia Iecur viscus est calidum humidum, in periculosum Abscessum ferè desinit, vt antè notatum est: quem idonea vacuatione, sumptis & admotis refrigerantibus, quæ suo loco describemus, sæpè præuertimus, pluresque vidimus Iecoris vera phlegmone pressos, pristinæ restitutos sanitati. Phlogosis verò Iecoris, Scirrhum facit in ictericis, & naturâ biliosis, vt

obstructio

obstructio contumax ab humore crasso, terrenoque per eius effuso substantiam, illicque coalescente. Scirrhus verò præter naturam tumor est durus & indolens: etsi dolor est aliquis in incipiente quùm pars affecta premitur, sed nullus in confirmato. Qui si gibbam, simamque simul, vel etiam gibbam solam hepatis partem occupat, tumor est in Hypochondrio circumscriptus, qui tactu facilè dignoscitur. Sin simam duntaxat, nulla Iecoris, proindè nec Scirrhi figura notari potest. Quin & tumor plerúmque decipit, quùm profundus sit, & à gibboso Iecoris corpore, quod primum occurrit, tangi prohibeatur. In Scirrho verò Iecoris decubitus sinistri lateris molestus est, tùm quia tenduntur ligamenta, quibus id alligatur: tùm quod in Ventriculum incumbit moles, quæ suffocationis metum incutit. Contrarium obseruatur in Scirrho Lienis.

Quid Scirrhus.

Quibus notis Iecoris Scirrhus manifestus aut occultus est.

Cur in Scirrho Iecoris molestus est sinistro decubitus.

HEPATIS IMBECILLI SIGNA, Causæque.

CAPVT VIII.

NOVERIS Hepaticos, niueus si cremor ab aluo
Labitur, aut liquidus, vel crudus quilibet humor,
Rubra velut sanies, aut fæx velut atra cruoris.
Improba temperies, aut corruptela cruenti
Visceris ista facit, quæ vires dissipat omnes.
Sic vbi cui trahere est data vis infirma, per aluum
Secedit niueus liquor: & si languida virtus
Quæ retinet, sanies tenui permixta cruori.
Si quæ sanguifica est imbellis, cruda sequuntur;
Vndè pedes primò, partes hinc quæque tumescunt.

Hepatis atonia seu imbecillitatis signa.

Causæ.

Hepatis attractricis imbecillæ notæ.

Retentricis languidæ signa.

Facultatis sanguificæ debilis notæ.

COMMENTARIVS.

Hepar atonum.

Hepatici qui dicuntur.

Affectuum Hepaticæ causa.

Imbecillitatis Iecoris demonstratio.

HEPAR imbecillum dicitur, cuius facultates à suo munere deficiũt. Et Hepatici propriè nominantur, quibus citrà manifestum aliquod in viscere malum, in proprijs actionibus languescit Hepar. Vndè colligendum affectionis Hepaticæ causam esse solam Iecoris intemperiem, per quam facultates quidem omnes, sed alteratrix omnium prima, ad tantam imbecillitatem peruenit, vt quæ prius ex proba temperie laudabilem creabat sanguinem, ab ea deficiens crudum ac semicoctum reponat. Ita confectus Chylus expultrice ventriculi facultate naturaliter in mesaraicas

queunt, transit in Gangrænam. Sin vincit natiuus calor, coctione facessit in pus; eaque puris collectio absolutè dicitur Abscessus. Huius generis

Cur abscessus Iecoris periculosus.

est, qui Iecoris inflammationi succedit, ex quo vix quisquam seruari potest. Iecoris enim vlcerata substantia non magis quàm Pulmonis reparari potest, nec vlcus contractum exsiccari, quia perenni colluuie sordet, ob assiduè affluens alimentum: quod vitiari contingit, & ex consequenti praui confici sanguinem, non ali corpus, ideóque mora tabescere. Quùm

Signorum abscessus causæ.

pus fit, maiores dolores ac febres fiunt quam facto iam ipso, quoniam Abscessu facto materia febrilis foras excluditur, in Iecoris quidē abscessu per deiectiones, si sima pars vacuatur: sin gibba, per vrinas: quodque rubrum excernitur, crudius: quod sanioſum & albicans, magis coctum. Pallet autem & subtumet, fitque cadauerosa facies in hoc affectu, quia prauus, nec alibilis sanguis est: Ob quam causam languet corpus, pulsus paruus est, & frequens animi deliquium.

SCIRRHI IECORIS SIGNA, ET Causæ.

CAPVT VII.

Scirrhi Iecoris causæ. Quid Scirrhus. Scirrhi Iecoris signa.

HEPATIS obstructi soboles, calidi ve tumoris
Esse solet Scirrhus, tumor exiguive doloris
Et sensus, vel nullius, si verus habetur.
Quem circumscribit Iecoris situs atque figura.
Exanguis facilè in dextra tùm parte reclinat
Æger, at in læua regione quiescere nescit:
Ventriculo sentit quia tunc incumbere molem
Quæ premit, atque illum propè suffocare videtur.

COMMENTARIVS.

Vide Galenū lib. 2. ad Glauc.

INFLAMMATIO duplex, humida, sicca. Prior à calida fluxione membrum occupante fit, quę Phlegmone dicitur. Posterior à naturali calore membri efferuescente, quam appellant Phlogosin. Phlegmone ratò Scirrhi Iecoris est causa: sed nisi primis diebus occurratur, quia Iecur viscus est calidum humidum, in periculosum Abscessum ferè desinit, vt antè notatum est: quem idonea vacuatione, sumptis & admotis refrigerantibus, quæ suo loco describemus, sæpè præuertimus, pluresque vidimus Iecoris vera phlegmone pressos, pristinæ restitutos sanitati. Phlogosis verò Iecoris, Scirrhum facit in ictericis, & naturâ biliosis, vt

obstructio

obstructio contumax ab humore crasso, terrenoque per eius effuso substantiam, illicque coalescente. Scirrhus verò præter naturam tumor est durus & indolens: etsi dolor est aliquis in incipiente quùm pars affecta premitur, sed nullus in confirmato. Qui si gibbam, simamque simul, vel etiam gibbam solam hepatis partem occupat, tumor est in Hypochondrio circumscriptus, qui tactu facilè dignoscitur. Sin simam duntaxat, nulla Iecoris, proindè nec Scirrhi figura notari potest. Quin & tumor plerúmque decipit, quùm profundus sit, & à gibboso Iecoris corpore, quod primum occurrit, tangi prohibeatur. In Scirrho verò Iecoris decubitus sinistri lateris molestus est, tùm quia tenduntur ligamenta, quibus id alligatur: tùm quod in Ventriculum incumbit moles, quæ suffocationis metum incutit. Contrarium obseruatur in Scirrho Lienis.

Quid Scirrhus.

Quibus notis Iecoris Scirrhus manifestus aut occultus est.

Cur in Scirrho Iecoris molestus est sinistro decubitus.

HEPATIS IMBECILLI SIGNA, Causæque.

CAPVT VIII.

NOVERIS Hepaticos, niueus si cremor ab aluo
Labitur, aut liquidus, vel crudus quilibet humor,
Rubra velut sanies, aut fæx velut atra cruoris.
Improba temperies, aut corruptela cruenti
Visceris ista facit, quæ vires dissipat omnes.
Sic vbi cui trahere est data vis infirma, per aluum
Secedit niueus liquor: & si languida virtus
Quæ retinet, sanies tenui permixta cruori.
Si quæ sanguifica est imbellis, cruda sequuntur;
Vndè pedes primò, partes hinc quæque tumescunt.

Hepatis atoniæ seu imbecillitatis signa.

Causæ.

Hepatis attractricis imbecillæ nota.

Retentricis languidæ signa.

Facultatis sanguificæ debilis nota.

COMMENTARIVS.

Hepar atonum.

Hepatici qui dicuntur.

Affectionis Hepaticæ causa.

Imbecillitatis Iecoris demonstratio.

HEPAR imbecillum dicitur, cuius facultates à suo munere deficiũt. Et Hepatici propriè nominantur, quibus citrà manifestum aliquod in viscere malum, in proprijs actionibus languescit Hepar. Vndè colligendum affectionis Hepaticæ causam esse solam Iecoris intemperiem, per quam facultates quidem omnes, sed alteratrix omnium prima, ad tantam imbecillitatem peruenit, vt quæ priùs ex proba temperie laudabilem creabat sanguinem, ab eâ deficiens crudum ac semicoctum reponat. Ita confectus Chylus expultrice ventriculi facultate naturaliter in meseraicas

venas impellitur, attrahendus à Iecore: cuius quùm facultas attractrix languet, Chylosa, quæ cremoris speciem habent, per sedem elabuntur, non attrahuntur, vt ex his fiat sanguis in partium corporis alimentum. Quùm etiam Hepar est validum, exugit à ventriculo venisque proximis humorem, quem incrassat coctione. Quùm imbecillum, eum vt antè trahere non potest, ideó que liquida per aluum excernuntur, vt & cruda omnia, alteratrice & sanguifica vi languida. Cuius certum argumentum est, si pedes primùm, indè cæteræ partes intumescunt: vt in ijs animaduertitur, qui è graui morbo resurgunt, Hydropicis etiam, scirrhosis, icterici.

Rubra veluti sanies deiecta per sedem quid signet.

Rubra verò veluti sanies loturæ carnis recens mactatæ similis deiecta per sedem, alteratricem Iecoris facultatem moliri aliquid indicat, sed imperfectè, nempè quæ sanguinem non gignat calore & consistentia laudabilem: retentricem verò plurimum imbecillam, vt quæ semicoctum sanguinem sinat effluere. Quæ verò deiectio nigrum sanguinem refert,

Deiectio nigra.

(quæ tamen niger sanguis non est, nec grumus, sed veluti fæx, limusque sanguinis ad atram bilem propiùs accedens) frigidam Iecoris intemperiem arguit: vt calidam colliquationes primùm humorum, dein carnis, hepatis, deiectioque bilis crassa, graueolens & valdè colorata.

TENSIONIS LIENIS, EIVSDEMQVE Scirrhi signa, Causæque.

CAPVT IX.

Tensi Lienis signa.

DISTENDENS tumor est in molli sæpe Liene.
Quem Dyspnœa notat, leuis & defectio Cordis
Et pallens facies, concoctio praua, soporque
Confusus spectris, pauor, & præcordia læua
Flatibus aëriis cum murmure tensa sonoro,
Contemptusque fugax rerum, graue corpus, inersque.

Causæ.

Cuius vt interdum causa est pituita, liquorque
Crudus, vt egelidæ quibus esse frequentior vsus
Pomorumque, olerumque solet: sic sæpiùs ater
Est humor, fæx punicei, limusque cruoris.
Qui si plurimus est, & Splene coercitus atro,
Non in ventriculum rapitur, nec fertur in aluum:
Tenditur, & primo laxum facit esse tumorem,
Crassior indè mora Scirrhi fit causa Lienis,
Tùmque dolor minor est, grauius sed pondus in illo.

COMMENTARIVS.

LIEN humoris Melancholici, qui veluti fæx est, limusque sanguinis, sedes est. Cuius corpus instar spongiæ laxum & rarum, & humores quos in sese continet flatulenti sunt: hinc fit interdùm, vt sine Scirrho distendatur. Scirrhum indicat tumor Lienis durus ac renitens: tensionem contrà tumor in Hypochondrio laxus, cedensque tactui. Tensionis verò materia sæpe Liene solo concluditur, túmque Splenis situm, figuramque retinet, interdùm vniuersum Hypochondrium implet. Nonnum quam etiam in Omentum expanditur, túmque sub vmbilico tumor est. In hoc dyspnœa fit, presso Diaphragmate per Lienis amplificationem: & tùm máximè, quùm ventriculus cibo turget, aut in dextrum latus decumbitur, aut curritur. Leues animi defectus obrepunt, fuliginosis vaporibus in os ventriculi superiùs aut Cor elatis. Dyspepsia, seu praua cibi potusque coctio fit, quia tumor attollit ventriculum, ideoque cibi vel illius fundum ingredi nequeunt, vel diutiùs immorari. Somnus turbulentus est à crassiorum vaporum ascensu: qui quùm fuliginosi nigrique sint, terrorem incutiunt dormienti. Rugitum & murmur in Hypochondrio sinistro creant flatus, cùm ab humore Melancholico, crudo vel, tùm ab imperfecta Chylosi. Rerum contemptum adfert fuliginosus aterque vapor menti tenebras offundens. Ignauum & graue corpus est, ab humoris terrestris limosique dominatu, præciquéque quùm durities & Scirrhus Lienis corpus occupat.

Lien humoris melancholici sedes.

Materiæ tensionis locus multiplex.

Signorum tensi Lienis causa.

HYPOCHONDRIACÆ MELANCHOLIÆ signa, Causæque.

CAPVT X.

VSTVS & interdùm præcordia detinet humor,
Inuoluens picea trepidam caligine mentem.
Qui quando ferus est, & anhelo turget ab æstu,
Mollia ventoso reboant Hypochondria flatu,
Cor tremit, & validè pulsans citò linquitur, atque
Puniceus faciem tingit color, iraque feruens
Præcipitat, fumus teneros obscurat ocellos,
Instabilisque tenet fera desperatio vitæ.
Hunc intemperies parit, aut obstructio morbum,
Conclu so in venis mesaraï humore maligno.

Hypochondriacæ Melancholiæ signa.

Causæ.

Qui Iecoris calidi vitio, vitiove Lienis
Feruet ibi, & fumis Cerebrum nigrantibus implet,
Murmure, rugituque vagis Hypochondria, cedens
Vix ope pæonia, Phœbique potentibus herbis.

COMMENTARIVS.

Hypochondrium quid.

1 HYPOCHONDRIVM molliseſt, & ſineoſſibus corporis humani regio, quæ à Xiphoide Cartilagine & nothis coſtis vtrinque adilia vſque protéditur. Quibus ſedibus quoniam includitur materia multiplex, quidem ſed hic nigra præſertim & aduſta, flatulentaque; quæ hinc prodit affectio, Hypochondriaca melancholia, ſeu flatulentus morbus appellatur. Atra tùm bilis, Hypochondriacæ melancholiæ cauſa continens dum incaleſcit & putret, pernicioſam ſubſtantiæ conditionem induit, quæ ferino vapore, non è Liene tantùm, ſed & è meſenterio, viciniſque ſedibus in Cor & Cerebrum exhalat, eaque ſymptomata, quæ commemorantur hoc capite concitat, quorum cauſæ ſuperiùs expoſitæ ſunt: Hæque potiſſimum inſigniter pulſant arteriæ quæ præcordijs inſunt, quia bilis æſtuantis ibi focus eſt.

MORBORVM, PRÆCIPVEQVE PHLEGmones meſenterij ſigna, & Cauſæ.

CAPVT XI.

Meſenterij morbi minùs cogniti, quia minùs doloriſici. Nam ad inueſtigandas morborum cauſas agris dolor gemituſque multum facit.

MVLTIPLICES *latitãt meſaræi in corpore morbi.*
Qui quùm ſint leuibus ſoliti ſe promere ſignis,
Inculti iacuere diu. Quin ſæpe fefellit
Clauſus in hoc tumor accenſus. Nec enim dolor vrget,
Nec febris, nec magna ſitis. Sed pondus in imo
Ventre grauat, ſanieſque rubens, puſque exit ab aluo.
Namque meſenterio deſit quùm ſenſus, eidem
Nec dolor, aut aliquod grauius ſymptoma notatur.
Hoc etiam quùm ſit veluti ſentina caduci
Corporis, humorem recipit quencumque, fouetque,
Hunc retinetque diu, quia nil quod pungit in ipſo eſt.
Inde Diarrhœas, lentaſque ſine ordine febres,

Atque alios plures, quorum causa abdita morbos
Illic ne dubites, si pars ea dura, recondi.

COMMENTARIVS.

MESENTERIVM corpus membranosum est, medium inter intestina situm, vndè nomen habet: per quod plurimæ venæ diffusæ sparsæque sunt, quibus quasi manibus Iecur succum ad sese trahit, quem vertat in sanguinem. Quas venas, vt arterias à trunco magnæ, quæ secundum lumbos fertur deriuatas vestit atque tuetur, non modò suis tunicis, quas accipit à Peritonæo, sed & adipe multo, glandulosóque corpore, quod Pancreas appellant. Has sedes, veluti totius corporis sentinam esse Fernelius annotauit, in quam superu acuorum humorum colluuies influit: ideóque choleræ, melancholiæ, Diarrhææ, Dysenteriæ, Cachexiæ, languoris, Atrophiæ, lentarum, errantiumque febrium, latentium etiam morborum causas in his plerumque sedibus, quorum depulsione deploratis salus redderetur, animaduertisse se professus est: idque minùs à priscis obseruatum, quod ipsa pars doloris exors esse videatur. Non tamen penitus indolens mesenterium esse videtur, quùm præter venas & arterias neruum etiam vnum accipiat, eique grauitatis tensionisque sensum tribuat Auicennas. At sensum aut nullum, aut perexiguum in hoc eam ob causam esse reor, quod adipe multo distendi soleat, cuius frigore stupor, etsi natura sensus est aliquis, inducitur. Hinc opinionem Ferlij mei libenter amplector.

Quid mesenterium, quod mesæum & lactes appellatur.

Fernel. lib. 7. Pathol. cap. 7.

Auicen. lib. 3. fen. 14. cap 11.

Fernelium author suum appellat, quoniam huic affinis est, contracto cum Maria Plancia Fernelu nepte, Guillelmi Planti filia connubio.

ICTERI FLAVI, NIGRIQVE NOTÆ, Causæque.

CAPVT XII.

Icteri signa.

ADNATÆ *croceus-ve color, viridisve, fluensque*
Per lotium bilis, deiectio candida, sumpti
Quæque colore cibi est, Arquati signa putentur.
Quam parit infarctus Iecoris, Scirrhus-ve, calore-ve.
Aut in folliculo fellis contenta, nec indè
Excludi facilis bilis, quia crassior: obstat
Aut lapis, aut tuber, nequit aut excernere cystis.

Vel bilis critico cutis in ſpiracula motu
Per febres elata, aut potio dira veneni,
Aut è vipereo iaculatum dente venenum.
Icterus interdùm niger eſt, quo tingitur atro
Sicca colore cutis, metus eſt, graue corpus, & horror
In ſomnis, mærorque die. Niger hunc parit humor
In venas raptus, non excipiente Liene.

Icterinigri ſigna.

COMMENTARIVS.

Icteri varia nomina.

DICITVR Icterus ab aue, quæ græcis ἴκτερος, latinis Galbula Vel ab ea quæ ἴκτινος, ſeu miluus nominatur, quod oculi ſint miluo ſimiles, auricolores nempè. Velà muſtella ſyluestri, quæ vocatur ἴκτις, ſeu viuerra, cuius oculi etiam inſtar auri micant. Vocatur & Aurigo, quod non ſolùm oculi, ſed & vniuerſum corpus auricolore, ex bilis exceſſu tingatur. Morbus etiam arquatus ſeu arcuatus à ſimilitudine cæleſtis arcus: quietſi

Mille trahit varios aduerſo Sole colores,

Cur albæ deiectiones, vrina in Ictero flaua.

Præcipuè tamen in phæniceo flauus eſt. Denique regius, quia mulſo, regum olim potione, cultiore lecto, ludis, iocis, lautis epulis, cantu, reliquiſque curatur, quibus optimatum regumque mens exhilarari ſolet. Ex Icteri verò cauſarum varietate varia per aluum Icterici reijciunt. Vt ſi cyſtis, ſeu veſica fellis obſtruitur, fæces albæ ſunt atque cretaceæ, tardéque deſcendunt. Nec enim tùm ſubit aluum bilis, ſed in Iecur ac venas, vniuerſumque corporis habitum fertur: quam denique natura propellit in renes vna cum vrina, quam ſuo colore tingens, craſſam impuramque reddit. Si calida ſiccáque totius corporis, ac præſertim Iecoris intemperies, aut animalis virulenti morſus, aut potio deleteria, facultatiſ-ve ſecretricis imbecillitas Icteri cauſa eſt, & obſtructio nulla, per vrinas aluumque ſecedit bilis. A Liene ſi naſcitur Icterus, excrementa porracea nigráque redduntur, & quùm arida ſint, ne tardiùs ab aluo deſcendunt: vt & quæ candicant à folliculi fellis obſtructione. Sin à ventriculo Icteri cauſa pendet, talia ferè per aluum exeunt qualia ſumpta ſunt, læſa coctrice facultate.

Quando per aluum ac vrinas exit bilis.

Quales in Icteroà Liene deiectiones.

Quales à ventriculo.

ATROPHIÆ CACHEXIÆQVE SIGNA, & Cauſæ.

CAPVT XIII

ATROPHIA *corpus ſenſim langueſcit & aret,* — *Atrophiæ ſignum & cauſa.*
Viſceris aut partis vitio pereunte calore.
Aſſurgit contrà ſi fortè Cachexia vexat
In molem, vndè graues ſunt, at ſine viribus artus. — *Cachexiæ ſigna.*
Pallidus eſt liuenſque color, ſpiratio rara,
Neglectuſque cibi eſt, abeuntque impura per aluum.
Ventriculus turgens corrupto humore, cibóque:
Viſceris aut mala temperies, qua cruda ſequuntur, — *Cauſa.*
Debilitáſque huius cauſa eſt, qua ſanguine prauo,
Quæque alitur malè pars, habitum mutatque priorem.

COMMENTARIVS.

1 ATROPHIA nutritionis defectus eſt, quo corpus ſenſim marceſcit & abſumitur. In hac, vt in Cachexia, vires effætæ languẽt, ſed in Atrophia quod nulla: in Cachexia quod improba ſit nutritio. Cachexia namque malus corporis habitus eſt, qui ex praua ratione victus, & viſcerum, ventriculi præſertim & Iecoris imbecillitate contrahi ſolet, vndè malè coquitur alimentum, crudumque permeat ſingulas corporis partes: quibus apponitur & agglutinatur quidem, non perfectè tamen aſſimilatur, fitque mendoſa, ſeu vitioſa nutritio: quæ ſolidas partes attingens, totius corporis œconomiam euertit. Affectus eſt oppoſitus Enexiæ, qua chyloſis, æmatoſis, omniſque naturæ functio ſuccedit, ideóque bonus color, facilis ſpiratio, validæ vires, denique ſanitas. In cachexia contraria ſunt omnia: nempè coctionis imbecillitas atque cruditas, prauitas & corruptela ſanguinis, color pallidus, citrinus, liuidus & plumbeus, graue corpus & inualidum. In cuius quidem initio ciborum auiditas eſt, ſubindè magna cruditas, nequeunte ventriculo quod aſſumpſit coquere præ natiui caloris inopia. Sed in fine faſtidium, multis, iſque crudis humoribus in ventriculo fluctuantibus.

Quid Atrophia.

Cachexia quid, & vndè.

Enexia, ſeu bonus habitus Cachexiæ contrarius.

HYDROPIS SIGNA, CAVSÆQVE.

CAPVT XIIII.

Hydropis signa communia.

HYDROPEM *fœdus color arguit, & tumor ingens,*
Et sitis, & dyspnœa, cibique auersa cupido.
Occupat & varias inflatio turgida sedes.

Ascitis signa.

Sic vbi venter aquis, spatiumque quod ilia complet
Cum pedibus tumet, & scrotum, gracilescit & omne
Quicquid ab his supereſt, Ascites esse putetur.

Anasarcæ signa.

Ast Anasarca, sero turgent si brachia, mammæ,
Collumque, & facies, & venter pendulus extat.
Sin tumet Abdomen, sonitumque dat, vt caua pulsu

Signa Tympanæ.

Tympana, Tympanias, seu siccus dicitur hydrops.

Hydropis causæ.

Omnibus ex causis est prima Cachexia, per quam
Obstruitur Jecur, & Scirrho, calido-ve tumore
Prenditur, hocque Lien non atro humore repurgat,
Renve sero, cystis fellis neque bile molesta.

Quo modò suppressio menstruorum & hæmorrhoidum hydropis causa.

Quúmque diu menses cessant, neque mittit ab ano
Fundere quæ solita est hæmorrhois atra cruorem,
In superas cruoris partes, vitiatur & Hepar.

Hydrops quando fit.

Hydropis verò sequitur generatio, quando
Fundit aquas gelidum rosei vice sanguinis Hepar.

COMMENTARIVS.

Quid hydrops eiusque signorum causæ.

HYDROPS tumor est præter naturam: totius quidem corporis in Anasarca, seu Leucophlegmatia. ventris autem in Ascite & Tympanite, quæ tres habentur hydropis species. Fœdus verò color in hydropico est, sæpe pallidus, & ex virore albicans à Cachexia. Sitis vrget, quia peritonæo contentus humor salsedinem acquirit, vndè febris etiam est, sed lenta. Difficilis est spiratio, diaphragmate presso ex aquarum in Abdomine stagnantium, si sit Ascites: aut flatuum copia, si Tympanites: aut à plenitudine, venarumque distentione, si Leucophlegmatias.

tias. Hydropis verò causæ multæ sunt, vt Iecoris phlegmone, Scirrhus, intemperies, Lienis & folliculi fellis sanguinem non depurantium vitium: Renum serum non trahentium obstructio vel imbecillitas, mensium & hæmorrhoidum suppressio, vel immodicus fluor, vndè suffocatur, vel exhauritur spiritus cum sanguine. Quibus & alijs plerisque causis, vt longis febribus refrigeratur hepar, & hæmatosis deprauatur. Causa verò Princeps malus est corporis habitus. Ideóque priusquam Hydrops fiat, Cachexiæ signa solent præcurrere. Et hæ quidem remotiores causæ sunt: proxima verò sanguificationis defectus.

FÆCES ALVI RETENTAS QVÆ SIGNA Causæque comitentur.

CAPVT XV.

Signa retentarum alui facum.

INTESTINORVM *sinuosis orbibus humor*
Affixus, claususque diu, nec lapsus in aluum,
Ventriculo, Stomachoque nocet, Cerebrumque vapore
Percellit, corpusque graui torpore fatigat.

Causa.

Causa tumor stabulans in eis, aut ventre, calorque
Hepatis imprimis, vermes, aut enterocele,
Quique cibi astringunt, vt mala cydonia, potus:
Sæpiùs astringens iniectum Clysma per anum,
Sensusve obtusus Cerebro patiente veternum,
Affectusve alius, quo nerui humore replentur.
Cessant & fæces vbi desinit ire per aluum
Bilis, ab occlusa cysti, quæ fellis habetur.
Aut vbi claudit iter pituita, coercita pridem
Intestinorum latebris, & gypsea facta.

COMMENTARIVS.

Quænam à retenta alui facibus noxa.

RETENTÆ fæces alui ventriculo nocent, coctionem impediendo. Nocent & stomacho, vaporibus, aut fumis, aut humoribus excitatis, qui neruos sextæ coniugationis illic insitos feriant: à quibus etiam in Cerebrum effertur vapor tenuis, à quo vertigo, cephalalgia: vel crassus, à quo Lethargus & Apoplexia plerúmque contingunt. Denegata

Retentarum alui facum causæ.

quippè excrementorum vacuandorum communi via peculiares corporis meatus implentur, obstruunturque. Supprimuntur verò fæces à causis dictis, vt tumore præter naturam in intestinorum substantia genito; vel à vermibus, enterocele, seu intestinali hernia: cibis aut enesmatis astringentibus: vel ab obtuso sensu, vt in Apoplexia, paralysi, Veterno, sopito neruorum principio: vel stimuli, nempè bilis penuria, quod fit in Ictero, rapta in corporis habitum, cutemque bile. Vel denique vi caloris exhausto succo, vel à mesenterij venis exucto. Sed inter humores maximè pituita ventrem supprimit, non ea tenuis, & aquosa, quæ gigni in Cerebro consueuit: sed crassa lentaque, peculiare ventriculi & intestinorum excrementum, quæ ibi concrescens vitrea fit & gypsea, & in Cæci, Colive intestini cellulis interdùm coercita concrescit in calculos.

ILEI, SEV VOLVVLI SIGNA, Causæque.

CAPVT XVI.

Voluli signa.

QVVM nihil occlusa penitùs descendit ab aluo
Voluulus exurgit, Stomachus quo turgidus humet,
Et dolor intensus cruciat cum murmure ventrem,
Singultus vomitusque, furorque, & ructus inanis
Accedit, dyspnæa, sitis, pallorque, rigorque,
Defectusque animi, stranguria, sudor & algens;
Denique crudelis conuulsio, nuncia lethi
Sæuit, &, horrendum, dependet stercus ab ore.
Ileon efficiunt causæ, quas diximus antè
Esse retentarum fæcum. Sed prima putetur
Igneus esse tumor, quo stringitur intestinum,
Instar & intensæ solitum est conuellere chordæ.

Voluuli causæ ex cap. 15. repetendæ.

COMMENTARIVS.

Signum Ilei pathognomonicum.

Signorum Ilei causæ.

IN Ileo nihil in aluum subire proprium eius signum est, & inseparabile. Tùm humet Stomachus. Arctatis enim intestinis ab obstructione, sursùm exprimitur humiditas. Instar chordæ tensæ constringi, & circumuolui intestina videntur ob magnam ex Ilei phlegmone tensionem. Quem affectum ideo χορδαψον, & εἰλεον dici contendunt:

quamuis propriè dici possit Ileos ab intestino tenui, quod ordine tertium est. Ab eo vomitus, desipientia, singultus, & conuulsio malum, ait Hippocrates, quia ventriculus & Cerebrum sympathia laborant. *Hippoc. Aph. 10. lib. 7. Aph.* Fieri verò conuulsionem imprimis malum & lethale. Sic enim intestina retro acto naturæ impetu violenter moueri coguntur, molestamque materiam ad superiora loca reiectare. Quæ quùm sit putris & graueolens, cibos omninò corrumpit, vt nec chylosis, nec hæmatosis esse possit. Quare si protrahitur malum, corpus nec essario marcescit, & contabescit Atrophia. Sed non esse longa potest affectio, quùm ad symptomatum vehementiam vapor humorque fœtidus stomachum grauiter frienes frequentes lipothymias inuehat, & infecto breui Corde syncopem, quam præit, comitaturque sudor frigidus. Stranguria nascitur compressis renibus ab intestinorum obstructione, incalescenteque in illis lotio. Stercus per os exeluditur, ventriculo non trahente, sed ab intestinis excrementa violenter compressa recipiente. Is enim duntaxat à superioribus trahit, cùm ob appetentiæ sensum in eius ore superiore positum, tum ob rectas eò directas fibras, quibus trahendi facultas est, vt expellendi transuersis, obliquis retinendi. Ileon porrò definit Aretæus phlegmonem in intestinis, quæ pernicioſum dolorem, tormina nimirùm tanta, & tam acerba concitat, vt illis plurimi naturæ concedant: vndè colligas phlegmonem esse coniunctam Ilei causam. Sed antecedens habenda ciborum multorum, variorum, inusitatorumque corruptio, & alia super aliam cruditas, præter alias obstructionis causas, quas superiori capite notauimus.

Ventriculus duntaxat à superioribus trahit.

Triplex fibrarum genus.

Ilei causæ.

AFFECTI COLI SIGNA, Causæ.

CAPVT XVII.

Colici doloris signa.

NAVSEA *cum vomitu est Colo patiente, doloréq;*
Distendens, idemque vagus cum tormine diro.
Non benè se renes lotio, neque fœcibus aluus
Expediunt, crepitusque loco rugitus in imo
Ventre sonat, ructusque frequens expirat ab ore.
Causæ.
Rariùs, interdùm tamen inflammatio causa est,
Quam mordax bilis parit: at pituita frequenter,
Sæpiùs & flatus, qui quùm distendit, acerbum
Torminibus varijs mouet, immanemque dolorem.

COMMENTARIVS.

Intestinorum numerus.

SVNT intestina sex numero. Primum Ecphysin, & exortum appellant, Pyloro continuum. Secundum à duodecim digitorum longitudine Dodecadactylon, & Ieiunum, quod semper cibo sit vacuum. Tertium Ileon, seu tenue. Quartum est cæcum. Quintum Colon. Sextum, idemque postremum est Rectum, quod in anum recta via fertur. Colon igitur inter Cæcum Rectumque medium est. Quod varij generis fæces, pituitamque maximè vitream, flatusque suis cellulis coercitos continet, à quibus eius substantia membranosa distenditur, atque corraditur: interdùm etiam, sed rariùs à bile, tam immanes excitat cruciatus, vt medicamenta dolorem sedantia Colica pharmaca veteres appellarint, ab affectu, qui quia maximos dolores habet, imprimis sedari postulat communi deducto nomine. Fit quidem in Colico, nephriticoque dolore vomitus, sed in Colico frequentior & grauior, quia Colon est ventriculo vicinius, sensum habet exquisitiorem, materiam qualitate peiorem, & copia maiorem. Dolorque colicus distendit, si causa mali flatus est. Sin pituita crassa, maximéque vitrea, sic corradens atque dilacerans est dolor, vt quasi terebello perforari sentiatur intestinum: túmque magis fixus est dolor, vt & quùm phlegmone tentatur Colon: vagus autem & qui circuire videtur, hanc illamque partem variè torquens atque concutiens quùm flatus est. Tùm rugitus & murmur loco crepitus excitatur, flatibus exitum sibiquærentibus, solidoque intestini corpore subsistente, contraque nitente. Flatus autem in intestinis contenti debent expultricis facultatis robore per anum excludi crepitu, nec facilè possunt dolente Colo, propter insignem obstructionem, qua nec admittitur enema, nec admissum benè reijcitur, vndè sæpe pro crepitu ructus est. Hinc praua coctio, flatibus ventriculum attollentibus & refrigerantibus.

Colici doloris causæ.

Colica pharmaca.

Cur in Colico dolore vomitus quam in nephritico frequentior & grauior.

Rugitus & murmur vnde.

AFFECTIONIS CÆLIACÆ, LIENTERIXQUE SIGNA, & Causæ.

CAPVT XVIII.

Communia Cœliaci & enterici fluoris signa.

ASSIDVÈ sine bile fluunt lutulenta per aluum
Alba ve, torminibus nullis, nulloque dolore,
Cœliaco morbo, Lienteriave premente:
Aspera fit sed in hac, quia non tritura ciborum est,
Sed quales sumpti, citò traducuntur in aluum.

Cœliaci fluxus à Lienterico differmē.

Lævis & æqualis sed fæx apparet in illo.
Nam cocti rudimenta cibi chylosa feruntur.
Hos intemperies, retinensque infirma facultas
Ventriculi parit affectus. Retinet malè languens
Frigore, vt egelidæ potu, sumpto-ve liquore *Causa.*
Pingui, quale oleum est, & adeps, & mollia iura.
Vel fungis, & ijs, quibus esse maligna facultas
Assolet: aut poto, quo mors venit atra veneno.
Interniss-ve malis, bile irritante, feráque,
Manante à prauis reliquis humoribus aura.

COMMENTARIVS.

1 AFFECTIONIS Cœliacæ nomine fluor hic ventris intelligitur, in quo excrementa læuia pariter & aquosa, semicoctáque per aluum assiduè feruntur. Cuius causam statuit Ætius imbecillitatem ventriculi, qui perfectè coquere ac digerere nequeat alimentum. Sed Fernelius, Medicorum æui nostri lumen, non cruditatem, non imbecillam ventriculi coctionem, sed imperfectam, malamque chyli distributionem, quam mesenterij, Lienis, aut Iecoris obstructio, vel trahentis facultatis imbecillitas, vel alimentorum, maximéque fugacium, & potus immoderata copia peperit, eius esse causam asseuerat. Lienteria est æquabilis & continua superficies, seu lævitas intestinorum. Quæ fit vel à relicta cicatrice, vel ab humore glutinoso, qui interiorē intestinorum tunicā oblinit, redditque lubricam: quas ob causas assumpti cibi statim elabuntur. Nam, vt retineantur, siccitas & asperitas, his contrariæ causæ requiruntur. Sed & Lienteria primæ coctionis imbecillitatem agnoscit, qua Ventriculo cibos non conficiente nec retinente, contingit eos tales ab aluo descendere, quales fuerint per os assumpti. Quibus in affectibus fæces solo ventris rugitu vel murmure, nullo torminum doloriss-ve sensu feruntur in aluum, cinereo vel albo colore. Quæque cinerea sunt excrementa, grauiolentia solent esse, præsertim in fluore Cæliaco, quia diutiùs hęserunt in ventre, faciléq; putruerunt, natiui caloris benignitate destituta. Minimum fætent in Lienteria, quia nō retinentur in ea cibi, sed vt sumpti sunt secedunt: & quia non retinentur in ventriculo, non etiam alterantur. Sic in Lienteria fit aspera deiectio: lævis & æqualis in affectione cœliaca. Color autem albus vt plurimum est, quia bile priuatur. Sin chylosus cremoris specie, mesentericus habendus est, qualis in hepaticis, ab attractrice Iecoris, & retentrice ventriculi facultate languida.

Quid affectio Cœliaca, eiusque causa.

Ætius. Tetrab. 3. sermone 1. cap. 37.

Fernel. lib. 6. Pathol. cap. 10.

Lienteria quid, eiusque causa.

Cur in cœliaco fluore fatent alui fæces, non in Lienterico.

Mesentericus fluor qui.

DIARRHÆÆ DYSENTERIÆQVE signa, & Cauſæ.

CAPVT XIX.

Diarrhæa ſigna.

Dyſenteria ſigna.

Vtriuſque morbi cauſa.

VLCERE *ſi nullo bilis, pituita-ve ſola*
Mixta-ve decliuem furioſa recumbit in aluum,
Crede Diarrhæam. Sin torſio ventris, & vlcus
Affligit, manatque cruor cum fæcibus alui,
Sæua Dyſenteria eſt, miſerum quæ lancinat ægrum.
Acrior hanc humor gignit, minor acer at illam

COMMENTARIVS.

Diarrhæa quid, eiuſque cauſa.

ETSI Diarrhæa dici poteſt omnis alui fluor: propriè tamen is eſt, quo pituita ſine inteſtinorum exulceratione, vel vtráque bilis, ſeu ſincera, ſeu mixta vacuatur. Fieri verò conſueuit, quùm irritatur ventriculus à materiæ copia, vel acrimonia, vel à maligna qualitate, oſque ventriculi ſuperius ſeu Stomachus valens eſt, inferiores verò partes & pylorus languent. Materia vel in ventriculo gignitur, vel aliundè affluit: vt pituita tenuis ac ſpumans à Cerebro: crafſa muccoſáque vel à meſenterio, vel ab inteſtinis: flaua vel à Iecore, cyſti-ve fellis: interdum etiam è meſenterio, in quo etiam diutiùs aſſeruari, recondíque ſolet, vt melancholia & atra bilis, quæ ſæpius tamen in Liene cumulatur. Ad Diarrhæam etiam refertur id profluuij genus, quod adipoſum & oleoſum, ideò prauum, quia ſyntecticum. Dyſenteriæ verò ſpecies quatuor. Prima, qua ſanguis floridus per circuitus emanat, ἁιμάτηρα græcis, nobis ſanguinea, ſeu cruenta. Secunda, qua ſanguis aquoſus, loturæ carnium haud abſimilis per aluum abit, ὑπάτηρα dicta, nobis fluor hepaticus. Tertia fit è melancholico, nigricantéque ſanguine, ſine certo nomine. Quarta, cuius hîc ſigna damus, iunctam habet inteſtinorum exulcerationem, deiectiones ramentoſas, cruentas ac dolorificas, quæ Dyſenteria verè nominatur. In qua ſi cruor & ramenta reliquis excrementis æquè commiſcentur, in ſuperioribus: ſin ſupernatent, in inferioribus inteſtinis vlcus eſt: quem affectum tormina Latini vocant. Cuius cauſa bilis eſt flaua, vel atra, vel pituita ſalſa, quorum acrimonia vellicatur & eroditur inteſtinorum ſubſtantia.

Dyſenteria quotuplex.

Dyſenteria propriè dicta, vlcus eſt inteſtinorum.

Dyſenteriæ vera cauſa.

TENESMI SIGNA ET CAVSAE.

CAPVT XX.

TENESMVM *sæuire docent dolor acer in ano,* *Teneſmi ſigna.*
Deſeſſuſque frequens, muccoſáque pauca per annum
Reddita, quæ guttis fuerint infecta cruoris.
Cauſa mali bilis mordax, pituitáque ſalſa. *Cauſa.*
Sed pituita magis, quæ viſcida firmius hærens,
Non niſi conatu, diriſque doloribus exit.

COMMENTARIVS.

TENESMVS eſt aſſidua deſidendi cupiditas, in qua muccoſum quiddam & cruentum egeritur. Cuius eædem, quæ Dyſenteriæ veræ cauſæ ſunt, acrimonia nimirum vtriuſque bilis, & pituitæ ſalſæ. Sed Dyſenteria commune vlcus eſt inteſtinorum; Teneſmus ſolius inteſtini recti, vel potius eius extremæ partis exulceratio. Dicitur ἀπὸ τῆς τάσεως à contentione, quod hoc affecti plurimum in egerendo conentur, nitanturque. Dolor in ano tùm acer eſt, quia pars affecta neruoſa, humorque mordax: frequens deſeſſus, quia rugis ani contentus humor acer ac pungens ad excretionem inuitat, nec quamuis inuitet, niſi ſenſim excludi poteſt. Paucus ſanguis cum muccoſis excernitur, reſeratis ani venulis à conatu: vel potius eroſis ab humoris acrimonia. *Quid Teneſmus, eiuſque cauſa.* *Teneſmus vndè.* *Signorum Teneſmi cauſa.*

LVMBRICORVM SIGNA, Cauſæque.

CAPVT XXI.

SI *lumbricus edax in corpore conditus hæret,* *Lumbricorum ſeu vermium ſigna.*
Fit Lientericus fluor, & cum murmure venter
Torquetur, vitreos ſuffuſio fallit ocellos:
Palleſcit facies, vritque ſine ordine febris.
Pruritus nares, & tuſſis ſicca fatigat,

Inteſtina fero ſuctu, morſuque premuntur,
Pungitur & ſtomachus. Tremor hinc, defectio, morbus
Quem veteres dixere ſacrum. Quæ tanta ferendo
Quùm non ſint, morti occumbunt plerumque puelli.
Hunc creat humoris crudi non ſola putredo,
Sed calor inſignis, ſine quo generatio non eſt
Illorum, quæ terra parens animala promit.

COMMENTARIVS.

In quibus corporis partibus vermes præcipuè naſcuntur.

IN quibuſdam corporis partibus, vt auribus, veſica, ſordidis vlceribus exigui vermes aliquando, licet rarò naſcuntur, σκώληκες appellati. Sed ἕλμινθες ſeu lumbrici, de quibus hoc capite, creantur in ſolis inteſtinis. Horum quidam longi ſunt ac teretes, ſeu rotundi, in ſuperioribus & gracilibus inteſtinis naſci, & in ventriculum ſubeuntes per os interdùm & nares exire ſoliti. Quidam lati, ex tenuium inteſtinorum, vt volunt, ſubſtantia geniti, longitudine nonnumquam incredibili. Sunt alij parui, tenues ac teretes, quos in longanonis extremo, vel muſculi ſphincteris initio generari vehemens ad anum pruritus indicat.

Lumbricorum genera.

Cauſæ ſignorum vermium.

Quùm autem vermes in inteſtinis ſtabulant, alui fluor eſt, ab imbecillitate ventriculi: tumque ſeminis cucurbitæ ſimilia cum fæcibus in aluum præcipitantur. Tormina ſunt à crudæ materiæ portione in flatus abeunte: vel eiuſdem acrimonia, quam à putredine contraxit. Suffuſio fit, fumis craſſis & putridis in oculos exhalantibus. Pallent etiam qui lumbricis infeſtantur à pituitæ dominatu: vel quia minus conficiunt ſanguinis quàm par ſit alendis omnibus corporis partibus. Cruditate namque plurima ſcatent, & lumbricis auidè cibum rapientibus contingit interdùm eos velut atrophia contabeſcere. Quorum ſi facies, vt aliquando rubet, accuſanda febris: quæ fit minor aut auctior ex inordinato motu vermium, excitantium materiam in inteſtinis putrem, cuius teter vapor in Cor excitatur. Pruriunt nares ab inhærente in his pituita ſalſa. Tuſſis fit, commota in Cerebro liquatáque pituita, & in fauces decumbente: quæ quùm eſt tenuis & pauca, ſicca fit, non vera tuſſis. Vermes verò famelici ſugunt interdùm ac mordent inteſtina. Nam alimenti penuria pituitam dulcem, hærentem eorum tunicis attrahunt, ex qua nutriantur. Quod verum eſſe docet euentus. Etenim cibo ſumpto morſus & roſio conquieſcit. Tùm verò pungitur ſtomachus, quando lumbrici ſurſum remeant: vt tremor eſt, vellicato ab ijs punctóque ſtomacho: morbus ſacer, ſympathia neruorum & Cerebri: deliquium animi, Cordis cum ore ventriculi conſortio. Lumbrici verò gignuntur pueris quàm adultis potiùs. Sunt enim magis addicti gulæ pueri, natiuique caloris in humido plurimùm habent, quo in crudam craſſámque materiam agente vitium animans producitur.

Cur lumbrici potius pueros, quàm adultos naſcuntur.

IMBECILITAS

IMBECILLITATIS RENVM SIGNA, & Cauſæ.

CAPVT XXII.

SI nullum vitium eſt quod apertè Renibus obſit, — Renum imbecillitatis ſigna.
Nec calidus tumor, Abſceſſus, nec arena, nec vlcus:
Et dolor à Lumbis dorſum pertingit, ibique
Figitur, obſcænumque refert vrina cruorem,
Aut ſpeciem commonſtrat aquæ, labat actio Renum.
Debilitant Renes in equis agitatio crebra, — Cauſæ.
Inſolituſque pedum motus, curſuſque, grauiſque
Ad lumbos caſus, contuſio, vulnus ab ictu,
Potus aquæ nimius, fuerit quæ ſordida limo,
Conſtringenſque gelu, ſoluens calor, amplior æquo
Vena trahens, mulgenſque ſerum, medicamina quæque
In Renes ducunt lotium, nimiumque refundunt,
Vlcus, vt Abſceſſus, reliquæ cauſæque doloris.

COMMENTARIVS.

RENES tùm imbecilli dicuntur, quùm citrà manifeſtum in ijs malum à proprio munere deficiunt. Eſt autem eorum peculiare munus & actio ſerum è venis in veſicam expellendum trahere, & cum ſero ſanguinem, quem ſenſim in ſuam ſubſtantiam immutent. Itaque ſi nec inflammationis, nec Abſceſſus, nec vlceris, nec arenularum ſigna ſunt, & vrina naturalis non eſt, Renes imbecilli ſunt. Sique loturæ carnium recentium aſſimilis eſt vrina, Renum facultas non ſegregat ſerum à ſanguine. Renes enim ſi naturaliter habent, multum tenuioris humidioriſq; ſanguinis cum bile ſimul attrahunt. Et bilioſi quidem excrementi quicquid minùs craſſum eſt cum vrina permeat. Sanguis verò carni Renum aſpergitur inſtar fæcis cuiuſdam: indè iam vaporis modo paulatim in totam carnem diſpergitur, adhæreſcitque, fitque demùm alimentum renibus. Ideóque natura ſerum bilioſum eſt, non cruentum. Et quùm aquoſum eſt, alteratricis Renum facultatis imbecillæ ſignum habendum, ait Galenus. Quod tale profundi cenſet Auicennas antè cibi digeſtionem, & aduentum eius ad venas: poſt verò craſſum & cruentum, aut loturæ carnis aſſimile.

Renes imbecilli quandò dicuntur.

Renum munus.

Gal lib 5. de vſu part.

Gal lib 1. de criſib. & Auicenn. lib 3 fen 18. tract. 1. ca 12.

DIABETIS SIGNA ET CAVSÆ.

CAPVT XXIII.

Diabetis signa.

PLVRIMA *præcurrunt Diabeten signa, saliuæ*
Albedo, os siccum, calor imo à ventre, gelu ve
Vesicam penetrans, gracilescens corpus. Attingens,
Et numquam sedata sitis comitatur, eaque
Crescit in immensum potus: minor attamen hic est
Incocto lotio. Teneri nam carnea moles
Causa. *Corporis, in tenuem transfertur, abitque liquorem.*
Causa huius calor igneus, & robusta trahendi
Vis Renum, nimis & retinendi ignaua facultas,
Sæpiùs humoris vitio, salsive, vel acris,
Quo Renum corpus siccatur, & vritur igne.
A Dipsade serpente morsi summè quidem sitiunt, sed non vt in Diabete profusè meiunt. *Dipsadis à morsu, Lybicas qui sulcat arenas*
Magna sitis, potusque frequens, sed mictio nulla
Paucaue surgit ab hoc, nec vt in Diabete profusa.

COMMENTARIVS.

Quid Diabetes.

1 DIABETES vrinæ fluor est, in quo vt bibendi necessitas inexplebilis, ita plurimùm bibit æger. Copiosior tamen vrina potu est. Quare quùm indè gracilitas, & atrophia marcorque consequatur, mole corporis in vrinam abeunte, trahentibus quidem hinc indè caloris vi renibus, sed à venis, ventriculoque præcipuè sugentibus, benè definitur hic affectus ab Aretæo carnium & membrorum in vrinam colliquatio. Diabetes verò dicitur, quoniam in eo non moratur in renibus vrina, sed ocyssimè διαφέρει. 1. pertransit. Dicitur & Dipsacus, vel à Græco verbo δίψα, quæ sitis est, quia siticulosus affectus: vel à Dipsade reptili fera, cuius morsus inexpugnabilem excitat sitim, vt eximio versu canit Lucanus 9. Pharsal. Vocatur & Hydrops ad matulam à Galeno, quod in eo prælens matella sit oportet, ad excipiendum labens assiduè serum. Causa tantæ sitis in Diabete videtur esse, totius quidem corporis siccitas, sed œsophagi, Ventriculique maximè, tota in renes affluente humida substantia: quo fit vt saliua candicet spumetque, sit os aridum & exsuccum, venter incalescat, calore humidi defectu tùm acriore. Lotium aquosum est, nec à potus

Aret. lib. 2. de caus. & diutur. morb. cap. 2.

Gal. lib. 6. de loc. affect. cap. 3.

Causæ signorum Diabetis.

qualitate mutatum, quia sine mora permeat, nullo coctionis rudimento. Galeno tamen Diabetis causa renum imbecillitas est, vrinam diutiùs retinere nequeuntium.

RENVM INFLAMMATIONIS notæ.

CAPVT XXIIII.

Renũ phlegmones signa.

IGNIS edax Renum, quem copia sanguinis auget,
Inducit grauitate trucem, pulsuque dolorem,
Qui circà pubem, lumbos, & inania sæuit
Ilia: tumque rigent extremæ frigore partes;
Vicini stupor est cruris, lotiumque frequenter
Exit, & exsicca fæces retinentur in aluo.
Tenditur hinc venter, vomitus, ructusque sequuntur,
Assiduusque calor febrilis corpus adurit.
Proxima causa cruor, quem mulgens vena refundit *Causa*
In renes. Iuuat hanc solitus renouare dolorem
Culculus, aut grumus renum cauitatibus hærens
Sanguinis, aut sanies, pituitaue crassa, fluenti
Vrinæ qua claudit iter, mouet indè calorem.

COMMENTARIVS.

Quid phlegmone. *Causæ signorum phlegmones renũ.*

INFLAMMATIO, quæ Phlegmone, tumor est calidus, eximmoderata sanguinis in partem influentis copia genitus. Ea quùm Renes obsidet, grauitas est ob humoris abundantiam, renumque substantiæ densitatem: pulsans dolor, turgentibus arterijs eius loci spirituoso, feruido, multoque sanguine. Sed & lumbos, pubem, hisque vicinas partes distentione sæpe conuellit dolor, dilatatis membranis ab inflammationis magnitudine. Rigor extremarum partium est, remeante in viscera calore. Insignis autem atteriæ magnæ, venæque cauæ ramus incumbens dorso in Renes, & vtrumque crus expullulat: qui quùm à renibus in eorum phlegmone comprimatur, doloris in crure stupidi fit causa per consensum, ex opinione Galeni. Quamquam, eodem authore stupor, seu torpor sensus motusque diminutus, neruosarum partium est, à Paralysi sola ma-

Gal. comment. 1 in lib. 6. epidem. part. 5.

Gal. libr. de symptom. caus. & lib. 5. cap. 18.

gnitudine dissidens. Ex quo censuerim turgente grauique præ sanguinis copia crure subiectum comprimi neruum, presluque stuporem parere. Quod verò frequenter meijturin Renum phlegmone, fit ideò, quod horum immoderato calore lotium redditur acrius, indéque pungens ac lancinans ad excretionem sui sollicitat. Sed ista mictio, quæ primo tenuis & aquosior esse solet, deindè rubra, crassaque, sæpe cum dolore fit, vt in stranguria. Quod verò Galenus ait lib. introduct. in pulsus vrinam his supprimi, quibus renes patiuntur inflammationem, sic accipiendum: In renum phlegmone copiosam vrinam non profundi, quùm eius portio partim absumatur, partim retineatur à renibus. Crebrò tamẽ, sed guttatim vrinam excerni propter acrimoniam, quam habet naturaliter à permistione bilis, & à calore renum asciuit, docet euentus & experientia. Deiectio quoque tùm tarda est, humore propter vicinum incendium exhausto, defectuque bilis, cuius vt vehiculi penuria fæces in intestinis stabulant. Adde quod tùm intestina comprimuntur & obstruuntur ob renum dilatationem. Quúmque fæces alui non exeunt, impeditur coctio, sequiturque flatuum seges à cruditate. Tùm & continua febris. Assiduè namque putridus vapor in Cor ascendit per arterias, quæ pari magnitudine qua venæ in renes inseruntur.

Interpretatio loci Galeni.

ABSCESSVS RENVM SIGNA & Causæ.

CAPVT XXV.

Abscessus Renum signa.

HINC grauitatis inest & sensus maior, & horror
Febrilis, sanguisque dein, saniesve, carove
Meijtur, aut fundo matulæ pus subsidet, vndè
Maius telephio, grauiusque relinquitur vlcus.
Namque coire nequit, lotium quia proluit illud,
Nec sinit assiduo liquidi siccescere tactu.
Fit verò Abscessus, quùm primis icta diebus
Non fuit è cubito satis, aut è poplite vena,
Nec benè digestus stabulans in renibus humor.

Cur vlcus Renum vix sanabile.

Causæ.

COMMENTARIVS.

Phlegmone quæ resolui nequit in Abscessum desinit.

OMNIS phlegmone quæ digeri nõ potest trãsit in Abscessum. Minùs verò digeri potest illa, quæ in densa, compactaque carne, nec benè perspirabili cõsidet. Talis est caro renum, quorum ideò phlegmone sæpiùs in Abscessum vertitur. Qui quandò fit, maior in affecta sede grauitatis sensus est, quia materia phlegmones tùm vnita coquitur, & coctione crassescit.

Signorum Abscessus causæ.

Febris etiam & horror in Abſceſſu ſimul affligunt: febris quidem, putris ſubſtantiæ vapore in Cor elato: horror verò, mordaci materia cutem erodente. Sed hæc varia, inordinatáque cum horrore febris eſt, ait Galenus: forſan quod materia purulenta non vſquequáque moueatur, ideóque nec putridi vapores in Cordis arcem continenter exhalent. At Abſceſſu facto conquieſcit horror ac febris, dolorque minuitur, expirante, & foras egrediente putri materia. Quùm autem exiguæ caruncułæ cum vrina ſimul exeunt, renum exulceratorum certiſſimam exhibent cõiecturam. Apparent enim eroſa, putrique renum ſubſtantia. Ita ſanguinis putiſ-ve mictio renum aut veſicæ vlcus indicat. Sique pus fœtidum, liuidum, aut muccoſum eſt, malignum. Sin album, æquale, læue, paucum, benignum & ſalutare. Sed vlcus renum ſi radices egerit, inſanabile. Nam eorum exeſa ſubſtantiæ portio ſpermatica reparari nequit; & vrina præterfluens aſſiduè non ſinit vlcus agglutinari, quam acris ſit, & renum vias humectet. Vlcus autem vt curetur exſiccari poſtulat.

Gal. 6. de loc. affect. cap. 3.

Portio ſpermatica renum ea eſt caruncułæ membranoſæ, per quam vrina tranſfluit. Alioquin eſt carnoſa renum ſubſtantia.

NEPHRITIDIS, SEV CALCVLI Renum ſigna, & cauſæ.

CAPVT XXVI.

Calculi renum ſigna.

CALCVLVS *in Rene eſt, lotium ſi fertur aquoſum*
Principio, purumque: dein ſabuloſa reſidunt,
Spurcáque non rarò ſanies commixta cruori
Meijtur, eſtque grauis ſedes affecta, propinqui
Fit ſtupor & cruris, nec dorſi ſpina repandi
Flectitur ex facili. Species non vna doloris.
Namque cauo Renis ſtatuas hærere lapillum,
Si dolor obtuſus forſan premit. At furor amens
Torquet, & immanis, quùm ſede priore relicta
Vretera petit. Bilis pituitaque demum
Reijcitur vomitu, leuior quo redditur ardor,
Æger in affecta querulus ſi parte recumbit.
Viſcidus & craſſus, ſeu ſit pituita, vel alter *Cauſa.*
Humor, & exſiccans calor, vtraque cauſa lapilli eſt.

Cuius sunt varij, vario pro humore colores:
Calculus at potiùs ruffi est in Rene coloris.

COMMENTARIVS.

Quid Nephritis.

NEPHRITIS commune nomen est omnium renum affectuum. Propriè tamen calculus hoc nomine designatur, forsan quod is omnes renum morbos magnitudine superet, sitque cruciatus vehementia cæteris anteponendus. Cuius causa crassus est cruduſque succus, & igneus in renibus calor, qui humorem adalsans, eum cogit & indurat in lapidem. Insita quoque renum arenosa calculosáque constitutio, quam qui à parentibus contraxêre, nephritici doloris acerbitatâ vix vnquam effugiunt. In Renum verò calculo quùm dolor est ingens, serum crudum ab eisdem attrahitur: Hinc vrina meijtur aquosa. Meijtur & tenuis obstructis meatibus, per quos id modò quod est tenue percolatur, & crassum in Renis cauo retinetur, appositumque calculi molem auget. Pura tum est, at solutis obstructionibus, naturæ medicamentiue robore subsidunt arenulæ. Sed & quando calculus è renis substantia prodijt in eius cauitatem, quia substantiam cui adhærescebat contundit atque dilacerat, cruor & sanies cum vrina profunditur. Sedes affecta grauis est, ob calculi molem & pondus. Spina dorsi non facilè flectitur, quoniam hac inflexa concutitur calculus, qui dolorem acerbum attritu concitat. Quùmque consistit in Rembus calculus, dolor obtusus est: siquidem hi neruos exiguos recipiunt. Sin ille se in vreteris caput insinuat, acerbissimum inuehit dolorem, quia dilatando lancinat, interdumque dilacerat vreterem, cuius est neruosa substantia. Fit autem in dolore nephritico, velut & colico vomitus, connexione Renum & coli per peritonæum, vt sentit Galenus. Sed & è sexta coniugatione gracilis neruus renibus & omnibus intestinis distribuitur, per quem est illis connexio, societasque cum orificio ventriculi. Qui verò fit vomitus in Coli, Renumque bruciatu pituitosus est initio, quia talis succus in ventriculo creari solet à cibis crassis aut multis: deindè biliosus assato: æruginosus denique, per dolores ac vigilias corrupto sanguine. Per vomitum verò calculosi liberantur ab accessionibus, at non ab affectu. Tum enim doloris acerbitas conquiescit, rene liberiore: sed materia coniuncta, nempè calculus, non tollitur. Ita si decumbit in affectam partem æger, remissum dolorem sentit, quia calculus non suspenditur, vt quùm in contrarium latus inclinat. Nec tamen hinc ille sanationem recipit, quia de calculi mole nihil eo pacto detrahitur.

Nephritidis causa.

Signorum nephritidis causa.

Gal. comment ad part. 6. lib. 6. Epidem.

LITHIASIS, SEV VESICÆ CALCVLI signa, & Cauſæ.

CAPVT XXVII.

Veſicæ calculi ſigna.

IN veſica fouet lapidem, leuis ille putetur
Quùm prurit pubes, contrectaturque pudendum
Sæpius. At grandis fieri grauitate notatur,
Tumque dolor triſtis motu, ſaltuque cietur,
Mictio fitque frequens, excernendique per alvum
Crebra cupido tenet, lotium craſſeſcit, idemque
Turbatur, fundumque petens pars ſpiſſior, albi
Viroſi-ve refert puris, mucci-ve colorem.
Hunc gula dat pueris, ſenibus pituita, ſatiſque
Stirpe lapillifera ſemen, multus cibus, atque
Pinguior, anguillæ, piſcis genus omne, quod implet
Limoſo corpus, lentóque vt glutine ſucco.

Cauſæ.

COMMENTARIVS.

Quid Lithiaſis, eiuſque cauſa.

1 LITHIASIS calculi morbus eſt, communiter quidem Renum ac veſicæ, ſed huius quàm illorum magis peculiaris. Cuius cauſa cruditas eſt, ardorque ventris aut veſicæ, quo vrina retinetur, quodque craſſiſſimum ac turbidiſſimum in ea eſt aceruatur, ac denique concreſcit in tophos. Tum pruritus pubis ac perinæi fit ob titillationem obertantis calculi circà pubem & iſthmum veſicæ: ſignificatque calculum exiguum ſi grauitas affectæ partis, & alia in verſu poſita ſigna non comparent. Quibus exiſtentibus, prutitus huiuſce cauſa ſerum aquoſum eſt, quod quando calculum præterlabitur, ob meatus anguſtiam tenuatur, & acrimonia ſua ſenſibiles veſicæ partes leuiter pungit ac mordicat. Veſica porrò membranoſa eſt, pluribus & magnis prædita neruis ad exquiſitiorẽ ſenſum. Quare quùm in hac agitatur calculus, dolorem acerbũ inducit. Sed & dum vrinæ meatũ obturat calculus, vrina calefit, & mora contrahit acrimoniam: ideóque pungens excretionem ſui concitat & impellit. Quùmque ſemel & copioſè, ſphincteremuſculo violentius compreſſo nequeat excerni, quod ſemel non poteſt, frequentia

Signorum Lithiaſis, ſeu veſicæ calculi cauſa.

mictionis expellere natura contendit. In Lithiasi verò fit assidua desidendi, deijciendique cupiditas, intestino recto à calculi magnitudine compresso: vel potius irritatis musculis ani leuatoribus, qui vesicæ substrati eidem sphincteri adhærent. At calculosi variam vrinam effundunt: interdum quidem splendidam, seróque similem, quando quod crassum est in vesica manet: aliquando subcruentam, vesica à calculo qui scaber sit & inæqualis exulcerata: crassam interdum ac turbidam cum sedimento muccoso vel purulento, ab arenularum, & humoris crassi viscosique copia, quam adiunxit, agglutinauitque sibi calculus, ac dein vrina præterfluens, quæ natura mordax, tenuiumque partium est, corrasit: vel ab vlcere vesicæ sordido.

Varietatis vrinarum in vesica calculo causa.

PHLEGMONES VESICÆ SIGNA, & Causæ.

CAPVT XXVIII.

Inflammationis vesicæ signa.

INFLAMMATA *fero cruciat vesica dolore.*
Quem rubor ignitus perinei prodit, & ardor,
Febris acuta, grauis distento in pectine sensus,
Fæcibus occlusæque viæ, lotiumque retentum.

Causa.

Vesicæ in ceruice tumens hunc concipit ignem
Musculus, à venis propè se maioribus ortum:
Vesicæ totum qui corpus inambulat, idque,
Si mora sit morbi, sphacelo gliscente perurit.

COMMENTARIVS.

Æt. tetrab. 2. serm. 3. cap. 26.

1 INFLAMMATIONEM vesicæ lethalem facit Ætius, non quod hæc nullam omnino, sed difficillimam admittat curationem. Est enim vesica neruus, vt Aretæi verbis vtar, frigidus, albusque, ab innato calido longissimè, proximè verò externo frigori positus. Quare quùm inflammationem patitur, in gangrænam incidit facilè, nisi subitum remedium imminens periculum anteuertat. In vesicæ verò, vel potiùs eius sphincteris phlegmone distenduntur pecten & pubes ab vrinæ copia, quæ ob vrinarii meatus angustiam foras egredi prohibetur. Rectum etiam intestinum incalescit & coarctatur, vndè resiccantur, supprimunturque fæces. Non ita tamen, vt illis via penitus occludatur, vt accidit in voluulo: sed quod ab aluo decidit paucum est, &, vt in Tenesmo, cum excernendi conatu, nisuque maximo. Sique accidit vrinam

Inflammationis vesicæ signorum causa.

supprimi

ſupprimi, periculoſiſſimum ſymptoma eſt. Si enim immiſſo cathetere viam ad excretionem molimur, partem irritamus, aucto dolore. Si ſupreſſioni non occurrimus, ſymptomata conſurgunt in Iſchuria cap. 30. commemoranda. De cuius, vt veſicæ phlegmones curatione lib. 9. ſcribimus.

STRANGVRIÆ, DYSVRIÆQVE SIGNA, Cauſæque.

CAPVT XXIX.

ACRES ERVM, vel veſicæ malè firma retentrix — Stranguriæ cauſa.
Affectum parit hunc, eſt cui Stranguria nomen.
Qua ſtillat lotium ſine ſenſu, infirma facultas — Signa.
Eſt ſi veſicæ. Sin cauſa eſt acrior humor,
Fit dolor, vt dolor eſt quùm ſæua Dyſuria pungit.
Quam mala temperies, tumor, atque Abſceſſus, & vlcus, — Dyſuriæ cauſæ.
Et flatus, ſed & vrinæ magis excitat ardor.

COMMENTARIVS.

VRINA vel guttatim effluit, vel difficulter & cum dolore, vel omninò ſupprimitur. Prima ſpecies Stranguria: ſecunda Dyſuria. Tertia vocatur Iſchuria, de qua ſequenti capite. Quùm verò Stranguria, quam vrinæ ſtillicidium appellant, ab imbecillitate retentricis veſicæ naſcitur, fertur vrina ſine ſenſu, quia torpet tùm in veſica motus & ſenſus, ab intemperie maximè frigida. Quùm ab acri ſero, dolor fit, quia tale ſerum pungit & vellicat membranoſum veſicæ corpus: quod accidit & in Dyſuria, in qua præterea calidior intemperies, tumor, Abſceſſus, vlcas, flatus in micturiendo cruciatus acerbitatem adferunt. — Tres difficilis micturiendi ſpecies.

ISCHVRIÆ CAVSÆ, SIGNAQVE.

CAPVT XXX.

NON *benè ſecedit geminis affectibus iſtis*
Acre ſerum, fluit id tamen. Aſt Iſchuria quando eſt,
Supprimitur. Cuius ſuppreſſi obſtructio cauſa,
Vel Renum, vel Veſicæ ceruicis, adurens
Quem gignit tumor, aut lentum pus, craſſior humor,
Sanguinis aut grumus, calloſum tuber, adultus
Calculus, exangues nimiùm qui ſæuit in ægros.
Tenditur vreter, lotio quia plenus vterque,
Tenditur & Renum regio, grauitaſque, dolorque
Hæret ibi, & lumbis meiendi nulla cupido:
Mens ſibi non conſtat, moribundaque membra videntur
Horrere interdùm, neruiſque rigere coactis,
Nec Veſica tumet, lotium ſi in Rene retentum eſt.
Sin in Veſica, tumet hæc cum pube, doletque:
Meiendi premit aſſiduus, ſed is irritus ardor.
Veſicamque petens pleno trahit ore Catheter
Longus aquas, quæ non, obſtructo Rene trahuntur.

Iſchuriæ cauſa.

Iſchuriæ à Renum inflammatione ſigna.

Iſchuriæ ab inflammatione Veſicæ ſigna.

COMMENTARIVS.

Quid Iſchuria.

QVVM ita ſe Veſicæ corpus habet, vt quod in ea continetur exprimere nequeat, vrina ſupprimitur: quod ſymptoma vocatur Iſchuria. Sed & Iſchuria tùm eſt, quùm nihil vrinæ penitus in veſicam demittitur, abolita Renum actione; quæ ſignis in verſu poſitis diſtinguntur. Supprimitur igitur vrina, vel oppleta veſica, vel vacua, renibus in eam nihil tranſmittentibus. Quùm plena veſica non permeat vrina, vel os eius anguſtum eſt, vel imbecilla veſicæ facultas. Os anguſtum eſt, aut quia conniuet, aut obſtruitur. Conniuet autem vel tumore præter naturam, qualis eſt phlegmone: vel ingenti ſiccitate, qua-

Quot modis vrina ſupprimatur.

lis quæ per febres ardentes excitatur. Obstruitur autem à gtumo, crasso pure, lapide vel callo, vel tuberculo quod in meatu concreuit: vel scirrho, vel phlegmone, vel alio quouis præter naturam eius viam intercipiente, & obturante. Fit & Ischuria quùm vrina diutiùs quàm par est retinetur. Vesica namque tùm sero nimio repleta distenditur, distentaque fit arctior, sic vt eius meatus, ob angustiam & contractionem in sese, nihil humoris exire patiatur. In Ischuria porrò surſùm vrina remeans rigorem, horrorem, delirium infert, bilis acrimonia quæ redundat. Cerebrum, neruosaque corpora feriente.

SATYRIASIS, SEV PRIAPISMI signa, Causæque.

CAPVT XXXI.

ARRIGITVR *nulla si forte libidine coles,* *Priapismi si-*
Et tetano quodam premitur, medicina pa- *gna.*
randa est
Quæ citò succurat. Siquidem distenditur imus
Venter, & exorto gelido spes nulla madore.
Causa vel egrediens adaperta per oscula vitæ *Causæ.*
Spiritus est, nimiúmque patens arteria: túmque
Vix dolor, impendet verò citò syncopa, si non
Addis opem: flatusve cauum, comitante dolore
Distendens penem, sed cum leuiore periclo.

COMMENTARIVS.

1 SATYRIASIS, seu Priapismus, est colis extensio permanens in longitudinem atque circulum, nullo stimulante veneris desiderio. Fit à causa frigida, nempè flatulento spiritu in fistuloso nervo genito: vel calida, nimirùm arteriarum osculis nimiopere patentibus. Cui posteriori causæ quam primùm occurrendum, ne vitali spiritu in neruum fistulosum affatim effuso vires exoluantur. Prior autem causa minùs vrget. Nec tamen est curatio negligenda, quùm vtriusque symptoma sit conuulsio, quæ doloris magnitudine vires deijcit. Fistulosus quippè nervus flatulenti spiritus copia tensus reliquùm genus nervosum sympathia quadam afficit, vndè doloris acerbitas, & propera nativi caloris extinctio. *Quid Satyriasis, seu Priapismus.*

VERÆ GONORRHÆÆ SIGNA, & Causæ.

CAPVT XXXII.

Gonorrhææ veræ signa.

QVVM nequit obscæni fieri tentigo pudendi,
Et fluit immodicè veneris sine munere semen,
Id crudum fluit instar aquæ, tenuisque liquoris.
Et tunc à lumbis totum macilescere corpus
Incipit, & tenues languor grauis occupat artus.

Causa.

Accidit hoc vitium quandò est resoluta facultas
Vasorum quæ sperma parant, in seque recludunt.
Vis perit at retinens spasmo, coituque frequenti,
Semine vel nimio, liquido tenuique, vel acri,
Pristinus aut veneris quùm cessat & exulat vsus.

COMMENTARIVS.

Gonorrhææ quid.

OMNIS seminis excretio, siue quæ tenso pudendo fit, siue non, Gonorrhæa generali significatione dicitur. Propriè vero sic nominatur, in qua semen assiduè citra pudendi tensionem effluit, quam hoc capite describimus. Et hæc quidem spermaticorum vasorum vi retentrice resoluta fit. Quæ verò tenso pene accidit, affectio pudendi est conuulsioni similis, excreticis nata robore. Cuius arrectio naturalis excitatur à copia spirituum, fistulosum, seu cauum neruum implentium. At in gonorrhæa spirituum inopia Coles arrigi desinit. Crudum enim semen

Gonorrhææ causa.

Causæ signorum Gonorrhææ.

est, quoniam in Parastatis coctionem non admittit: in quibus non immoratur ob spermaticorum vasorum infirmitatem. Quúmque semen sit ex omni corporis parte deciduum, eius etiam fluor immodicus vniuersas corporis partes emaciat debilitatque, spiritibus qui robur tuentur, molemque corporis augent cum semine simul abeuntibus.

GONORRHÆÆ VIRVLENTÆ signa, Cauſæque.

CAPVT XXXIII.

ILLE quidem vetus eſt, & primis natus in annis. *Gonorrhœa virulenta nouus morbus.*
Hic verò cuius meditamur ſigna, fefellit
Morbus auos, noſtróque genus deducit ab æuo.
Atque Gonorrhœa vocitatur nomine fœdæ,
Furtiuo quia congreſſu de cole perenne
Seminis effluuium eſt, non aduertentibus ægris. *Gonorrhœa virulenta ſigna.*
Quodque fluit ſemen, candet, pallet-ve colore,
Fœtet odore graui, tenſóque vt fune pudendo
In mictu ſenſus ferus eſt, acerque doloris.
Hinc ductum penis ſtillans depaſcitur vlcus:
Suppreſſum-ve cauat perinæum virus, & extrà
Materiam fundit, priùs intùs pure coacto.
Quam gignit malè virus olens, ſortiſque malignæ, *Cauſæ.*
Partibus incluſum genitalibus, atque reſoluens
Hanc vim vaſorum, calidum quæ ſperma recondunt.

COMMENTARIVS.

GONORRHÆA vera, de qua priùs, veterum ſcriptis innotuit: fœda verò, quæ contactu polluit, luis venereæ ſoboles eſt. Quam Hiſpanos primò contraxiſſe certum eſt in Hiſpaniola noui orbis inſula, quo tempore illic, ductore Columbo cum claſſe reſederunt, anno ſalutis 1496. Poſt quæ tempora Fernando principi Siculo ſuppetias ferentes Hiſpani contra Carolum VIII. Galliæ Regem venerea labe fœdati, Neapolitanos & Gallos, Italoſque polluerunt, vt ab illis ideò iure dicatur Hyſpanicus. In qua vigilantibus atque dormientibus ſemen elabitur, non aſpermaticorum vaſorum ac teſtium imbecillitate duntaxat, vt in vera Gonorrhœa, ſed etiam à ſeminis ipſius virulentia. *Venereus morbus & virulenta Gonorrhœa quando primum capit.* *Gonorrhœa virulentæ cauſæ duæ, ſpermati eorum vaſo-*

rum imbecillitas, & semium corruptula.

Quod si albicat, minùs noxium, quia naturali simile: citrinum & subuiride magis virulentum est & actius, ideóque citius exedit & exulcerat. Fætet autem ab insigni putredine, qua contagione pollúit atque contaminat. Dolorem infert in emictione quam alio tempore grauiorem, quia quùm vrina sit acris, locum permeans exasperat. Nec verò virulentus hic seminis fluor citò supprimi debet. Aliàs remeante materia colligitur intus abscessus circà testiculum: aut in Perinæo, quo pus tetrum & graueolens effunditur.

Signorum fade Gonorrhœa causa.

VENEREI MORBI SIGNA, Causæque.

CAPVT XXXIIII.

Lùi venerea signa.

DIRA *lues, veneris quæ nomine proditur, omnes*
Inficit, & minimis latitat, vix cognita, signis
Principio, sensimque truci, querulóque dolore
Exigit à scorto meritas pro crimine pœnas.
Exsucca siquidem primo radice pilorum
Barba cadit sensim, decorant neque tempora crines,
Aspicitur que cutis macula consperſa frequenti
Et parua, crocei, furui, rubei-ve coloris.
Pustula dein maior crustis obducta videtur,
Sicca, rotunda caput, frontemque, & tempus vtrumque
Corpore cum reliquo vario fœdare colore.
Vlcerat & teneras fauces, tenerumque palatum
Virus, & authores morbi genitalia sedes.
Quúmque malum glisens solidis in partibus hæret,
Tùm dolor & grauitas capiti est, atque aura maligna
Effusa in latos humeros, periostia, collum,
Ossáque, membranas, tendones, vincula, neruos,

Affligens in nocte magis cruciatibus implet
Innumeris, corpusque vigil tabescit, & indè
Viribus exhaustis homo fit deforme cadauer.
Causa mali tanti venus est, coitusque nefandus,
Quo semen primò, cruor aura deindè maligna
Vertitur in saniem, quæ partes inficit omnes,
Sepsque velut serpens dissoluit, & exedit ossa.

Causa.

Seps, serpentis genus membrana, ossa, vincula corporis, morsu virulento liquans atque dissoluens.

COMMENTARIVS.

MORBVM hunc non Gallicum, Hyspanicum, Italicum, aut Neapolitanum, inuisum suæ cuique genti nomen, sed venereum appellamus, quia venerer cõcubitu primum & maximè contrahitur. Cuius causa putre, virulentumque semen est, omnes quidem humores sua labe conspurcans: at maximè pituitam huic concolorem, eiusdemque temperamenti, quam nonnulli communem huius morbi volunt esse materiam. Contagiosus affectus est, qui cum vlcere, vel ingenti cruciatu varijs locis emergit & extuberat. Inficit autem contactu, non halitu solo. Nam huius venenata qualitas simplex & solitaria non est, sed in humore, vt subiecto quodam & vehiculo subsistit, sensimque grassatur, primò spiritus. dein humores, partes denique solidas inquinans: miserabile quidem scortatorum flagellum, sed in sontes interdum, vt puellos, veluti sontes affligens. Cuius signorum hæ causæ sunt. Crines è capite, barbáque decidunt à tenui malignoque vapore, vel potius alimenti defectu. Etsi enim in ægro sanguis est, non alit tamen vt decet, ob insignem eius corruptelam. Pustulæ variæ corpus occupant, massa sanguinis labem sentiente, ex qua portio quędam tenuis in corporis habitum rapta, cutis densitate cogitur: hæque rubræ sunt quùm peccat sanguis: nigræ quùm atra bilis: albæ quùm pituita: flauæ, citrinæ, seu pallidæ, quùm bilis in sanguine dominatur. Siccæ sunt & sine pute sæpius, at si negliguntur, serpunt in ambitum, & cutim excauant, vndè fit vlcus virulentum & sordidum. Noctu dolores exacerbantur, & ingraueſcunt; vel quod pituita nocturno tempore moueri solita, in partes sentientes fluxione decumbit, in hisque congestam materiam excitat: vel quod ob immensas vigilias (quæ præter naturam sunt, vt naturales diurnæ) doloris sensus est exquisitior. Dolor verò plerumque tantus est, vt ossa quasi terebello perforari sentiantur, tendines & vincula distendi, rigere nẽrui, periostia, membranæque reliquæ diuelli. Tabescit verò corpus in hoc affectu, quia non modò partium corporis temperamentum, sed tota substantia peruertitur, vix vt vlla deinceps probo, puróque fruatur alimento. Nec tantùm à negle-

Venerei morbi causa.

Semen per se, vt putrida frigidum est, humorum est, spiritus accessione calidum.

Morbus venereus quid.

Venerei morbi signorum causa.

Cur in venerea lue nocturni dolores.

Cur macies, interdum & mors.

ta lue venerea tabes, sed & mors sensim obrepit, quia vires concidunt, spiritibus exhaustis per vigilias, atrophiam, & doloris acerbitatem: corrupto denique solidarum partium temperamento. Quamobrem hæc erit adferenda curandi ratio, quam auspice diuino numine, libro nono decados huius attingemus.

LIBRI TERTII MEDICÆ Decados Finis.

FRANCISCI PORTI

MEDICÆ DECADOS

LIBER QVARTVS.

CALIDIORIS VTERI SIGNA, CAVSÆQVE.

CAPVT PRIMVM.

QVum calor eſt vteri, reliquum calor vrere corpus Calidioris vteri ſigna.
Aſſolet, & mẽſes certa ſine lege feruntur,
Fundentes paucum ac tenuem, nigrumve cruorem.
Vlcerat aut leuiter pungit comitante dolore,
Pruritumve mouet blanda dulcedine ſenſus
Acer, vt hic, tenui qui ſub cute clauditur humor.
Ardet amans mulier, veneriſque in imagine tota eſt.
Natiuus calor in cauſa eſt paulo auctior æquo, Cauſa.
Incumbenſque vtero calidus cum ſemine ſanguis,
Ætas et florens, repetitaque balnea ſæpe,
Inſtructæ dapibus menſæ, mollique liæo,
Et plauſæ pedibus choreæ, ſaltuſque frequentes,
Fuſaque plena iocis, teneroque cupidine verba.

COMMENTARIVS.

Vterus quid, eiusque varia nomina, horumque causæ.

VTERVS concipiendi gerendique fœtus instrumentum est, cuius substantia neruosa membranosaque, qua se, quum erit opus, magis minusque dilatet, vt in grauidis & puerperis. Qui μήτρα græcis, matrix nobis appellatur, quod ab hoc animantia cuncta velut à matre ducant originem. dicitur & vulua, quasi volua, quod in eo voluatur fœtus: aut vulua quasi valua, quod per eam valuæ instar apertam fœtus, tempore partus egrediatur. Qui quamuis posterior situ sit omnibus viscеribus (hinc & ὑστέρα dicitur) & ignobili loco constitutus, nimirum inter vesicam & rectum intestinum: cum principibus tamen partibus summam habet affinitatem per neruos, venas & arterias. Per quæ organa suos illis affectus sæpe communicat, vt hoc libro, quo morborum hystericorum peculiares traduntur notæ causæque, demonstrabitur.

Signa frigidioris vteri causa.

Quum est intemperies vteri calida, reliquum corpus calidum esse non est necesse, nisi pariter calidum sit totius corporis temperamentum. Sæpe fit tamen vt is toti corpori suam intemperiem communicet, siquidem cum omnibus eius partibus consentit. Tùm verò menstrua purgatio nullum ordinem seruat, quia sanguis ob tenuitatem & acrimoniam è venis ocyus elabitur. His autem mulieribus tenuis sanguis effluit quibus bilescit sanguis: niger quibus per adustionem fit melancholicus. Paucus autem exit immoderato calore plurimùm humoris à sanguine, seu serosi sanguinis consumente. Sunt verò mulieres, quarum vterus est calidior lasciuæ magis atque salaces. Nam præterquam quod sanguis concitatur, semenque titillat in vasis per calorē, humiditas etiam serosa cum spiritu iuncta commouetur, & euacuari postulans, acrimonia & mordacitate sua genitales partes excitat ad agendum, eisque voluptatem incredibilem suscitat, actium, ait Galenus, humorum exemplo, qui delitescentes sub cute maximum pruritum inducunt, suoque motu non exiguam inferunt voluptatem.

Lib. 4. de vsu part.

FRIGIDIORIS VTERI SIGNA CAVSæque.

CAPVT III.

Signa frigidioris vteri.

Rigidiore labant vtero titubantia crura,
Deficiunt menses, veneriſque retunditur ardor,
Os coit & collum, ſtupor eſt in pectine, lumbis.
Namque gelat frigus, denſat, cohibetque cruorem,

Neruoſaſque ferit partes: tremor inde, rigorque,
Et ſtupor & pondus vteri in regione moratur.
Cauſa calor natiuus inops, quo crudior humor,
Exiguus cruor in venis, pituitaque multa.

COMMENTARIVS.

IN affectu vteri frigido crurum imbecillitas eſt, neruis qui eorum muſculos mouent per conſenſum affectis. Eadem verò titubant frigore, vel quia rigent torpent-ve ab intemperie frigida ſimplici: vel quia craſſo viſcido-ve quodam humore eorum nerui referti ſunt. Retinentur ſubſiſtuntque menſes, quia frigus cogit ſanguinem, in vteri venis contentum, & meatus per quos elabi debet obſtruit. Veneris appetentia retunditur: ſi quidem vt ad congreſſum inuitat calor & humor acer, a quibus pruritus & titillatio: ſic ab eodem euocat frigus, à quo ſenſuum ſtupor & omnis voluptatis alienatio. Tum os vteri contrahitur. Eſt enim id, vt totum vteri coilum, muſculoſum quidem, ſed dura cartilaginoſaque carne compactum: ideoque per ſe iam frigidum, intemperie frigida totius vterini corporis redditur frigidius. ideoque ſtrictius: frigoris autem eſt conſtringere, vt dilatare caloris.

Signorum frigidioris vteri cauſa.

Vteri ſubſiſtentia qua.

Frigoris effecta oris effectus.

ΟΣΦΥΣ, ſeu lumbus, communiter ea dorſi pars eſt, qua cingimur: propriè verò pars intra dorſum quinque vertebris omniū craſſiſſimis, maximiſque compacta: Quæ quoniam oſſi ſacro (quod firmiſſimis ligamentis connectit vterum) adhæret, vteroque ſubiacet, eius quoque conſentit affectibus. Cuius ſi frigida fuerit intemperies, eaque ſimplex, ſtuporis tantum: ſin cum humore, grauitatis quoque ſentu lumbus obſidetur.

Quid lumbus.

SICCIORIS ET HVMIDIORIS VTERI ſigna cauſæque.

CAPVT III.

Siccioris vteri ſigna.

EST *vbi ſiccanimis, lunaria menſtrua deſunt,*
Fit ſterilis mulier, nigroque hypochondria ſucco
Sæpe tument, vteri cancer metuendus, eique
Si pariter calor eſt, ſacer ignis, funeris author.
Humida ſin matrix, vterino ſæpe fluore

Humidioris vteri ſigna.

COMMENTARIVS.

Vterus quid, eiusque varia nomina, horumque causæ.

VTERVS concipiendi gerendique fœtus instrumentum est, cuius substantia neruosa membranosaque, qua se, quum erit opus, magis minusque dilatet, vt in grauidis & puerperis. Qui μήτρα græcis, matrix nobis appellatur, quod ab hoc animantia cuncta velut à matre ducant originem. dicitur & vulua, quasi volua, quod in eo voluatur fœtus: aut vulua quasi valua, quod per eam valuæ instar apertam fœtus, tempore partus egrediatur. Qui quamuis posterior situ sit omnibus viscеribus (hinc & ὑστέρα dicitur) & ignobili loco constitutus, nimirum inter vesicam & rectum intestinum: cum principibus tamen partibus summam habet affinitatem per neruos, venas & arterias. Per quæ organa suos illis affectus sæpe communicat, vt hoc libro, quo morborum hystericorum peculiares traduntur notæ causæque, demonstrabitur.

Signa frigidioris vteri causa.

Quum est intemperies vteri calida, reliquum corpus calidum esse non est necesse, nisi pariter calidum sit totius corporis temperamentum. Sæpe fit tamen vt is toti corpori suam intemperiem communicet, siquidem cum omnibus eius partibus consentit. Tùm verò menstrua purgatio nullum ordinem seruat, quia sanguis ob tenuitatem & acrimoniam è venis ocyus elabitur. His autem mulieribus tenuis sanguis effluit quibus bilescit sanguis: niger quibus per adustionem fit melancholicus. Paucus autem exit immoderato calore plurimùm humoris à sanguine, seu serosi sanguinis consumente. Sunt verò mulieres, quarum vterus est calidior lasciuæ magis atque salaces. Nam præterquam quod sanguis concitatur, semenque titillat in vasis per calorē, humiditas etiam serosa cum spiritu iuncta commouetur, & euacuari postulans, acrimonia & mordacitate sua genitales partes excitat ad agendum, eisque voluptatem incredibilem suscitat, acrium, ait Galenus, humorum exemplo. qui delitescentes sub cute maximum pruritum inducunt, suoque motu non exiguam inferunt voluptatem.

Lib. 4. de vsu part.

FRIGIDIORIS VTERI SIGNA CAVSæque.

CAPVT III.

Signa frigidioris vteri.

Rigidiore labant vtero titubantia crura,
Deficiunt menses, veneriſque retunditur ardor,
Os coit & collum, ſtupor eſt in pectine, lumbis.
Namque gelat frigus, denſat, cohibetque cruorem,

Neruosaſque ferit partes: tremor inde, rigorque,
Et ſtupor & pondus vteri in regione moratur.
Cauſa calor natiuus inops, quo crudior humor,
Exiguus cruor in venis, pituitaque multa.

COMMENTARIVS.

IN affectu vteri frigido crurum imbecillitas eſt, neruis qui eorum muſculos mouent per conſenſum affectis. Eadem verò titubant frigore, vel quia rigent torpent-ve ab intemperie frigida ſimplici: vel quia craſſo viſcido-ve quodam humore eorum nerui referti ſunt. Retinentur ſubſiſtuntque menſes, quia frigus cogit ſanguinem, in vteri venis contentum, & meatus per quos elabi debet obſtruit. Veneris appetentia retunditur: ſi quidem vt ad congreſſum inuitat calor & humor acer, a quibus pruritus & titillatio: ſic ab eodem euocat frigus, à quo ſenſuum ſtupor & omnis voluptatis alienatio. Tum os vteri contrahitur. Eſt enim id, vt totum vteri collum, muſculoſum quidem, ſed dura cartilaginoſaque carne compactum: ideoque per ſe iam frigidum, intemperie frigida totius vterini corporis redditur frigidius. ideoque ſtrictius: frigoris autem eſt conſtringere, vt dilatare caloris.

Signorum frigidioris vteri cauſa.

Vteri ſubſtantia qua.

Frigoris & laxi oris effectus.

ΟΣΦΥΣ, ſeu lumbus, communiter ea dorſi pars eſt, qua cingimur: propriè verò pars intra dorſum quinque vertebris omnium craſſiſſimis, maximiſque compacta: Quæ quoniam oſſi ſacro (quod firmiſſimis ligamentis connectit vterum) adhæret, vteroque ſubiacet, eius quoque conſentit affectibus. Cuius ſi frigida fuerit intemperies, eaque ſimplex, ſtuporis tantum: ſin cum humore, grauitatis quoque ſentu lumbus obſidetur.

Quid lumbus.

SICCIORIS ET HVMIDIORIS VTERI ſigna cauſæque.

CAPVT III.

Siccioris vteri ſigna.

ST *vbi ſiccanimis, lunaria menſtrua deſunt;*
Fit ſterilis mulier, nigroque hypochondria ſucco
Sæpe tument, vteri cancer metuendus, eique
Si pariter calor eſt, ſacer ignis, funeris author.

Humidioris vteri ſigna.

Humida ſin matrix, vterino ſæpe fluore

Fœmina vexatur, menſes & aqueſa profundunt
Multraque, ſentit onus pubes lumbique moleſtum.
Exſiccant vigiles curæ, labor, ira, fameſque,
Siccior humor, vt eſt bilis, niger humor, et aer
Sæuior, vt boreæ, calidique potentia Solis.
Humectat pituita, cibus qui crudior omnis,
Lactis, lactucæque, olerumque frequentior vſus,
Pinguia iura, cibus pinguiſque, & dulcia poma,
Lymphaque, ſomnus iners, & vita laboribus expers.

Siccioris vteri cauſa.

Humidioris vteri cauſa.

COMMENTARIVS.

Varie ſterilitatis cauſa.

INTEMPERIES vteri ſicca, ſterilitatis vna quidem, non ſola cauſa eſt. Omnis enim intemperies vteri ſterilitatem inferre poteſt. Nam, quæ mulieres frigidos vteros habent, non concipiunt, ob eorum ſubſtantiæ denſitatem. Humidis extinguitur genitura. Siccioribus & æſtuoſis alimenti penuria ſemen, ex Hippocrate, corrumpitur. Nec ſolum intemperies vteri ſteriles facit: ſed & principum partium, vt ventriculi, iecoris, lienis, pulmonumque latens vitium, obſtructio, ſcirrhus, cachæxia, leucophlegmatia, icterus, atrophia, tabes, lenta febris, omnis denique cacochimiæ ſoboles. Item viri ſemen infœcundum, eiuſdemque partium obſcænarum vitia, qualia ſunt Gonorrhœa: ſpermaticoum vaſorum obſtructio, coarctatio, contuſio, teſtium pudendique paruitas, & mala conformatio quælibet. Ad hæc in mulieribus, teſtium, ſpermaticorumque vaſorum vitia, ceruicis aut oris vteri vel amplitudo, vel anguſtia, obſtructio, obliquitas, peruerſio, ab eiſque menſium ſuppreſſio. Qua ſi retineatur in vtero ſanguis, incaleſcens, eryſipelas, efferus & nigricans cancrum infert. Sin ſurſum remeat in hypochondria, melancholiam hypochondriacam, lienis tenſionem, eiuſdemque & iecoris ſcirrhum, hydropem denique, ſanguificatione læſa parturit. Viragines vero, ſaltatrices, & cantrices, naturaliter non purgantur, quoniam inquit Ætius, quicquid in ijs ſuperfluum eſt, nimia exercitij vehementia conſumit. Eædem ob ſiccitatem ſunt ſteriles, quia ſemen quod à viro in earum vterum immittitur, priuatum alimento, nempe menſtruo ſanguine, vel aduritur, vel euanidum excidit.

Aph. 5. 62. lib. Aph.

MENSTRVÆ PVRGATIONIS præter naturam suppressæ, signa, & causæ.

CAPVT IIII.

Menſium retentorum ſigna.

MENSTRVA *ſi vitio quodam retinentur, in omni*
Corpore pondus ineſt, ſed ineſt in pectine maius,
Atque dolor lumbis, femorique inſiſtit vtrique,
Syncipiti colloque grauis. Tum febris & horror,
Nauſea, defectus, vomitus, priuatio vocis,
Et ſitis exoritur, ſed non inſurgit orexis,
Purpureuſque cutim tumor, aut ſacer ignis adurit.
Turbidius fieri lotium, matulamque rubore
Sæpius, interdum picea fuligine tingi
Cernitur, aut guttis multo conamine labi.
Denique vel proprijs vaga mens à ſedibus errat,
Abdomen-ve tumet, turgent & crura, pedeſque.

Menſium ſuppreſſorũ cauſa.

Craſſior in venis retinet muliebria ſanguis,
Sanguinis & grumus, caro creſcens, frigus, et humor
Lentus, adeps, id et omne, quod os vteri arctat et opplet:
Cura, laborque, fames, ſudorque, fluorque cruentus,
Quæque vel imminuunt, ſpiſſant, ſiccantque cruorem.

COMMENTARIVS.

Quid mẽſes ſeu mẽſtrua.

MEnſes, quos græci καταμήνια dicũt, vacuatio sãguinis eſt per vterum, ſingulis menſibus recurrere ſolita quos menſtrua nominamus & lunaria, quod menſibus lunatibus moueãtur. Quibus ſuppreſſis graue corpus eſt, quia plenis vteri venis ſanguis in alias continuatione quadam illabitur, eaſque turgidas reddens, tenſiuam parit laſſitudinem: maiorem quidem in pectine, qui incumbit vtero, cuius in venis conculcatus ſanguis eum onere grauat: dolor lumbis ineſt, femorique, tenſis vteri ligamentis à plenitudine: ſyncipiti colloque per conſenſum, à vaporibus: febris ſuccedit ab obſtructione, putredinis parẽte:

Signorum ſuppreſſionis menſtruæ cauſa.

Lumborum ac femorum doloris cau.

Horroris causa.

fit horror à tenui mordacique materia è sanguine in sentientes illapsa partes: vt nausea, vomituſque, commotis qui in ventre sunt humoribus, & inferiore ventriculi ore sursum acto. Lipothymia nascitur vellicato ore superiore ventriculi ab acri vapore, vel oppresso corde potiùs.

Nauſea, vomituſque causa. Lipothymiæ causa.

Nàm ab vtero sursum elatus sanguis thoracis venas implet: vnde dispnœa: multuſque è maioribus vasis interdum excitatur vapor, quo pericardium humore perfunditur, defectionis crebræ causa. Rarò, nec nisi quùm affectus est hystericus apnœa, seu priuatio vocis est: quæ fit affecto neruorum principio, cùm quo maximè consentit vterus per neruos & spinæ membranas vel musculis: linguæ sanguinis copia prægnantibus, ideoque ad motum ineptis. Vrina turbatur ex humorum vitio, & spirituum agitatione: colore rubet à sanguinis dominatu: nigricat à fæculento vstoque sanguine, cuius causa calor aut frigus est.

Apnœa, seu priuatio vocis vnde.

Vrina turbida rubentis nigricátſque causa. Auicen. li. 1 fen. 1. doctr. 4.

Nam ab vtroque nigredo fit: à calore quidem in humidum agente; frigore in siccum, vt demonstrat Auicennas. Ideo sanguis, qui in venis cõcitatus efferbuit, & contra qui perstitit immobilis, terrestremque nactus est qualitatem, serum nigricans in renes exprimit suppressis mensibus, à quibus mulieres interdùm in phrenitidem, manian, & melancholiam incidunt, bilioso vel adusto vapore & sanguine in mentis domicilium elato. Fit & nonnumquàm suppressis mensibus hydrops oppresso iecore præcopia sanguinis. Facultas quippè sanguifica sanguinis refluentis impetu victa resoluitur, natiuoque suo fraudata calore fúdit aquas pro sanguine, quæ primò decumbunt in abdomen, crura, pedes, declines partes, naturaque frigidas. Menstrua verò purgatio præter naturam deficit multas ob causas, externas quidem, vt inopiam cibi potusque, laborem sudoremque nimium, curas, mœrorem, profusionem sanguinis immodicam. Internas autem, vt ventriculi, iecoris, lienis, pulmonum intemperiem, obstructionem, scirrhum, icterum cachexiam, atrophiam, asthma, tabem, & alios id genus affectus, quorum vitio venarum sanguis labefactatur: qui crassus etiam lentusque fit otio diuturno, viscosorum & crassorum alimentorum vsu, frigidæque multa potione. Sic veteri refrigeratio, obstructio, peruersio, & quicquid interius os eius obturat, vt concretus sanguis, adipis copia, caro excrescens, adnata pellicula, malè inducta cicatrix ab vlcere, conformationis denique naturale vitium suppressionis mensium plerumque fit causa.

Hydropis causa.

Menstruæ purgationis præternaturam suppressa causa.

HYSTERICÆ SVFFOCATIONIS notæ, cauſæque.

CAPVT V.

STrangulat hinc vterus, ſi non ſuccurritur, ægram.
Namque cibos grauidus venter faſtidit & odit: Hyſterica ſuffocationis ſigna.
Et deſiderium ſequitur, ſed inane, vomendi.
Cor labat obſeſſum, breuis eſt ac ſæpe mouetur
Spiritus, atque rubet facies, geminæque putantur
Occludi fauces. Gelido perculſa pauore
Fæmina tunc diffidit, & vt moribunda quieſcit:
Vt motu pulſuque carens, ita munere linguæ.
Non tamen horrendæ ſunt hæc certa omina mortis.
Sed pulſus, ſenſuſque redit, quùm murmure leni
Venter mollior eſt, vteri laxantur habenæ,
Eque locis humor liquidus muliebribus exit.
Cauſa vapor ferus ex vtero de menſibus ortus
Suppreſſis, vel ſuppreſſo de ſemine, quouis Hyſterica ſuffocationis cauſa.
Humore aut putri tetrum referente venenum.
Qui ſurſum elatus, tremulæ premit organa vocis,
Cor pariter, cerebrumque ferit. Vel motus inanis
In ſuperas partes vteri diaphragma prementis.

COMMENTARIVS.

SVFFOCATIO, ſeu ſtrangulatus vteri nominatur hic affectus, quoniam in hoc, vteri vitio reſpiratione præpedita ſuffocari putatur mulier, tetro quodam vapore in diaphragma cerebrumque per ſpinæ membranas & neruos, inque cor per arterias elato. Vel vteri corpore ſurſùm impulſo, mutuoq; contactu ventriculum diaphragmaq; premente: vel temeante ex vtero in venas, arteriaſque ſuperiores ſanguine, quo thoracis venæ præcipuè turgent, & plenæ carotides arteriæ ſpiri- Vteri ſuffocatio cur dicatur.

tum intercipiunt. Nec verò solum à suppressis mensibus, quorum superiore capite commemorata signa causæque sunt, sed etiam à retento semine contingit hysterica suffocatio, Quæ quùm sit epilepsiæ similis: Epilepsia verò fiat non à repletione tantùm, sed etiam inanitione, siccitas etiam interstrangulatus uteri causas recensetur. Interdùm enim impensè vacuatis, inanibusque muliebribus vasis uterus sursum ad iecur conuertitur, a quo demùm humiditatem attrahat, vt plerique censuere contrà Galeni sententiam, Hippocratis doctrinam sequuti. Nec enim absurdum est uterum sursùm, deorsum, & in utrumque latus concitari, quùm id admota manu verum esse deprehendatur. Tum cibos non benè conficit ventriculus, siquidem eius os, præsertim inferius cõprimit uterus dùm sursùm attollitur. Estque nausea, seu vomitus inanis, quia nihil aut parum cibi continet ventriculus ob frequentem antè paroxysmum anorexiam. Nec leuat vomitus, quia suffocationis causam coniunctam non tollit. Reliqua signa quum insolita sint, plenaque terroris, à suppressi sanguinis sola copia, putridive seminis vulgari qualitate fieri non posse videntur. Sed rationi magis est consonum ex illis spiritum quendam, aut vaporem tenuem suscitari, qui scorpionis ictus instar efferus & malignus, principes corporis partes offendit. Sed vt in confesso est spirationem à vita, vitamque a spiratione seiungi nõ posse: sic pulsum non esse, viuere tamen animal videtur impossibile. Mulieres tamen hystericæ quùm paroxysmus est vehemens, sine spiritu pulsuque iacent, interijsseque vulgò putantur, quæ nihilominùs viuunt. Venenatus quippè malignusque vapor non modò per venas & arterias, sed & cæca spiracula sublatus ab utero, partium quas attigerit facultates offendit, & earum intercipit functiones. Aut, vt quidam opinantur, frigidum humidumque semen corpus vniuersum refrigerat, vt qui reliquus est in corde calor sine respirationis pulsusque nota tueri se possit, contentus sola transpiratione quæ per cutis poros, seu meatus efficitur. Quæ transpiratio quamuis cordis arteriarumque motu definiatur, hîc tamen ita paruus est, vt omninò sensum effugiat. Calor enim imbecillus, ventilatione, quæ spiratione fit, & arteriarum euidenti motione non indiget, vt probat Galenus eorum animantium exemplo, quæ per hyemen in latebris sine respirationis vsu degunt, conuenientique vita fruuntur.

Hysterica suffocatio similis epilepsiæ.

Gal. lib 6. de loc. affect. cap. 5. Hippoc. lib. 1. de morb.

Causæ signorum hystericæ suffocationis.

Spiratio à vita, vitaque à spiratione seiungi non potest.

In vehemẽti paroxysmo mulieres hystericæ sine spiritu pulsuque iacent. Transpiratio. Gal. 6. de loc. affect.

FOEDI

FÆDI VIRGINVM COLORIS signa cauſæque.

CAPVT VI.

PAllet vbi in viridi glaucoque colore puella,
Faſtidit malè ſana cibos, capitiſque dolore
Cum lenta febri quatitur, graduturque moleſtè,
Dyſpnæa premitur, nebulis caligat obortis,
Cordis & à tremulo metuit ſua funera motu:
Linquitur & crebrò. Parit immoderatior vſus
Hæc olerum, crudique cibi, fructuſque fugacis,
Potus aquæ creber gelidæ: vel lactis opimo
Qui fiunt de lacte cibi cum ſacchare dulces:
Creta cibi glutita loco, terræque comeſtæ,
Quæque aliena nimis, quibus humor craſſus abundat,
Qui tenues gipſat venas, clauditque meatus,
Ventriculumque grauat. Solet interdumque puella
Mandere quæ nimio iecori ſunt noxa calore,
Vt caſiam, moſchamque nucem, piper, atque foratum
Zingiber, AEois quæ tranſmittuntur ab Indis,
Et noſtros alioſque ſales, quibus irrita fiunt
Menſtrua, naſcuntur variique in corpore morbi.

Signa fædi virginum coloris.

COMMENTARIVS.

FÆDI Virginum coloris cauſa princeps obſtructio: ſed hæc vt plurimùm à copia praui ſucci. Qui ſi frigidus, vt eſt pomorum, pyrorum, olerum crudorum, fructuum fugacium pleniot vſus, & aquæ larga potio, pallet vultus. Si calidus, vt nucis moſchatæ, zingiberis, caſiæ ſeu canellæ, ſubuiridis & ſubflauus. Sin à natura penitùs alienus, vt cretæ, ſalis petræ, ſalis communis, ſeu marini, ſalis albi, reliquorumque ſaliũm, & aliorum id genus eſus, color ſæpe plumbeus, vndè menſtrua ſupprimi cõtingit. Tùm anorexia fit à praui ſucci qualitate ventriculum

Fædi, ſeu pallidi virginum coloris cauſa.

Fædi virginum coloris ſignorum cauſa.

obsidente: capitis dolor, vertigo, palpitatio cordis, lipothymia frequens à multo prauoque vapore, cerebrum, corque feriente: lenta febris à putredine: motus difficultas ab humoris copia neruos & musculos imbuente.

FVRORIS VTERINI SIgna & causæ.

CAPVT VII.

Furoris vterini signa.

QVVM *furor est vteri, lachrymis nunc mœret obortis,*
Nunc ira effreni sæuit, nunc gaudet, et instar
Mænados impatiens, dicenda tacendaque passim
Effutit mulier. Cui non cyrrhæus Apollo,
Nec Lucina placet, paphiæ vt placet aliger infans.
Quod loquitur Venus est, Venus est quod mente capessit.
Prurit inexpletus qui dicitur esse pudoris
Hic sinus, attactuque virum se velle fatetur.

Causa.

Causa est infecti genitalis seminis aura,
Quæ mouet hinc vterum, mouet inde vapore maligno
Elato in cerebrum, trepida formidine mentem.

COMMENTARIVS.

Furor vterinus: vnde dictus.

MOrbus hic furor vterinus appellatur, quia cerebro per vteri consensum affecto rabiosum in eo sequitur delirium. In quo flet interdum, mox excandescit: nonnunquam & sæpius insolenti gaudio gestit mulier, pro varia qualitate vaporum cerebrum ferientium, qui vel sanguinei sunt, vel biliosi, vel adusti. Quanquam Ætius hic negat vaporum ascensum: sed qualitatem vitiosam ab vtero per spinæ medullam, & alias sibi insertas propagines in cerebrum emitti contendit vtero consistente, non, vt in strangulatu superas sedes affectante. Furoris autem vterini præcipua continensque causa copia seminis est: qua quum maximè turgeant, quæ calidi temperamenti sunt, ætate florentes, virgines, quæ

Æt. tetr. 4. sermon. 4. c. 74

Furoris vterini causa.

Veneris consuetum vsum intermiserunt, quæque cibis euchymis & multis indulserunt, etiam vterino furore corripi consueuere.

MENSIVM IMMODICE FLVENTIVM signa & causæ.

CAPVT VIII.

DECOLOR est mulier cùm menstrua plura feruntur, — Menſium immodicè fluentium ſigna.
Ventriculusque nouas spernit, veteresq; relinquit
Incoctas epulas, auidus quas ante receepit,
Vnde pedum tumor est, atque omnis corporis albus,
Membraque vitali torpent exhausta calore. — Cauſa.
Labitur immodicè sanguis quum plurimus, atque
Distendens, venæ patefacta per oscula fertur,
Nec bene naturæ cohibetur legibus vllis,
Aut tenuis referat venas, roditque calore
Pungentique, acrique: vel est vbi ruptio vasis.

COMMENTARIVS.

Cauſæ ſignorum menſium immodicè fluentium.

FLORIDVS color emicat à spirituum & sanguinis vbertate Quum vero menstruis immodicæ fluentibus cum sanguine spiritus simul exeant, necessum est faciem fieri decolorem. Quumque tum etiam langueat natiuus calor, ventriculus quos assumpsit cibos non cõficit. Nauseat etiam, quia iecur frustratum suo genio felleum quid in eũ transmittere cõsueuit. E mẽsium etiam immoderato fluore non modò pedes, sed & vniuersum corpus œdematosum ac turgidũ est instar leucophlegmatiæ, quia natiuus arteritur calor: qui quum in visceribus minimus existat, elucere nequit in habitu corporis. Hinc mendosa fit partium extimarum nutritio, in aquas flatus alicuius participes abeunte sanguine.

FLVXVS MVLIEBRIS A menſibus diſcrimen, vtriuſque ſigna & cauſæ.

CAP. IX.

Menſtrue ſanguinis ſigna.

MENSTRVVS *hic ſanguis, certo qui tempore prodit*
Ex vtero, tunicamque, rubens vt purpura tingit.

Fluoris muliebris ſigna.

At fluor eſt, quando ſanies nullo ordine fertur
Pallida, vel citrina, ſed & commixta cruori.
Quæ qua parte fluit, corrodit & excitat vlcus,
Quod plerunque graui nares offendit odore.
Interdum lactiſque ſero, niueoque videmus
Cremori ſimilem ex vtero manare liquorem.

Cauſæ menſtrui ſanguinis, & fluoris muliebris.

Exuperans tenuiſque cruor, venæque patentes
Menſtrua rubra mouent, habitus malus, & malus humor
Viſceris, aut vteri ipſius fit cauſa fluoris.

COMMENTARIVS.

Menſtrua quando incipiunt.

MEnſes anno decimo quarto ſæpius incipiunt, quinquageſimo ferè deſinunt, ſexageſimo vix vnquam apparent. Fluunt autem bene habitis mulieribus quarta quaque hebdomade, ſeu quouis lunari menſe, qui viginti ſeptem diebus & tertia ferè diei parte peragitur, iunioribus quidem vt plurimum increſcente, ſenioribus verò decreſcente luna, vnde verſus.

Ariſt. lib. 7. de animal. cap 2.

Luna vetus veteres, iuuenes noua luna repurgat.

Ariſtoteles tamen ab ea ſententia deflectere videtur, dum ait profluuium menſium non increſcente, ſed decreſcente luna contingere; itaque nonnullos cauillo ſexum fœmineum lunæ tribuere, quoniam ea

decrescente purgetur mulier, mox que repleantur ambæ. Quemadmodum & quũ ait menstrua singulis mensibus paucis moueri contra vulgarem medicorum opinionem, & mulierum sanarum experientiam, quæ quoque lunari mense pati se menstrua magno suo commodo profitentur. Quorum periodi causam refert Galenus in naturæ vim, omnia certis legibus administrantis: aut in sẽpiternos & immutabiles lunæ cursus, quæ vt luminum varietate tũ crescẽs tũ decrescens mẽsem dimetitur: sic hominis, maximéque fœminæ, vt reliquorum etiam omnium humores rata ordinis constantia regit atque moderatur. Non autem vt menstruus sanguis, ita fluor muliebris ordinem seruat, sed incertus & inordinatus est, natura superuacaneos humores tum regere nequeunte propter eius imbecillitatem. Namque fere fit, vt ad refrigerationem viscerum, obstructionem & scirrhum (vnde cruditas & cachexia) fluor iste consequatur, & corruptus humor à reliquis corporis partibus procumbat in vterum. Quare sæpius eas mulieres exercet, quæ crudis oleribus, aqua multa, lacte, placentis, lachanis, artocreis, & aliis id genus ventrem farcire consueuerunt. Hic verò fluor sanios us est à bilis exuperantia, si pallidus & citrinus: si cremori similis, à pituita, quæ cacochymis mulieribus, iisque maximè quæ fœdis coloribus & leucophlegmatia prehenduntur est frequens. Ille, si cum ardore lumborum est, interdum Gonorrhææ, qua mulieres vt viri torquentur, signum est: veræ quidem, cùm expers est acrimoniæ fluor: virulentæ, quum graueolens. Sed in Gonorrhæa, materia per interualla, sensimque decidit: assiduè verò in vterino fl iore Sanies immixta cruori est, corrosis vteri venis ob acrimoniã humoris: vel apertis ob eius copiam, aut vasorum imbecillitatem. Copiam indicat fluor multus: acrimoniam longus, stillansac pungens.

Galen. lib. 2. de diuĩ. de cret.

Cur fluor muliebris inordinatus

Quæ sanies essiunt in gonorrhæa muliebri, non ab vtero sed à vasis: spermaticis, et per cernicem vteri ferri videtur.

VTERI DEBILIS INDICIA, causæque.

CAPVT X.

Debilis vteri notæ.

MENSTRVA *nigra fluunt, & aquosa sine ordine, quando*
Debilis est vterus, veneris que cupidine nulla
Tangitur imbellis mulier, refugitque virile
Contactus: semenque viri si forte recepit,
Non retinere diu potis est, atque ocyus infans,
Si concep.t, abit, prær. pro tempore partus,
Quum gravi[illegible] cum pectine cura

Causa. *Occupat, & lumbos, stomachusque, caputque premuntur.*
Debilitat pituita vterum, quam crudior vnda
Pota parit, crudique cibi, fructusque fugaces,
Frigus, & assiduus mœror, partusque frequentes,
Difficilesque nimis, creberque sequutus abortus:
Et quæ natiuum minuunt, hebetantque calorem,
Vinclaque dissoluunt vteri, viresque resoluunt.

COMMENTARIVS.

Vterus quãdo debilis. DEbilis tum censetur vterus, quum à proprio munere deficit. Huius verò peculiare munus est, superuacaneum sanguinem singulis mẽsibus emittere, retinere virile semen in conceptum, vt & fœtum ad idoneum exclusionis seu partus tempus. Quæ non fiunt quum imbecillus est: sed repurgantur mulieres bis aut ter, ait Ætius, in mense: quod in plurib⁹ annotauimus. Nonnullæ verò sunt, in quibus nec dierum numerus vllus obseruatur, adeò mẽnses incerto ordine sæpe repetunt ac desinunt. Quumque niger & aquosus sanguis elabitur, nec in venerem prona mulier est, refrigerati sanguinis est nota. Grauitas etiam instantibus mensibus in lumbis, cruribus, & vicinis vtero partibus hic est, non tam à copia, quam à qualitate frigidi crassi pituitosique sanguinis. Hinc & sursum elati vapores crassi ventriculum caputque grauant.

Ætius tetra. 2. serm 4. cap. 73.

INFLAMMATIONIS VTERI SIGNA, & causæ.

CAPVT II.

Phlegmones vteri colli signa. *FEruidiore tumor genitus de sanguine, collum*
Afficit, immisso digito si durius illud
Contrahitur, tactuque facit pressuque dolorem.
Sin vteri fundo tumor est, dolor vrget in imo
Signa quibus in vteri fundo fiat inflammatio. *Ventre & pube ferox, vrinaque tardius exit.*
Ardor inest lumbis spinam diffusus in omnem:
Nec fæces abeunt solito de more per aluum.
Inguina tum, coxæque grauant, febrisque calore

Ilias in corpus diffunditur omne malorum.
Nam capitis dolor hinc, deliria, sudor in imis
Partibus, horrores varij, genuumque, pedumque
Torpor: & exiguum densumque arteria pulsans,
Defectumque notans animi docet esse periclum.
Feruidus ac tenuis cruor huius causa putetur *Causa.*
Affectus, venis vteri qui clausus, in illis
Putret, & accepto corpus populatur ab igne.

COMMENTARIVS.

Inflammationis vteri causa.

INflammationis vteri causa tenuis est, feruidusque sanguis, qui è vena caua per exiguas venas in vteri substantiam illabitur, ibique collectus putret & accenditur. Cuius dolor in ceruice seu collo maior est. Huic enim, vt virgæ maris, cæteriſque quæ ad pudendum spectant nerui plures insiti, quòd sensum absolutiorem, venereorum ratione postulent, vt Galenus animaduertit. At collum vteri quia musculosum inflammationem concipit, quæ ex duritie cum dolore cognoscitur. Quum enim duplici substantia constet, musculosa nimirum & cartilaginea, calore phlegmones comite siccius, ideoque durius efficitur. Dolet autem, quia vi caloris alteratur, & copia sanguinis in eius venis capillaribus contenti distenditur. Sed in vteri phlegmone tardiùs vrina profunditur, compressa vesica per vteri dilatationem. Tardior etiam deiectio, quia rectum intestinum arctius est, & duriores alui fœces ob affectæ partis viciniam. Sed si vteri pars antica phlegmonem concipit, dolor est in hypogastrio pubeque tactu cõspicuus: si postica tantùm, ad anum molestiæ percipitur sensus. Sin inflammatio totum vteri corpus occupat, omnes etiam eius partes dolor obsidet, & ea symptomata quæ versibus exponuntur assurgunt partium sympathia. Sique sequitur abscessus, fit vlcus non rarò depascens, & in vlceratum carcinoma plerumque degenerans, cùm hic locus excrementis putredinique pateat.

Cur dolor in vteri collo maior.

Colli vteri substantiæ, duplex.

Cur in vteri phlegmone mixtio & deiectio tardior.

ABSCESSVS VTERI SIGNA, cauſæque.

CAPVT XII.

Abſceſſus note.

SIGNA *vbi dicta vigent, horrorque ſine ordine nullo*
Febrilis redit, itque frequẽs, ſanioſa propinquant,

Cauſa.

Abſceſſuſque, & ab hoc ſequitur pus, ſanguine putri
Hoc faciente. Vteri quod pus è corpore manans

Varia loca, per quæ vteri pus ilabitur.

Illius medium in ſpatium, tandem exit in auras,
Eque vteri ceruice meat ſæpe, intrat in altum
Rarius abdomen, veſicam, quodque vocatur
Rectum inteſtinum, ſed ab his & ſedibus exit.

COMMENTARIVS.

Via puris vteri mali melior ac deterior.

INtempeſtiuus horror cum febre ſuppurationem inflammationis indicat. Qua in vtero facta per abſceſſum, bene pus in illius capacitatem incidit, quæ via naturalis eſt. Male in abdominis ſpatium & inteſtina penetrat, aut in veſicam. His enim indicatur ab acrimonia puris exeſam vteri, vicinarumque partium eſſe ſubſtantiam. In veſicam erupiſſe pus deprehenditur, ſi id vnà cum vrina profluit in vteri ceruicem. Abſceſſum etiam in rectum inteſtinum penetraſſe certum eſt, ſi cum pure fæcis aliquid ex vteri ceruice labitur. In abdominis verò capacitatem ingreſſum pus eſſe coniectura eſt, ſi venter imus onere premitur atque diſtenditur.

Quibus notis vteri pus in veſicam, aut abdominis, inteſtinorumque ſpatium penetraſſe deprehenditur.

SCIRRHI

SCIRRHI VTERI SIGNA & cãuſæ.

CAPVT XIII.

SCirrhus ineſt vtero, tumor eſt ſi durior illic
Non cedens digitis, hebes et, vacuúſque doloris. Scirrhi vteri nota.
Tumque premit teretes, ſedeat ſi fœmina, lumbos.
Sin ſtet, onus parti incumbit, grauitaſque pudendæ:
Segne iacet corpus, malè crura, pedeſque mouentur.
Terreus hunc humor generat craſſuſque tumorem. Cauſa.

COMMENTARIVS.

VTERI ſcirrhus his notis cognitu facilis interdum fit ab humore craſſo terrenoque per ipſius effuſo ſubſtantiam, illicque concreſcẽte: ſitque ſenſim. Interdùm ab inflammatione nec diſſoluta, nec in abſceſſum conuerſa. Tumque phlegmones vteri ſigna nuper expoſita præceſſerunt.

DESCRIPTIO CARCINOMATIS & eius in vtero ſigna & cauſæ.

CAPVT XIV.

CANCER *inæqualis tumor eſt, tactúque renitẽs,*
Luridus aſpectu, turgentibus vndique venis, Quid Cancer.
Mole grauis, ſaniem, comes eſt ſi forſitan vlcus
Effundens tenuem, fuſcam, nigrámve colore,
Cuius odor teter virus docet eſſe malignum. Carcinomatis in vtero ſigna.
Interdùm hic vterum mollem depaſcitur, & tunc
Inguinibus ferus ardor ineſt, pectenque piloſus,

Venter & inferior quatitur lumbique dolore.
Atra parit cancrum bilis, clausoque calore
Effera, quæ molles solita est erodere partes,
Imprimis uterum, geminasque in pectore mammas.

COMMENTARIVS.

Cancer unde nomen habet.

HIc affectus ab animali Cancro nomen habet. Quod vt asperum ac durũ est, & si quid forcipibus suis ceperit, haud facile dimittit: ita tumor iste prominet, tactuque tenititur & ægrè tractabilis est, nec ab eo loco, in quo semel hæserit, auelli tollique potest. Cuius feritas ex eo cognoscitur, quòd quo blandius tractatur, hoc sæuior & insolentior est. Cuius ideo curationem Hippocrates tentari veruit. Inæqualis autem hic tumor est cum rotunditate. Pariunt hanc inæqualitatem venæ, quæ in ambitu turgidæ, cancri pedum effigiẽ exprimunt, vt tumor ipse Cancri corpus. Lutidus autem aspectu est, ob nigricantes venas: grauis quia fæculentus est, nec meabilis humor, qui cancrum facit. Qui si cum vlcere est, saniem, non verum pus effundit. Nec enim pepasmi capax est hic humor atrabiliarius, quum sit toto genere præter naturam. Partes verò laxę, molles, & quæ crassissimam materiam prompè suscipiunt, eædem & cancrum, ex Æginetæ, facile cõtrahunt. Ideoque quum in omni corporis parte molli cancer oriri possit, in mammis vteroque maximè versari consueuit. Calor in hoc ac dolor est quasi ferientis acus: minùs quidem in vlceris experte, magis in exulcerato, præcipuè si causa sanguis est feruidus & atra bilis. Nam melancholicus humor, frigidus nimirum & siccus, grauat quidem, sed exiguo vel nullo doloris sensu.

Hippoc. aphoris. 38. lib. 6. aphoris.

Cancri signorum causa.

Paulus Ægin. c. 26. lib. 4. de re medica.

MOLÆ SIGNA, CAVSÆQVE.

CAPVT XV.

Signa Molæ satusque communia.

Onceptum primis fallit Mola sæpe diebus.
Menstrua nam cessant, lumbi grauitate premuntur,
Vtraque mamma tumet, sensimque attollitur imus
Venter, et appositæ pariunt fastidia mensæ.

Signa molæ propria.

Sed dolor hinc veluti pungens, vitiumque coloris,

Et graciles artus, onerosum in pectine pondus,
Non motus leuis atque fugax, gestatio longa,
Duraque pars uteri quando est, Mola uera putetur. *Mola causa.*
Quam multi generant menses & inutile semen.
Hinc caro multa, sed informis, sine munere motus
Et sensus, quia morbosum quod semen in ipsa est.

COMMENTARIVS.

MOla, caro quædam est informis, quæ veluti fœtus in uteri capacitate gignitur, alimentumque sumit per venas, quas intùs habet, nutritur & augetur more plantarum. Ideò velut in conceptu, sic in Mola menses supprimuntur, menstruo sanguine in alimentum abeunte: ponderis sensus est in lumbis, quoniam hi subiacent materiæ mensium & Molæ corpori. Mammæ turgent, translata illuc ex uteri venis sanguinis portione. Venter attollitur, quia Mola pariter ac fœtus incrementum sumit in utero ventri subiecto. Fit etiam anorexia, quia dum impletur uterus, intestina sursùm attolluntur, & inferius os ventriculi subleuant: inde commouetur bilis, cibique uel corrumpuntur, uel non digeruntur. Molam verò à uero fœtu distinguũt signa sequentia, quorum hæ causæ sunt. Dolor veluti punctorius est in Mola, corrumpi iam incipiente materia. Nec enim hic humores, ut in legitimo fœtu natura regit. Fædatur color, quia natiuus calor & sanguis alteratur. Corpus uelut atrophia contabescit, quia ventriculus & hepar nutriendis partibus dicata languent: ventriculus quidem Molæ pondere pressus: Hepar autem refluente sanguine quasi suffocatum, unde sequitur interdum hydrops. Pondus in pectine, toroque hypochondrio grauans, cùm ob incumbentem Molam, tùm & suppressos menses. Motus etiam est instar lapidis, quia Mola naturali duntaxat motu cietur, fœtus autem etiam animali. Quamobrem hic calcitrans, sursùm, deorsum, & in utrúque latus ferri percipitur: Mola tantùm deorsùm, sua nempe mole præcipitata. Quæ quadragesimo die, tertióve mense sæpius excluditur: per multos etiã interdum annos, totaque uita gestatur in utero, perseseque mollis scirrhosum corpus contrahit, à scirrho tamen distinctum, quia hic in uteri substantia, in eius verò capacitate Mola continetur. Cuius generationis duæ causæ sunt: efficiens quidem uiri semen paucum & infœcundum, eo nempe calore destitutum, quo perfectè formam hominis absoluat: materialis verò copia mensium ad semen accedens, eiusque formatricem uim, si qua sit, obruens. *Mola quid?* *Molæ fœtusque signorũ causæ.* *Causæ signorum Molam à uero fœtu distinguentium.*

GONORRHOEÆ MVLIEBRIS veræ, seu simplicis, & virulentæ signa & causæ.

CAPVT XVI.

Gonorrhœa mulebris simplicis signa.

SEMINIS *effluuium maris instar fœmina sentit.*
Quod si sit simplex, uteri è ceruice serosum
Ac niueum fertur vicibus, paucúmque, sine vllis
Illecebris veneris, sine mœsto, acrique dolore,

Gonorrhœa virulentæ signa.

Non fœtore graui. Sin virus miscuit illi
Congressus mala sors, fœdique cupidinis ardor,
Crassius est, niuei, flaui, viridisque coloris,
Acre, cutim lacerans, grauiter fœtentis odoris,

Vide cap. 22. & 33. lib. 3.

Assiduque fluens, comes est cui sæpius vlcus.
Causa Gonorrhœæ par huic quæ dicta virorum.

COMMENTARIVS.

Gonorrhœa vera mulierum quid ab vtero fluore differat.

GONORRHOEA vera mulierum non multum ab vterino fluore distare videtur: nisi quod in hoc maius effluuium est, in illa minus: Gonorrhœa virulenta vt ab ingenti, nec vulgari corruptela contrahitur, ita se promit virulentis, summeque fœtidis excremẽtis. quæ vix in vterino fluore videas in quo communis humor in vitio, non vt in Gonorrhœa semen, cuius vt natura præstantior, ita putredo deterior. LOCIS etiam inter se distinguuntur. Vterinus quippe fluor ab uteri capacitate manat: à spermaticis vasis Gonorrhœa. Fertur in uteri ceruicem fluoris vtriusque matteria, quæ quùm acris est, & excedens, pudendum vlcere contaminat.

Gonorrhœa virulentæ prauitas.

INFLATIONIS, SEV TENSIONIS vteri notæ, causæque.

CAPVT XVII.

Inflationis seu tensionis vteri signa.

TENDITVR *inferior venter, pectenque tumore.*
Pars quoque tensa dolens imitatur tympana tactu,
Flatibus inclusis vtero, quos fœmina lætè
Percipit efferri nonnunquam è sede verenda,
Seu ceruice vteri, qua se exonerare sueuit.
Causa quidem flatus, sed & huius crassior humor,
Sanguinis aut grumus, gelidi qui cogit & arctat
Os vteri, nec ab hoc patitur secedere flatum.

COMMENTARIVS

Tensionis vteri causæ.

TENSIONIS vteri causa flatus est, qui vel à crudo humore, qualis est pituita crassior, vel à sanguinis grumo os eius obstruente suscitatur. Quæ tensio dolore afficit propemodum assimili colico: non tanto tamen quum vterus amplior, laxiorque sit & carnosior Colo. Tensus autem vterus quũ percutitur sonat, ab inclusa huic flatulenta materia, qualis est ea quæ Tympanitem hydropis speciem parit. Distinguitur in hoc, quod Tympanites vniuersum ventrem occupet, vteri flatulentus tumor duntaxat inferiorem: flatus autem in hoc affectu per vteri ceruicem exitus idem solatium adfert, quod crepitus per podicem in cruciatu colico. Flatulenta namque materia, quæ in vteri vacua capacitate coërcebatur exclusa, tensio dolorque conquiescit.

Tensionis vteri à Tympanite discrimen.

HYDROPIS VTERINI SIGNA, & causæ.

CAP. XVIII.

Hydropis uterini signa.

PONDVS ineſt vtero grauius, ſi gignitur hydrops.
Nec velut in flatu digitis pars dura reſiſtit.
Sed vario motu ſurgens vnda atque relabens
Fluctuat, & tactu mollem notat eſſe tumorem.
Huius vt Aſcite cauſa eſt vitiúmve Lienis.
Cauſa. Aut lecoris, quibus occulta regione viarum,
Copia multa ſeri vacua in matrice recumbit.
Suppreſſive diu menſes, quibus ichor in omne
Incumbens uteri ſpatium diſtendit, & implet
Paulatim ventrem medium ſtagnantibus vndis.

COMMENTARIVS.

Sig rorum huius loci cauſa.

SEROSVS & aqueus tumor, qualis qui cõſtituit hydropem, flatulẽto grauior. Hic enim aëreus, aqueus ille. Tumor & hic quem flatus pariunt digitis non cedit, quia tenditur: ideóque tenditur quia ſucceſſit in eo contentus aër tùm à motu, tum ab aliquantulo calore. Cedit verò tactui tumor aqueus, quoniam impenſè mollis.

ASCENSVS AC DESCENSVS VTERI notæ, cauſæ.

CAPVT XIX.

Aſcenſum vteri ſigna.

ASCENSV tumidæ dolitant præcordia metræ,
Defectus cordis leuis ac Dyſpnœa fatigat.

Signa deſcenſus.

Deſcenſu grauis anus, vt muliebre pudendum.
Non facilis lotio datur exitus, effugit, horret
Fœmina congreſſus, petijt quos antè viriles.

Aſcenſus & Deſcenſus vteri cauſæ.

Crebra grauiſque vteri geſtatio, caſus & ictus,
Humoris multi perfuſio laxat habenas,
Datque vtero ſpatium, quo ſe modò iactet ad auras,
Aſcendatque locum ſuperum, modò flectat ad imum,
Vt fugiat quod obeſſe putat, lætumque ſequatur,
Sic ſtomachus fugat ore cibos quos ſpernit, eiſque
Obuius it, quos eſſe ſibi præſentit amicos.

COMMENTARIVS.

Signorum Aſcenſus & Deſcenſus vteri cauſæ.

DVM ſurſum attollitur vterus dolorem infert, Diaphragma namque premit, plurimum ſenſile, quia membranoſum & neruoſum: quo preſſo difficultas fit ſpiritus, quoniam arctatur interna thoracis capacitas: ideoque ſequitur & animi defectio, corde non ſatis ventilato. Talis autē aſcenſus cauſa flatus eſt, vaporque tenuis, qui facile diſſipatur ac euaneſcit: vt admota manu calida, qua deorſum deuoluitur vterus. In huius verò deſcenſu grauatur inteſtinum rectum & pudendum, his enim incumbit: vrinę difficultas eſt, quia veſicam ſua mole premit, eiuſque vias occludit. Tumque mulier viriles amplexus reformidat, quia muliebri pudēdo, ſedi Veneris incūbit vterus, cuius corpus craſſum eſt, denſum ac dolorem tum inducens, ratione febroſarum partium quibus alligatur inteſtino recto veſicæque: quas diſtendi neceſſe eſt, laxatis ligamentis robuſtis, quæ illum oſſi ſacro ſpinæque connectunt. Nihil eſt autem quod æque Venerem arceat ac dolor: ſiquidem Venus eſt excellens tangibile, natura conceſſum animantibus ad ſpeciei cuiuſque con-

Quid Venus & cur fugienda.

Excellens ſenſibile, corrumpit ſenſum.

Excellens tangibile corrumpit animal ex Ariſtotele.

seruationem. Quod quia corrumpit animal, & animum à diuinis auocat, fugiendum esse plurimi magni viri censuerunt.

CONCEPTVS SIGNA, causæque.

CAPVT XX.

Conceptus signa.

HORROR *ab ardenti coitu, semenque retentum,*
Supressi menses, Veneriſque remissior ignis:
Os uteri clausum, mamma utraque turgida, ventris,
Lumborum, laterumque tumor sine pondere, liuens,
Exortis facies maculis, et segnis ocellus,
Conceptus causa. *Nauſea, defectuſque leues, anorexia, pica*
Conceptum perhibent. Lotio ne fide, nec ullis
Antè notis, fœtum quam nôris sede moueri.
Quo tempore conceptus fiunt, & cur incipientibus aut desinentibus mensiruis. *Concipit hæc mulier, ſucci quæ plena, viroque*
Iuncta, cui laſciua Venus ſit amica. Sed illo
Tempore conceptus fiunt quo menſtrua ceſſant,
Incipiuntque. Etenim conſpergi rore cruoris
Semen habet, iungique illo ceu glutine, fœtus
Hinc ut conſurgens, formámque, alimentaque ſumat.

COMMENTARIVS.

Hipp. lib. de carnibus.

MVLIER quum in ventre concepit, ſtatim ait Hippocrates, horret, calor, dentium ſtridor conſequitur, conuulſio occupat articulos, totumque corpus, vterumque ſegnities ac torpor. Quod fieri putem reuocatis in vterum ſpiritibus cum ſanguine, quibus calidior vterus ſemen retinet, vnde conceptus. Cuius cauſa, non ſolus calor eſt, ſed oſcula vaſorum vteri, per quę menſes erumpunt aperiri neceſſum eſt, quum mulier eſt conceptura. Quod contingit incipientibus aut deſinentibus fluere menſtruis. Hoc enim tempore nec multitudine ſangui-

Quomodo conceptus ſit.

nis

nis influentis eluitur semen, vt quum menses vbertim & copiosè fluunt, nec semen alimento suo priuatur. Sanguinis enim veluti rore conspergitur, cuius asperitate quadam, ceu visco, vteri parietibus adhæret, ibique retinetur ad fœtus formationem. Tum mulieri supprimuntur menses, quia sanguis menstruus abit in fœtus alimentum, remissior est Venus, quia mulier eo semine potitur, cuius ante desiderio tenebatur. Et si mulier grauida congressum non recusat, præter consuetudinem omnium animalium, quæ vbi grauida fuerint, fugiunt mares ex Aristotele, cui consentit experientia. Grauidæ clauditur os vteri, quoniam is omnem suam capacitatem contrahit ad retinendum semen & fœtum. Turgent mammæ, portione sanguinis illuc ex vtero confluente, vnde lac fiat, idoneum exituro fœtui nutrimentum. Tumet venter sine manifesto pondere si sana sit mulier, quia tumoris causa naturalis est. Sin etiam quid præter naturam est, vt Scirrhus, Hydrops, Mola, vel corpus cacochymia redundat, tumor est onerosus. Quia verò purus grauidæ sanguis ex vniuerso corpore distillat, & in fœtum descendit, tota fit ex Hippocrate, cũ virore pallida. Quo posito non est mirũ si languent illius oculi. Nã affluente ex omni corpore in vterum puro sanguine spiritus animales, à quibus fit visio, non æquè vigent. Hi namque fieri debent vt solent è summè tenui defœcato que sanguine. Qui si decumbit in vterum, impurum in plexu retiformi necessum est elaborari, à quibus spiritus fiant aliquantulum caliginosi. Cæterum motus fœtus in vtero, certissimum est conceptus inditium, non alia. Nam, quæ petuntur ex vrinis valdè suspecta sunt, nec dum vsu satis explorata, quamuis Auicennas plura commemoret. Supprimi possunt menses à crasso sanguine, vel vteri refrigeratione, vel ictero, vel aliis ante commemoratis causis. Potest os vteri claudi à tumore præter naturã, vt phlegmone, scirrho, tuberculo. Nauseam, anorexiam, lipothymiam inducere vitiosi possunt humores in stomacho ventriculoque stagnantes. In Mola mammæ turgent, vigentque plures notæ conceptus irritæ. Sed ad vteri regionem admota manu calida si motum percipis lenem, blandum ac ordinatum, quo venter inferior aliquantulum impellatur & attollatur, certissimum habeto fœtus indicium, quod ideo tecmirium possis appellare.

Arist. lib. 7. de animal. c. 4.

Hippo. lib. 1 de morb. mulier.

Auic. lib. 1. fen. 2. c 10 doct. 1. fen. 22. cap. 11.

Motus fœtus in vtero signum graviditatis tecmirium

CONCEPTI MASCVLI SIGNA.

CAPVT XXI.

Maris conceptus signa.

SI gestat fœcunda marem, bene tincta colore est,
Lætaturque iocis, & quum de sede recedit,
Promouet antè pedem dextrum, lecorique propinqua
Parte vteri fœtum retinet, sentitque moueri
Ocyus, & leuiter dexter micat huius ocellus:
Dextera mamma tumet magis, atque arrecta papilla est
Nigraque, lac niueum citiùs quam læua profundens,
Illiusque loci turgescunt sanguine venæ.
Causa. Causa calor maior genitalis seminis, vnde
Mas calidus magis est, solidus magis ossibus, atque
Partibus his quæ robur habent, pluriſque cruoris.

COMMENTARIVS.

Bonus calor & hilaritas vnde.

A Calore bonus color & hilaritas. At mulier quæ matẽ vtero gerit calidior est ea quæ concepit fœminã, quũ à semine quod perfectius & calidius fiat masculus: ideoque lætior & coloratior. Partes verò dextræ calidiores, quia secundum hepatis rectitudinem locatæ sunt vt scribit Galenus. Ideoque mulier quæ dextra vteri parte fœtum moueri percipit, magisque tumentem habet dexteram mammam, venas ampliores, eiusque loci magis micantes arterias: dextrúmque pedem primùm è sede progressura promouet, sæpius masculum vtero continet quia mas fœmina calidior. Quod vt probabile, sic aliquando fallax. Quum enim sit duplex generationis masculorum principium: in fœminis quidem dextra matrix, in viris autem dexter testiculus, è sinistro viri teste semen in dextrum vteri sinum immitti potest, quod quum sit imbecillius, fœmellam producet. Fieri quoque potest, vt viri semen aquosum, crudum ac languidum in frigidæ matricis cornu dextrum ef-

Gal. l. 14. de vſu part.

Cur signa masculi sunt aliquando fallacia.

fundatur, tumque patiat fœminam. Sed & aquæ crudæ frigidæque sola potio partum fœmineum efficit, sit licet in dextram vteri regionem à viro strenuo fœcundum semen emissum. Conformatur verò citiùs mas, quum à fortiore, crassioreque genitura nascatur. Idem mouetur prius, quia femella fortior est. Tempus verò principij motus ambiguum apud authores est. Nam Hippocrates mares moueri dicit trimestres. Auicennas non tertio mense quidem, sed post tertium masculos: post quartum fœmellas moueri indefinitè pronunciat. At mulieres, quibus fidem in similibus adhiberi vult Hippocrates, mares quadragesimo plerumque die, nonnumquam & mense tertio, additis ad hunc quindecim fere diebus moueri masculum: fœminam verò sæpius medio imprægnationis tempore, nimirum intra quartum & quintum à conceptu mensem sumere motus exordium asserunt, experientia longa confirmatæ. Cæterum vbi mamma maior, illic fœtus est, quia plus sanguinis in eius venas illabitur, ibi & oculus splendidior quia plures, vegetioresque spiritus in eum efferuntur. Sed in fœtu masculo mammarum papillæ nigricant, firmæque sunt & arrectæ propter siccitatem à sanguinis fuligine: plusque dextera mamma tumet, celeriusque lac effundit, quia pars ea calidior.

Marit generatio cercitior.

Hippoc. lib. de natur. pueri & 2. de morb. Auicen. lib. 3 fen. 2 tra. 1. cap. 15.

CONCEPTAE FOEMELLAE signa & causæ.

CAPVT XXII.

FOEMINEAM prægnans vtero sin fœmina prolem
Concipit, effusos à se fugat anxia risus,
Decolor est, vteri pars turget læua, sinistra
Mamma tumet, nimium tamen est ea mollis, & huius
Flaccida conspicitur, non firma ac recta papilla:
Ex qua lac mulctum citò labitur, insilit infans
Tardiùs, èque caua leuiter matrice mouetur.
Frigidius facit hoc semen, quo spiritus omnis
Fœmineus sit hebes', crudus cruor, humidiorque:
Tardat & hæc, quæ motum dat, sensumque facultas.

Concepta fœminæ signa.

COMMENTARIVS.

Cauſæ ſignorum cõceptæ fœmellæ.

QVVM natura frigidior humidiorque mare ſit fœmina, mulieri fœmellam geſtanti duplicatur frigus, quo denſatis ſpiritibus, introque ſe recipiente ſanguine fit illa decolor ac triſtis. Quumque fœtus calidiores in vteri calidiore parte conſiſtant, frigidiores etiam in vteri frigidiore loco par eſt contineri: fœmellam igitur in vteri ſiniſtro cornu. Quo fit vt vteri ſiniſtra pars, & ſiniſtra mamma tumeat: quæ mollior eſt, quoniam aquoſum, crudumque lac continet, quod è mãma mulcta cito diffluit, quia tenue. Lac verò mulieris geſtantis maſculum, quia ſuſtinet exquiſitam coctionem moderatè ſpiſſum eſt, album colore, odore gratum, ſapore dulce; quod quum in vnguem inſtillatur neque tardiùs, neque citiùs diffluit, ſed aliquandiu remanet atque conſiſtit, velut hydrargyri fruſtum, aut margaritæ granum, vt loquitur Auicennas. Fœmina verò mare tardiùs mouetur in vtero, nempe poſt quartum à conceptu menſem, vt antè notatum eſt: ſed vt hic vehemẽtiùs, ſic illa celeriùs. Quod à calore non pendet, quum ſit ea mare frigidior, ſed ab animi motibus. Eſt enim oxythima mulier, ideoque veloces ac ſubitos habet corporis motus. Adde quod illi ſeroſior, ideoque mobilior & ſanguis & ſpiritus, quam eſſe puto leuitatis eius animique cauſam.

Laſtis optimi dotes.

Cur fœmella celerior, mari vehementior motus.

MORBORVM A CONCEPTV ſigna & cauſæ.

CAPVT XXIII.

Morbi à plethora & cacochymia.

VAE *ſine ſuccorum vitio concepit, in omni*
Tempore quo grauida eſt nullis patet obuia morbis.
Sin praua humorum plena eſt, multaque ſaburra,

Signa cacochymiæ.

Euchymos refugit ſuccos, rabieque canina
Vult alienorum ſatiari mole ciborum.
Et niſi purgetur vomitu, aut medicamine blando,
Non bene tum ſpirat, mens anxia linquitur, atque

Circumfunduntur picea vertigine sensus.
Inguinibusque dolor, femorique onerosus vtrique
Hæret, vt & lumbis, & pondere crura vacillant.

Signa plethoræ.

COMMENTARIVS.

MVLIER prægnans, quæ nullo plethoræ aut cacochymiæ vitio tenetur, nihil offensionis neque molestiæ toto gestationis decursu patitur, quia natura tum nihil habens oppositum, in conuenientes vsus singula legitime disponit. Omnes verò, sed præcipuè mulieres, & inter eas grauidæ cacochymi corporis in anorexiam frequenter incurrunt, & euchymos seu boni succi cibos auersantur. Prauos enim humores in ventriculo congerunt, qui bilescunt putredine. Nihil autē est quod æque facilè vertatur in bilē si caloré aduentitium nanciscatur, quam cibi dulces. Tales sunt euchymi: quos ideo natura vitiosis humoribus turgens fastidit atque contemnit, eorumque loco cibis alienis & peregrinis, vt acidis, austeris, & omnino vitiosis oblectatur. Hinc fit, vt quæ Pica seu Malacia, caninæ famis æmula detinentur, terram, testas, carbones, pannos veteres, putria coria, crudas carnes & similia his à secundo ad quartum ferè gestationis mensem expetant. Quæ quum interdum in ventriculo concoqui nequeant, vomitiones excitantur. Ideoque repurgati debent, vt gestationis tempore minus sentiant incommodum. fœtusque, sublatis prauis humoribus, puriore fruatur alimento. Lene verò debet esse medicamentum, ne commotis nimiùm humoribus fœtus in vitæ discrimen adducatur. Maius verò periculum subit primis, postremisque mensibus. Primis quidem chorio membrana, quam secundinam appellant, imbecilliore, nec vtero satis firmiter per cotyledones alligata. Postremis autem, eadem quasi sua sponte dilabente: quemadmodum accidit arborum fructibus, qui prima generatione pediculis infirmis continentur, & vbi perfectè maturuerunt minima vel nulla vi decidūt. Quare iubet Hippocrates medio tempore, quarto videlicet ad septimum vsque mensem turgente materia medicamentum dari prægnantibus. Tum enim vehementiores motus sustinent, nec tantus metus est abortus, quum membranæ fœtum inuoluentes, vtero longè firmius inhæreant. Vena secabitur parcè, si plethoræ signa sunt, vt suo loco dictabimus.

Prægnantes cacochymiæ cur in anorexiam incurrunt.

Cur alienos cibos apetunt.

Prægnantes cacochymiæ repurgãda.

Quo medicamenti genere.

Quando.

Hipp. aph. 1. lib 2. aph.

ABORTVS FVTVRI SIGNA & cauſæ.

CAPVT XXIV.

Abortus futuri ſigna.

AC fluit è mammis aqucum, ſi perditur infans:
Quæque priùs tumidæ fuerant, gracileſcere mammæ
Cernuntur, ventris regio laterumque minor ſit.
Sunt lumbi coxæque graues, validéque moueri
Aſſolitus fœtus, rarò lentéque cietur.
Emanat primò ſanies commixta cruori,
Purior hinc ſanguis, tum grumi ſanguinis atri,
Eque locis tandem fœtus muliebribus exit.

Cauſæ.

Febris acuta, metus, mœrorque, fameſque, fluorque
Sanguinis, et ventris, vocis contentio, ſaltus,
Et pernix in equo et pede curſus gignit abortum.
Vt quæ ſuffitu lædunt, vel odore maligno:
Qui malus & nimius cibus eſt, muccoſus & humor,
Vinclaque diſſoluens vteri, & cotyledonas implens.

COMMENTARIVS.

Quid abortus & eius variæ cauſæ

ABORTVS eſt immatura violentaque fœtus excluſio. Cuius multæ cauſæ ſunt, vt metus, mœror, inedia, febris acuta, diarrhæa, ſanguinis immodica profuſio, ſaltatio, durior equitatio, vectioque, aliæque plures euidentes cauſæ. Quæ ſi deſunt, & mulieres bimeſtres aut trimeſtres abortiunt, his inquit Hippocrates, acetabula muc-

Hipp. aph. 45. lib. 5.

co plena sút nec poſſunt præ grauitate fœtum continere, ſed abrumpitur. Tum aquoſum lac è mammis elabitur ab imbecillitate coctricis mammarum facultatis, quæ ab attractricis virtutis impotentia graci-

lescũt. Quũ abortiendi verò tempus imminet, venter superior & hypochondria contrahuntur. Hypogastrium autem seu venter inferior cum lumbis expandit se atque dilatat, quia fœtus cum retento sanguine deorsum præcipitatur: qui lentè mouetur ac languidè, quoniam opprimitur à vicini sanguinis qualitate vel copia, natiuique caloris inopia languet. Manat ab vtero tum aqua sanioſa loturæ carnium assimilis, grumique sanguinis: qui rubent magis si fœtus viuit. Sin is extinctus est, nigrescunt, cùm ab aduentitio calore putrentis iam fœtus, tum ab extincto calore natiuo. Sedin vero partu primum exit fœtus expultricis facultatis vi, fœtus exitum quærentis & matris ad excluſionẽm nitentis robore: quorum imbecillitate postremo sequitur abortus.

Imminentis abortus signa, signorumque causæ.

FOETVS IN VTERO MORTVI signa & causæ.

CAPVT XXV.

EXTINCTVS *grauida fœtus retinetur in aluo,*
Si dolor est oculis, capiti cordique molestus,
Defectusque frequens, & teter anhelitus, horror
Febrilis, similisque sacri conuulsio morbi.
Venter & inferior gelidus pendere videtur,
Nec profert vteri ceruix contacta calorem.
A causis fœtus quibus excidit interit ipsis.

Signa fœtus in vtero mortui.

COMMENTARIVS.

EXTINCTO fœtu dolor est oculorum, capitis, cordis, vteri cum his partibus sympathia. Sed doloris cordis nomine cardialgiam etiam, seu cardiogmum intelligimus, oris ventriculi symptoma: quod vt lipothymia, (quam defectus nomine signamus), frequens esse consueuit, cùm ab humoribus in vtero commotis per ipsius dilatationem tum à corrupti fœtus vapore stomachum feriente. Tunc & grauida fœtidum expirat: is enim breui corrumpitur, eiusque corrupti vapores sursum elati per os matris exeunt. Cuius halitus graueolentiam interdum & ipsa percipit, quum in priores cerebri ventriculos, odoratus se-

Signorum extincti in vtero fœtus, causa.

dem, aura putris ascendit, & eosdem inquinat, & inficit. Succedit febrilis horror, & epilepsiæ conuulsio similis, putridis è fœtu vaporibus Cor Cerebrumque ferientibus. Inferior venter, cui subiacet vterus, & vteri ceruix, admota manu frigent, vel quia natiuus calor in fundum abijt, vt se putredini fœtus opponat: vel quod is ita paruus est vt externis partibus communicare se nequeat.

DIFFICILIS PARTVS INDICIA, causæque.

CAPVT XXVI.

Partus difficilis nota.

QVAE paritura breui est, & aquas, roseúmve cruorem,
Ex vtero, partu fieri nequeunte, profundit,
Quæque leues patitur, nec valdè sæpe dolores,

Causa.

Ægrius in lucem producit fœmina fœtum,
Difficilem partum mala conformatio matris,
Vis minor & breuitas vteri, ceruicis & huius
Stricta via, & pubis compages strictior ossis,
Calculus, & fæx dura facit quam continet aluus:
Fœtus & infirmus, geminus, monstrosus, & æquo
Grandior, inuoluens membranaque firmior: vno
Si pede, vel gemino fertur, seque exerit infans

Felix, facilisque partus est, quum infantis caput primum exit.

Porrecta, tensaue manu, vel vtraque, vel vna:
Inue nates duplicatus abit, ventremque, latusue
Exhibet, haudue caput, quod abit primum omine fausto.

COMMENTARIVS.

Difficultatis partus varia causa.

PARTVS difficultas his quidem paucis notis agnoscitur, sed à pluribus causis efficitur, vt mala conformatione matris, breuitate corporis eiusdem, & virium imbecillitate, dolorum in parturiendo metu, mala conformatione tum vteri, tum ceruicis eiusdem, aut eorundem angustia, firmiore ossis pubis compactione, calculo vesicæ, reliquisque

liquisque positis in versu. Quæ Medicos astantes non mediocriter angunt: chirurgis & obstetricibus maximum adferunt negotium: matrique & fœtui sæpius exitium. Quibus quanam arte medendum sit libro decimo dicetur. Cæterùm Allantoides membrana lotium iam efformati fœtus in se recipit & continet ad partus tempus, vt id cum fœtu simul exiens transitum ei facilem lubricumque præbeat. Quod si totum effluat priusquam fœtus excludatur, viæ fiunt ob siccitatem asperæ, per quas ideo summo cum labore fœtus egreditur. Idem cõtingit, si multus sanguis exeat ante partum. Quo instante si fœtus se valide mouet, manibus pedibusque calcitrans cum frequentibus doloribus, facile citoque secedit ab vtero. Nam illum inuoluentes membranæ, quæ tres numero sunt, allantoides, amnios, & Chorion, citò rumpuntur, hisque ruptis foras exilit. Sin is parùm & inualidè se explicat, languidi dolores & ex longioribus interuallis recurrentes sentiuntur. Etenim cotyledones, acetabula vocant, secedunt ægrius, vixque Chorion ab vtero diducitur, ideoque difficilis partus est.

Allantoides fœtus serum seu lotium continet ad partus tempus.

Signum subitus partus.

Membranarum fœtum inuoluentium numerus.

Longioris partus ratio.

EXANTHÆMATVM INDICIA, causæque.

CAPVT XXVII.

Exanthæmatum signa.

ERVMPENT *illis papulæ, quibus oris hiatus*
Crebrior, expansæque manus, corpusque per omne
Punctio, cum querulo capitis dorsique dolore,
Raucaque vox, faciesque rubens, lachrymæque profusæ,
Spiritus haud facilis, naris pruritus & auris,
Et pauor in somnis tremulus, febrisque, sitisque est.

Causa.

Causa venenatus vapor est, humorque malignus,
Aeris enatus vitio, vitiúmve ciborum,
Vel proprius sanguis, sanguis vel menstruus, hærens
In cute, seque in ea manifesto tempore promens.

His ideo pueri nuper genitalicis ab aluo
Educti, impubesque magis tentantur, eadem
Incurrunt numquam raróve virive, senesve.

COMMENTARIVS.

Exanthemata & Ecthymata quid, horúmque differentiæ.

EXANTHEMATA & Ecthymata Græci vocant eruptiones leues efflorescentes in cute, quas Latini papulas appellant: quarum differentiæ plures. Quædam enim rubræ, flauæ, pallidæ, violaceæ, liuidæ, nigræque conspiciuntur, pro humoris qui cutem inficit colore vario. Quædam in fastigium attolluntur & extuberant: aliæ deprimuntur & latæ sunt, vt plus minusve caloris obtinet hæc, ex qua fiunt materia. Nonnullæ sine dolore sunt, sine pruritu, sine vlcere. Quædam contra pruritum excitant, & summum inferunt scalpendi desiderium, cutim exasperant, rodunt & exulcerant, sanieque virulenta plerumque fordescunt. Aliæ porro malignæ sunt & exitiosæ, vt quæ pestilenti constitutione grassantur, quæ febribus acutis superueniunt cum symptomatum exitialium syndrome: quæque sub mortem, & in morte certis corporis partibus excitantur: quæ quia rubræ sunt, purpuræ nomine vulgo designantur. Aliæ critico modo nascuntur, quales in synochis febribus interdum apparent: vt & variolis atque morbillis, criticis quidem interdum, sæpe tamen symptomaticis, ideoque medici manum poscentibus. Quas maculas rarissimè senibus & viris, sæpius iuuenibus & adolescentibus, sæpissime pueris & infantibus videri solitas ex mẽstruo gigni sanguine qui poris corporis inhæsit & robore naturæ tandem excluditur, Arabum est opinio. Quum autem eruptura sunt papulæ, maximeque variolæ morbillique fit oscitatio in musculis inferioris maxillæ, & pandiculatio, varijs in locis contento spiritu flatulento. Punctio nascitur ob humores acres in cutem elatos, cuius densitate coguntur & in papulas abeunt. Capitis dolor est, puttidis vaporibus eò delatis cum sanguine. Dorsi grauitas querula, quoniam huic vena caua subiacet, in qua quia multus est sanguis isque feruidus, in eo lumbisque maculæ primùm & maximè cernuntur. Raucedo fit, liquata vi febrilis caloris in cerebro pituita, eaque in fauces decumbente: vel excitatis exanthæmatis in vocis organis. Interdum enim guttur, pulmones, intestina cum alijs interioribus partibus hîc scatere deprehenduntur. Inuoluntariæ lachrymæ decidunt, non tam ab imbecilla retentrice, quam ab orgasmo, etsi ab vtroque. Sique papulæ sint mali moris, non modò difficilis anhelitus, sed & ingens febris, æstus, iactatio corporis, creber animi defectus, & alia generis eiusdem pernicioſa signa se proferunt. Prurigunt nares ab acrioribus illis humoribus. Pauent in hoc affectu cum tremore maximè pueri, ob agitationem spirituum animalium, & neruosi generis infirmitatem.

Variæ papularum naturæ.

Variolarum & morbillorum causæ sed alia atque alia in mansuetæ ætatibus.

Signorum in exanthæmatis apparentium causa.

FEBRIS PORPHYROIDIS, SEV purpuratæ ſigna, cauſæque.

CAPVT XXVIII.

SANGVINEVS *nuper, qui Gallica corda Comes*
Terruit aſpectu, præter ciuilia bella
Intulit & peſtem: cuius fundamina iecit
Illa febris, rubicunda dedit cui purpura nomen.
Quæ vetus aut non eſt, aut non meminere vetuſti:
Non reticenda tamen. Si quidem hanc comitantia ſigna
Effera ſunt & rara, alijs neque congrua morbis.
Nam ſimul ac cepit ſopor eſt, animuſque frequenter
Linquitur: vrinæ variæ: modò namque videntur
Sanorum ſimiles, nullumque referre periclum:
Inſtar aquæ tenues, craſſæ modò, deinde rubentes
Confuſæque. Tremit pulſus, crebróque mouetur
Non pleno pulſu, ſic paruus at ipſe, petentem
Vt fugiat plerúmque manum, nec ineſſe putetur.
Fit vaga mens, vaga lingua, madens magis, arida rarò,
Non cubat in dextrum læuumque, ſupinus at æger.
Purpureæ fœdant maculæ lumboſque, nateſque,
Vt genus omne cutis: mollemque feruntur in aluum,
Quæ tetro fœtore grauant, cineritia, flaua,
Albaque, quæque virent, & quæ ſunt ruffa colore,
Non compacta, ſeri ſed aquæue imitantia formam.
Fit grauis auditus, hebes eſt, rationis & impos
Mens, abeunte licet morbo, phreneſique remiſſa.
Sed redit ad ſeſe ſenſim, craſſóque vapore,

Inſignis Cometa viſus apud Gallos anno ſalutis 1579 peſtis & ciuilium bellorum portentum.

Purpuratæ ſedes ſigna.

Vrinarum in purpurata febre varietas.

Pulſus tremulus, paruus ac frequens.

Lingua tremula & vulſa.

Deiectionũ varietas & ſedes.

Quum in declinatione purpuratæ febris faciei, manuſque tument ſæ-

Signum significans mortem, si non cessat.

Discusso, statuque manu, facieque tumente
Si non est dispnœa, licet sperare salutem.
Efficit hanc humor corruptus ab aere fœdo,
Vel prauo, nimioue cibo: quo summa putredo
Sanguinis, unde cutis florum conspergitur instar
Purpureis maculis: quæ, si febris acrior urit,
Denique puniceum referunt, violæue colorem.
Sed magis e cœlo deducta malignior aura,
Et malus aspectus, paulóque seuerior astri.
Vel caput in nostrum diuini numinis ira
Justa cadens, qua dum premimur pro crimine nostro,
Vota, precesque Deo primum, quem læsimus ipsi
Fundamus, veniamque humiles, pacemque petamus.
Tum medica sanare manu nitamur: abundè
Suppetias dabit hic, causa est qui prima salutis.

Causæ.

COMMENTARIVS.

Porphyrois seu purpurata febris cur appellata.

HÆc febris Porphyrois, seu purpurata nominatur, quod in ea corpus maculis purpureis fœdari, ungique soleat: per se nascens, & primaria, non aliis febribus superueniens, peculiaribus cognita signis & obseruata Lutetiæ millies à nobis, quo tempore magna ciuium strage sæuijt anno salutis millesimo quingentesimo octogesimo primum: inde 1590. & 1596. Cuius originem à magno Comete repetimus, qui priùs, anno nempe 1579. visus est multis diebus in Gallia sub vesperum cœlo sereno ab Oriente per meridiem in Occidentem rapidissimè ferri, colore puniceo, crine longo: qui minari visus est Gallis ea, quæ subinde nimium experti sumus; nempe clades & funera morbis innumeris, & bellis consequuta ciuilibus. Est enim ex occultis naturæ causis Cometa, supraque qualitates elementarias diuinum quid habens, sed nunquam impunè videri solitus: ideoque dirus, sanguineus, tristis, terrificus, metuendus crine minaci dicitur à Poëtis, quia pestes, bella, principum interitus, regnorum mutationes, & alias humano generi clades solet portendere: quod & Astronomi docent, perque multa secula demonstrauit euentus. Cometem verò quo maior est ac diuturnior, hoc sæuiores, magisque perennes calamitates inferre volunt: ideoque quum hic noster diu visus sit sanguineo colore, magnitudine stellam Veneris longo interuallo superante, non sine causa per multos annos effectus suos in

Origo purpuratæ febris cum quæ orta sit anno 1580.

Descriptio magni Cometæ.

Cometa, Meteorum est igneum, quod ab exhalatione in suprema aeris regione consistit.

Gallos exercuit. Purpurata verò febris continua est, alterius à reliquis febribus generis. Nam etsi propius accedere videtur ad Synochum, non accedit tamen. Siquidem in synocho magnus creberque pulsus, vrinæ rubræ crassæque sunt. in hac tam exiguus, vt vix sentiatur: vrinæ variæ. Neque Cautus est, quoniam in eo calor adurens, lingua sicca. sitis ingens: in hac febre nec sitis est nec manifestus calor, sed sopor, & linguæ sæpius, etsi non semper humiditas. Non eadem de quotidianarum tertianarum, aut quartanarum est genere, quum huius, & illarum signa minimè respondeant. Sed credibile putredinem insignem omnibus humoribus insidere, quæ purpuratam hanc febrim inferat. Quamuis enim purpureæ maculæ quæ cutim inficiunt, indicent peccare sanguinem; deiectionum etiam & vrinarum varietas non eum modo, sed & reliquos à sanguinis massa seiunctos humores sentire labem, parique cum sanguine contagio fœdari significat: vt inde bene colligas eam ab omnium qui sunt in corpore succorum insigni putredine generari, cuius à cœlo prima causa petenda sit, quia non sporadicus, sed epidemicus & popularis affectus esse consuevit, isque pestilens, & si non pestis. In qua febre sopor est à copia vaporum è sanguine caput implentium: delirium à maligna qualitate spiritus animales agitante: lipothymia frequens ab oppresso Corde, qua causa pulsus paruus, conuulsiuus ac tremulus. Varietas vrinarum à variorum humorum natura nascitur. Suntque tenues vt plurimùm deiectiones & aquosæ, quia crudæ: crudæ verò quia tardius natura coctionem aggreditur ob humorum febrilium varietatem, copiam & feritatem: quæ si non inspissantur, perstantque variæ & graueolentes, funestæ. Lingua tremula est à conuulsione, delirio, nimioque quo perfunditur humore, quo fit, vt rarius appareat arida. Supinus decubitus est, tum quia vena caua incumbens dorso sanguine turget, vnde lumbi nateſque sanguineis maculis imprimis conspurcantur, tum quia motrix facultas languida, peneque sepulta, nimium oppleto cerebro, motus sensusque principio. Grauitas auditus & hebetudo mentis ab ijsdem fit causis quibus & sopor. Flatus in facie manibusque in huius febris declinatione διαφόρησιν, seu discussionem & euaporationem humoris morbifici per insensiles cutis meatus indicat: vbi pariter spirandi facilitas, in thoracis affectibus salutare signum affulserit.

Purpurate febris ab aliis discrimen.

Causa communis purpuratæ febris.

Causæ signorum purpuratæ febris.

Pulsus σπασμώδης τρόμος, id est, conuulsiuè tremulus.

Signum est immensum crassum dissentiens morbum indecisore salutarem, si melioris signa paulatim affulgeant.

Causæ.

Discussa, sinatuque manu, facieque tumente
Si non est dispnœa, licet sperare salutem.
Efficit hanc humor corruptus ab aere fœdo,
Vel prauo, nimioue cibo: quo summa putredo
Sanguinis, unde cutis florum conspergitur instar
Purpureis maculis: quæ, si febris acrior urit,
Denique puniceum referunt, violæue colorem.
Sed magis è cœlo deducta malignior aura,
Et malus aspectus, paulóque seuerior astri.
Vel caput in nostrum diuini numinis ira
Justa cadens, qua dum premimur pro crimine nostro,
Vota, precesque Deo primum, quem læsimus ipsi
Fundamus, veniamque humiles, pacemque petamus.
Tum medica sanare manu nitamur: abundè
Suppetias dabit hic, causa est qui prima salutis.

COMMENTARIVS.

Porphyrois seu purpurata febris cur appellata.

HÆc febris Porphyrois, seu purpurata nominatur, quod in ea corpus maculis purpureis fœdari, tingique soleat: per se nascens, & primaria, non aliis febribus superueniens, peculiaribus cognita signis & obseruata Lutetiæ millies à nobis, quo tempore magna ciuium strage sæuijt anno salutis millesimo quingentesimo octogesimo primum: inde 1590. & 1596. Cuius originem à magno Comete repetimus, qui prius, anno nempe 1579. visus est multis diebus in Gallia sub vesperum cœlo sereno ab Oriente per meridiem in Occidentem rapidissimè ferri, colore puniceo, crine longo: qui minari visus est Gallis ea, quæ subinde nimium experti sumus; nempe clades & funera morbis innumeris, & bellis consequuta ciuilibus. Est enim ex occultis naturæ causis Cometa, supraque qualitates elementarias diuinum quid habens, sed nunquam impunè videri solitus: ideoque dirus, sanguineus, tristis, terrificus, metuendus crine minaci dicitur à Poëtis, quia pestes, bella, principum interitus, regnorum mutationes, & alias humano generi clades solet portendere: quod & Astronomi docent, perque multa secula demonstrauit euentus. Cometem verò quo maior est ac diuturnior, hoc sæuiores, magisque perennes calamitates inferre volunt: ideoque quum hic noster diu visus sit sanguineo colore, magnitudine stellam Veneris longo interuallo superante, non sine causa per multos annos effectus suos in

Origo purpuratæ febris cum quæ anno 1580.

Descriptio magni Cometæ.

Cometa, Meteorum est igneum, quod ab exhalatione in suprema aeris regione nascitur.

Gallos exercuit. Purpurata verò febris continua est, alterius à reliquis febribus generis. Nam etsi propius accedere videtur ad Synochum, non accedit tamen. Siquidem in synocho magnus creberque pulsus, vrinæ rubræ crassæque sunt: in hac tam exiguus, vt vix sentiatur: vrinæ variæ. Neque Cautus est, quoniam in eo calor adurens, lingua sicca, sitis ingēs: in hac febre nec sitis est nec manifestus calor, sed sopor, & linguæ sæpius, etsi non semper humiditas. Non eadem de quotidianarum tertianarum, aut quartanarum est genere, quum huius, & illarum signa minimè respondeant. Sed credibile putredinem insignem omnibus humoribus insidere, quæ purpuratam hanc febrim inferat. Quamuis enim purpureæ maculæ quæ cutim inficiunt, indicent peccare sanguinem; deiectionum etiam & vrinarum varietas non eum modo, sed & reliquos à sanguinis massa seiunctos humores sentire labem, parique cum sanguine contagio fœdari significat: vt inde bene colligas eam ab omnium qui sunt in corpore succorum insigni putredine generari, cuius à cœlo prima causa petenda sit, quia non sporadicus, sed epidemicus & popularis affectus esse consueuit, isque pestilens, & si non pestis. In qua febre sopor est à copia vaporum è sanguine caput implentium: delirium à maligna qualitate spiritus animales agitante: lipothymia frequens ab oppresso Corde, qua causa pulsus paruus, conuulsiuus ac tremulus. Varietas vrinarum à variorum humorum natura nascitur. Suntque tenues vt plurimùm deiectiones & aquosæ, quia crudæ: crudæ verò quia tardius natura coctionem aggreditur ob humorum febrilium varietatem, copiam & feritatem: quæ si non inspissantur, perstantque variæ & graueolentes, funestæ. Lingua tremula est à conuulsione, delirio, nimioque quo perfunditur humore, quo fit, vt rarius appareat arida. Supinus decubitus est, tum quia vena caua incumbens dorso sanguine turget, vnde lumbi nateſque sanguineis maculis imprimis conspurcantur, tum quia motrix facultas languida, peneque sepulta, nimium oppleto cerebro, motus sensusque principio. Grauitas auditus & hebetudo mentis ab ijsdem fit causis quibus & sopor. Flatus in facie manibusque in huius febris declinatione διαφόρησιν, seu discussionem & euaporationem humoris morbifici per insensiles cutis meatus indicat: vbi pariter spirandi facilitas, in thoracis affectibus salutare signum affulserit.

Purpurata febris ab alia discrimen.

Causa conuincta purpuratæ febris.

Causa signorum purpuratæ febris.

Pulsus σπασμώτρους, id est conuulsiuè tremulus.

ARTHRITIDIS SIGNA ET CAVSÆ.

CAP. XXIX.

Arthritidis à capitentatæ signa.

MAI capitis grauitas segni comitata veterno est,
Occipitisque tumor ceræ instar mollis, & albus,
Densaque quæ caluam superat cutis, atque deorsum,
Frigidus, assimilisque sero delabitur humor,
Ceruicem feriens, humeros, cubitosque, manusque,
Vel dorsum incuruum, coxamque, genuque, pedesque:

Arthriditis à tecore signa.

Humidius caput est gemebundæ Arthritidis author.
Sin hæc signa latent, & protinus icta dolore
Pars tumet, atque leui pallet cum febre, rubet ve:
Tum Iecur in vitio est, & turgida vena cruore,
Namque fluit Cerebri, Iecorisque è sedibus humor

Humorum in Arthritide dominantium signa.

Mollis in articulos. Actum pituita putetur,
Albus si tumor est, propè nullo extante dolore.
At sanguis, dolor est vbi pulsatorius, atque
Vena tumet, partisque rubet tumor igneus illic,
Si tumor exiguus, pallens color, ac dolor acer,
Flaua viget bilis. Color est sin plumbeus, atra.
Frigoris hinc sensus, pergit dolor intus ad ossa.

Causa.

Causa mali fluor est, quem turgidus excitat humor,
Articulum quoque vis malè firma & laxa, potentis
Nata meri vitio, venerisque, cibique nocentis.

COMMENTARIVS.

Arthritis quid, & quot eius species.

ARTHRITIS communis omnium articulorum dolor est. In cuius initio articulorum vincula, & quæcunque ex ossibus orta sunt, & in ossa inseruntur, dolere incipiunt. Quumque malum auctum est, suturæ capitis, vertebræ ceruicis, dorsique dolent, ossisque sacri postrema pars. In articulis tophacea quædam coalescunt

vt nihil ferè sit in vniuerso corpore doloris expers, inquit Aretæus. Huius tres species, Ischias, Chyragra, Podagra. Si dolor a poplite vel tibia transit in Cotylam, seu coxæ cauum, aut clunem aut lumbos tantùm, Ischias est. Sin magnum pedis digitum dolor primùm occupat, rursum calcem in priori parte qua nitimur, deinde cauum, & postremus omnium intumescit malleolus, Podagra. Si soli manus articuli dolent, aut simul afficitur flexura cubiti, chyragia. Quùm in omnibus hisce partibus sæuit dolor, arthritis est, quam à podagra principium sumere solitam esse scribit Galenus. Est autem Arthritis morbi genus vt acerbitate doloris horrendum, ita si radices egerit, tam infaustum in curando, vt in eorum numerum asciribatur, quæ vulgus appellat Medicorum opprobria. Cuius causa vitiosus, ac redundans humor est, in articulis fluxione primùm, inde congestione cumulatus: qui vel sanguineus est: vel quod sæpius, pituitosus, aut è pituitoso, bilioso que mixtus ex Galeno. Solum tamen humorem frigidum Arthritidis causam statuit, non tantum ex Neotericis eruditissimus Fernelius, sed & inter veteres Medicos eximius scriptor Aretæus. Quorum rationes etsi maximi momenti sunt, superat tamen eorum opinio, qui varios humores Arthritidem parere confirmant. Nos verò duplicem eius fontem agnoscimus, Cerebrum, & Hepar, viamque fluxionis à cerebro, quam non minus acutè quam verè statuit Fernelius & humoris speciem admittimus. Sed & varios humores ab hepate venisque in articulos influere cum Galeno, cæterisque claris authoribus consentaneum iudicamus, expositis signis, quibus humoris cuiusque dominium indicatur: à quibus erit etiam petenda curandi ratio, quam libro decimo sequimur, vt nimirùm Arthritidem à pituita plegmagogo pharmaco, & discutientibus admotis: à bile cholagogo, topicis anodynis, & refrigerantibus: à sanguine phlebotomia: melanagogis hanc quæ fit à melancholia sanemus. Cur autem à varijs humoribus lacessantur articuli facit partium mittentium robur, recipientium imbecillitas naturalis, aut parentum arthriticorum vitio contracta, viarum laxitas, ac tenuitas humorum influentium. Tenuitas autem ista serum est, cuiusque humoris excrementum: quod est tenue quum in articulos influit: in quibus quum delituerit diu, crassior ac viscosior efficitur humor, à quo gignuntur tophi seu nodi, quibus articuli dissiliunt, foraque prominent. Periodicus hic morbus est, Vere quo sanguis augetur, & Autumno, quo generantur ichores exacerbari solitus. Vnde scripsit Hippocrates Sæpiùs Autumno fiunt ac Vere podagræ.

Aret lib. 2. de sig. & caus. acut. mort. c 12.

Gal. comm. ad aph. 28. lib. 6. aph.

Arthritidis causa.

Gal. l 10. de comp. med. secundum loca.

Fernel lib. 6. path. c. 18.

Arthritidis origo duplex.

Adiuuantes Arthritidis causæ.

ELEPHANTIASIS SIGNA ET CAVSAE.

CAPVT XXX.

Elephantiasis incipientis signa.

EOEDA *Leontiasis solita est quæ lepra vocari,*
Quæque Elephantis habet nomen, dat mitia primò
Signa suæ feritatis, inest quia copia somni,
Dulcis & alta quies, creberque cupidinis ardor,
Et veluti sanis interdum durior aluus.

Increscentis nota.

Dein stupet, et gelido violatur frigore corpus:
Nec flos ille manet, qui viuidus esse solebat,
Sed flauo cutis est, albo, nigróve colore,
Duraque, fissurisque patens, rimisque dehiscens.

Elephantiasis cõfirmatæ signa.

Sæuiùs at glisce nte malo grauis halitus exit,
Rauescit quoque vox, lotium turbatur et albet,
Liuet, et obscœnum facies malè tincta colorem
Induit, assurgunt varij fœdique tumores,
Labraque crassescunt, inuertunturque, colorque
Plumbeus illarum parte inferiore videtur.
Quaque patere solet crustatur, & vlcere naris
Obstruitur piceo, tenuatur et auris, eique
Immixto nigrore rubet, maiorque videtur
Quam prius, & partes naturæ lege pilosæ
Glabrescunt, flauent oculi, fixique tenentur,
Lucentesque minùs curuum sinuantur in orbem;
Contrahitur quoque frons, multisque fit aspera rugis,
Lingua tumet varis, & ei vtraque subdita vena
Nigricat: est Lichen, quem Psora & lepra sequuntur.

Incubus

Incubus exercet, terrent vaga somnia, mœror
Assiduus comes est, humeri panduntur vt alæ,
Spiritus est tardus, pulsus quoque. Denique sensus
Deperit, & cana maculatur grandine corpus.
Causa melancholicus sanguis, terrenus & omnis,
Vstus, limosus, salsus, concretus & humor: *Elephantiasis causa.*
Sæpius at niger è Iecore aut è Splene, per omnes
Corporis effusus partes, & labe maligna
Totam corrumpens vitiato corpore massam.
Cuius pernicies tanta est, contagio tanta,
Lædat vt accumbens elephanticus, aere lædat,
Qui spurco vel ab ore meat, vel corpore toto.
Quique elephantiaco satus est de semine, lepram
Incurrat, vitio quæ seminis hæret in illo.
Sed noua ne tanti fiat generatio morbi, *Quenam aduitandâ elephantiasin fugiendo*
Vitentur carnes asinæ, ceruique, bouisque,
Viscosique cibi reliqui crassique, falernum
Crassius, atque vigil quæ corpora cura perurit.
Iuncta viro mulier quando muliebria surgunt,
Se metuat miscere viro, veneremque repellat.

COMMENTARIVS.

ELEPHANTIASIS cancrosus est vniuersi corporis tumor. Cuius materia melancholicus humor est, qui venenatam qualitatem asciscens, viscetibus primùm, deinde partibus omnibus contagiosum virus impertit. Eo demum inquinatæ, terrenum hunc & melancholicum succum vel ex purissimis alimentis gignunt: eiusdem veneni participem quo imbutæ nutritæque, in similem denique naturam abeunt, totiusque substantiæ morbus efficitur. Qui dicitur elephantiasis, quia cum Elephante communicat in multis quæ percurrit Aretæus Leontiasis quia quisquis in hunc affectum incidit, multas in fronte rugas irati Leonis instar ad supercilia contractas habet. Satyriasis ob inexplebile veneris desiderium, satyris olim commune vitium. Herculeus quia nullus eo maior neque valentior. Summam enim ad mortem inferendam vim obtinet: quippe cuius & mortis eadem origo est.

Elephantiasis quid & eius causa.

Huius morbi varia nomina.

Aret. lib. 2. de sig. & caus. diutur. morb.

primigenij nimirum humidi ab alieno calore depopulatio, quam omnium partium terrena siccitas consequitur. In cuius initio tranquillitas est, & à dolore cessatio, sanguine crassiore nondum malignam qualitatem adepto: placidus somnus, vaporibus è sanguine in cerebrum elatis: qui maligna qualitate nondum impressa blandi sunt. Nam, aucto demum affectu molestissimus est somnus, materiæ somniferæ corruptione: aut vigiliæ succedunt ab humoris acrimonia, siccitate, malignitate, Procliuitas est in venerem ob salsos humores qui pruritum excitant, flatulentosque spiritus è crassiore, crudioreque materia genitos. Dutiores alui fæces, quia viscera sicca, cæteræque partes atidæ omnem humiditatem imbibunt. Torpet vniuersa quidem cutis, sed maximè pedum ob humorum crassitiem, continuitatem spirituum intercipiẽtem: floridus color non est, quia non coquitur alimentum, sed raptim à partibus attrahitur, ideoque nec sanguis laudabilis, nec vegeti spiritus fiunt. Nec est omnium elephanticorum vnus color: sed quidam subflaui sunt, quidam albicant, vt in Flandria, locisque sub arcto positis: subrubent alij: sunt & alijs, vt in Ægypto, locisque meridionalibus fuscus nigerque color vmbræ mortique similis, humoris atrabiliarij soboles, qui pessimus omnium ac fœdissimus est. Exedit enim, eroditque, veram cutim, & ferinis vlceribus vniuersum corpus implens extrema putredine consumit, vt inde colligas pituitam salsam elephantiasis albæ causam esse, rubræ sanguinem, subfuluæ bilem: sed præcipuam magisque communem humorem atrum atque melancholicum. At elephanticorum halitus graueolens ac putridus est contagione serpens in alium. Nam eorum corrupta spiritus exhalatione, & vlcerum virulentorum fœtore vicinus inquinatur aer; quem quum haurire necesse sit, eos quoque contingit elephantiæ labe conspurcari, qui cum elephanticis assiduè versantur, quibus ideò iure cœtu hominum interdicitur. His rauca vox est, quia crassescit, exasperaturque grãdinosis verrucis eorum arteria aspera cum gutture. Lotium turbidum, quia quum sanguis crassus sit, instarque fœcis turbidus, illius quoque serum crassum ac turbidum fieri par est: quamuis interdum sit tenue, non natura, sed obstructis renum meatibus. Album etiam apparet, quia crudus sanguis. At liuet facies, quia refriguit sanguis. Refriguit verò, quia non afflatur ob cutis crassitiem, qua pori non aperiuntur. Facies porro turpis & obscœna. Mentum enim malæque crassescunt, & liuido rubore tinguntur, in eisque vt reliqua facie tumores extuberant, labra tument & inuertuntur, supercilia prominent, prædura, glabraque sunt, deorsumque pondere vergentia. Crassescunt & alæ narium, & timis discerptæ pustulas nigras & cruentas excutiunt: quinetiam interdum erosa cartilagine nasus excidit, deformi spectaculo. Pilosæ partes in aliis, in his glabrescunt; nec enim aluntur, gignunturque pili ob cutis densitatem & frigus. Oculorum figura sphærica seu rotunda, quia quum crassi sint spiritus, radios etiam non emittunt: & in sese concluſi se glomerant, seu coguntur in globum. Frons contrahitur ac rugosa fit à siccitate. Siccitatis verò signa magis elucent in fronte, quæ fere tota cutis, non vt

Signorum incipientis elephantiæ causæ.

Signorum interfectus & elephantiæ causæ.

verus musculus, munita carne, qua possit natiuam humiditatem tueri. Lingua grandinosis tuberculis maximè conspicua, quia laxa, raraque supra musculos omnes. Quare qui Suum leprum explorant, solam linguam intuentur & attingunt, ex eaque vel morbosa, vel sana de reliquo corpore simile ferunt iudicium. Omnes porro venæ sanguinem atrum in elephantiasi continent: ideò nigrescere viderentur omnes, si non cutis densitas impediret: linguæ verò corpus maximè rarum, spongiosum ac porosum est: hinc eius venæ perspicuè nigrescunt. Cęterùm impetigo quæ Lichen, cutis asperitas est dura siccaque cum adurente prurtitu. Quæ nascitur à siccis pustulis, vt scabies ab humidis. Eius materia bilis est, aut pituita tenuis, eaque putrida, salsave, quæ coercita sub Epidermide eam corrodit & exedit. Deterior hac est Psora, qua cutis durior, crassior, serpentibusque pustulis asperior eroditur, finditur furfuraceis quibusdam nigris ab ea per attritum manantibus. Quæ quoniam ab atra bile in cutem effusa nascitur, ægrè sanabilis. Deterrima lepra est, in qua cutis eroditur, depascitur, finditurque, non modò furfuraceis, sed & squammulis, non ab Epidermide duntaxat, vt quum Lichen est, sed à vera cute decidentibus, quæ proximus gradus est ad Elephantiasin Grecorum, quam describimus, quam & vulgus Gallicum Lepram appellat. In qua fit Incubus oppressi Lienis tumore, vel à cruditate: plena terroris insomnia sunt, atro vapore, fumóve cerebrũ peruadente: metus & mœror assiduus vt in melancholia morbo: tardus pulsus, quia refriguit sanguis, crassique spiritus, vnde motus etiam segnities. Respiratio quoque tarda fit ac difficilis. Quum enim ea fiat per musculos, tum hi lentè mouentur ob stuporis sensum. Sensus cutis omnino perit, quia densata tùm est, & frigore quasi glacie coaluit. Quare nerui molles, tenues, & quasi fibræ quæ per eam disseminantur, ita coguntur atque crassescunt, vt spiritum non recipiant animalem. Motus autem etsi stuper, non tamen interit, quia natiuus calor in musculis conseruatur, cuius munere nerui qui motui destinantur, minùs offensi spiritum animalem recipiunt ac retinent. Musculi namque præter carnosam substantiam venas & arterias in se continent: quarum spiritibus & sanguine nutriantur, viuant & incalescant. Cutis autem siccior & frigidior est, vt potè mediam inter carnem neruumque naturam adepta: cui nec venæ nec arteriæ sunt, sed in quam illarum duntaxat extrema subeunt: denique partium omnium est imbecillima: siquidem totius corporis excrementa recipit, & interioribus externisque patet iniuriis. Nec tamen sicut in musculis motus, ita sensus est, sed in his velut in cute pariter amittitur. Quare qui volunt elephanticum experiri, acum illius in corpus adigunt. Ex cuius punctura si nullius doloris sensus excitatur, absolutam Elephantiasin esse pronunciant: vt est quum grandi-

Quid Impetigo, seu Lichen, eiusque causa.

Psora, & eius causa.

Lepra, gradus ad Elephantiasin Grecorum.

Elephantiasis confirmate signa pathognomonica.

Cur in Elephantiasi communis motus est sublato sensu.

nosis verrucis corpus impletur assimilatrice vi languida: qua crudior alimenti portio præ frigore se colligens & candicans instar grandinis, natiui coloris indicat extinctionem.

Libri Quarti Medicæ Decados

FINIS.

FRANCISCI PORTI

CRESPEIENSIS VALESII,

MEDICIQVE PARISIENSIS,

Medicæ Decados

LIBER QVINTVS.

PROOEMIVM.

HACTENVS inualido latitantes corpore morbos,
Quoſque ſuis aperire datum eſt ac promere ſignis,
Et naturales illis annectere cauſas,
Artis opus magnum. Sed eos dum demere conor,
Humanumque genus vita meliore beare,
Maius opus moueo. Faueas patris vnice fili,
Crux cuius clauſum nobis reſerauit Olympum,
Edoceaſque tuum, ſine te quid poſſe negantem
Vera loqui, medicaque manu ſanare Poëtam.

Hinc colligas ſuperioribus libris ſignaa cauſis que morborum. His ſequentibus curationem docet.

COMMENTARIVS.

Quid Morbus.

MORBVS, affectus præter naturam est, à quo primùm læditur actio. Cuius cognitio à signis causisque petita præstans est & eximia, sed quæ contemplationis est Physicæ, non actionis. Curandi methodus & ratio requiritur, quæ morbo finem imponat, eumque profliget. Quod vt fiat, medicus vocatus in consilium vt à morbo statuat, videat ex signis causisque quis ille, & à quo sit humore, ægri temperamentum, ætatem, viresque scrutetur: sedem affectam inquirat, sitne pars princeps, & cuius actio cūctis animalis partibus sit communis: an vilis, sibique soli genita: cuius figuræ sit, quo loco sita: cuius sensus, acutíne an hebetis, obtusique particeps, vt remedij genus accommodet. Cuius quantitatem scire solertis est, & vsu peritissimi, quum ægrorum ætas non eadem, non vis, non idem sit affectus, non eadem regio, non idem tempus. Vtque morborum ideæ multæ, sic varia remediorum genera, quæ petuntur è radicibus, folijs, floribus, fructibus, seminibus, metallis, & alijs simplicibus, & mixtis, quæ ex plantis, aut animalium, terræve corporibus eruuntur. Quorum intuebitur distinguetque formas, vires examinabit, & quid cuique parti magis affine sit & congruum spectabit is, cui mederi tutò fœliciterque consilium est, in quo versamur hoc opere.

Quid agendum Medico curandi modum inituro.

HVMORES QVATVOR, SANGVINEM, BILEM, PITVITAM, MELANCHOliam ſanitatis morbique communes eſſe cauſas.

CAPVT PRIMVM.

SVNT *vt in immenſo genitalia corpora mundo*
Quatuor, ignis edax, aër, aqua, & infima tellus,
Ex quibus omnigenæ fiunt, pereunt que figuræ:

Quatuor elementa mũdi, ignis, aer, aqua, terra.

Quattuor humores ita ſunt fundamina prima
Corporis humani: ſanguis, pituita, crocique
Et quam aſſimilis bilis: qui legibus æquis
Temperiem ſi ſorte creant, nullumque laceſſit
Externum vitium, nihil eſt lugubre, ſed omnes
Peruadit ſenſus, trahit & ſua quemque voluptas.
Et quot narrantur Cumææ virginis anni,
Eſſe tot his poſſunt concordi pace ligatis.
Sin aliquis ſuperat, vel putridus inficit humor,
Infeſto turpes concurrunt agmine morbi.
Qui quum natiuum populent, hebetentque calorem,
Marcet opus iners, & præcipitata ſenectus
Ingruit, horrendæ certiſſima nuncia mortis.
Quam nemo vt vitare poteſt, medicina retardat,
Quoslibet humores compeſcere nata furentes,
Aut inhibere putres, & eoſdem excludere, ne pars
Ducat ab impura labem ſincera malignam.

Quatuor hominis elementa, ſanguis, pituita, & vtraque bilis.

Intemperies & humorũ putredo morbi mortesque cauſa.

COMMENTARIVS.

Quid elemẽtum. Arist. lib. 1. de cælo.

Gal. lib. 1. de Elem.

ELEMENTVM est corpus, in quod reliqua corpora dissoluuntur, vt definit Aristoteles. Vel, vt Galenus, minima rei quam constituit portio. Vel, prima & simplicissima pars, quæ in alias diuidi nequit. Quod vnum esse non potest, quum inde compositum corpus doleat, quodque dolet sit sensus alterationisque capax atque patibile: quodque patiatur ab altero pati necesse sit. Sed & alteratio passioque quælibet à calido frigidóve, aut humido siccove fit, nec ab his quatuor vllæ qualitates reperiri possunt, à quibus constituatur elementum. Hinc elementa quatuor, non plura, pauciorave traduntur. Quæ vniuersi, seu mundi simplicissima corpora vocantur, quod ab his fiant omnia. Quatuor autem humores, sanguis, pituita, flaua & atra bilis communia dicuntur animalium sanguine præditorum elementa, quod ijs congenita sint, & ab iis animalium generatio & vita consequatur. Nam à sanguine semen est, generationis nostræ principium: omnesque corporis partes aluntur sanguine, qui reliquos humores in se complectitur: quique cibus & potus in ventriculum ad alendum ingeritur, coctione fit sanguis, quo reparetur substantiæ nostri corporis effluuium. Fit ab his Temperamentum, quod est quatuor primarum qualitatum concentus ex omnium elementorum permistione. Quare si calidi, frigidi, humidi, siccique pares sint portiones, & humores in hominis corpore ita coierint, vt vnus alium non superet, iustum fiet Temperamentum quòd εὔκρασον aiunt, cæterorum lex & regula: corpusque sic habitum in multos annos extendetur, si non prauis, nec pluribus cibis oneretur, nec externis offendatur iniurijs. Sin dissentientibus inter se qualitatibus & humoribus corpus à iusta temperie desciuerit, morbi fiunt: quos solers Medicus, quod superuacaneum est vacuatione detrahens, quodque deficit adiectione supplens abiget, fietque velut author vitæ longioris.

Elementa quatuor dũtaxat.

Elementa mundi.

Animalium sãguine prædito rũ elementa.

Temperamẽtũ quid.

MORBVM OMNEM EXCLVDI contrarijs.

CAPVT II.

Demonstratio qua contrarij expellũtur aria probatur.

AETNÆVM tollit frigus glaciale calorem,
Jn siccum liquor vdus agit, liquidũque vicissim
Ebibit humorẽ quod vt ignis & arida siccat.
Finditur à tenui crassum, mollique resistit

Ferrea

Ferrea durities, atque aspera læuibus obsunt,
Raraque condensis, et apertis clausa, solutis
Quæ iungunt, coguntque simul, tergentia lentis.
Sic bilem lactuca domat, calaminta, thimusque
Phlegma coquit crassum, tenuatque, & amygdala dulcis
Mollit, vt omnis adeps quę dura atque aspera tactu.
Mel roseum putri deducit ab vlcere sordes.
Lenta salix, vlmus, sanicula, buglaque claudit
Vulnus hians, quia constingit, cohibetque fluorem.
Quumque intùs superans & turget, & æstuat humor
Purpureus, cæsa iuuat hunc educere vena.
Corporis in reliquis, quicumque meatibus hæret,
Purgatur vomitu, lotio, sudore, vel aluo,
Naribus aut patulis, vtero vel hiante, parive
Sede sequax humor, plenos vt inaniat artus.
Si viget interiùs, teneras & viua medullas
Flamma vorat, gelido petitur medicamen ab haustu,
Lymphaque sumpta vetat siccum marcescere corpus.
Denique quæque suis pelluntur ab hostibus. Ergo
Omnis in humanum penetrat qui corpus, eique
Vim facit, excutitur sua per contraria morbus.

Communes excretiones expurgatorium vētriculus, renes, cutis, anus, uterus.

COMMENTARIVS.

CONTRARIA dicuntur quæ sub eodem genere posita, plurimùm inter se dissident, vt calor & frigus, humiditas & siccitas, sanitas & morbus. Quæ solis tolli contrarijs, & contraria morborum esse remedia, theorema medicum ac physicum est, ab Hippocrate frequenter assumptum, & à Galeno repetitum sæpius, quia vetissimum. Non enim similibus excludi morbos, sed augeri certum est. Quamuis enim lassitudinem sedet lassitudo, dum per musculos effusas humoris reliquias excutit: & vomitionem vomitio compescat, dum proritantem humorem vacuat: & dysenteriam purgatio leuet, dum infensam materiam, efficientem eius causam expellit: rheum etiam temperamento calidum febrem extirpet, dum bilem exuperantem, quæ materia coniuncta febris est expurgat, id quidem ex accidenti, non per se facere putandum

Hipp. lib. de flat. & aph. 22. lib 2. aph. Gal lib 2. de optima secta, de cōstit art. lib. 2. de sanit. tuend. & alibi passim.

ARTHRITIDIS SIGNA ET CAVSÆ.

CAP. XXIX.

Arthritidis à capitenate signa.

IAM capitis grauitas ſegni comitata veterno eſt,
Occipitiſque tumor ceræ inſtar mollis, & albus,
Denſaque quæ caluam ſuperat cutis, atque deorſum,
Frigidus, aſſimiliſque ſero delabitur humor,
Ceruicem feriens, humeros, cubitoſque, manuſque,
Vel dorſum incuruum, coxamque, genuque, pedeſque:

Arthriditis à tecore ſignα.

Humidius caput eſt gemebundæ Arthritidis author.
Sin hæc ſigna latent, & protinus icta dolore
Pars tumet, atque leui pallet cum febre, rubet ve:
Tum Iecur in vitio eſt, & turgida vena cruore,
Namque fluit Cerebri, Iecoriſque è ſedibus humor

Humorum in Arthritide dominantium ſigna.

Mollis in articulos. Actum pituita putetur,
Albus ſi tumor eſt, propè nullo extante dolore.
At ſanguis, dolor eſt vbi pulſatorius, atque
Vena tumet, partiſque rubet tumor igneus illic,
Si tumor exiguus, pallens color, ac dolor acer,
Flaua viget bilis. Color eſt ſin plumbeus, atra.
Frigoris hinc ſenſus, pergit dolor intus ad oſſa.

Cauſa.

Cauſa mali fluor eſt, quem turgidus excitat humor,
Articulum quoque vis malè firma & laxa, potentis
Nata meri vitio, veneriſque, cibique nocentis.

COMMENTARIVS.

Arthritis quid, & quot eius ſpecies.

ARTHRITIS communis omnium articulorum dolor eſt. In cuius initio articulorum vincula, & quæcunque ex oſſibus orta ſunt, & in oſſa inſeruntur, dolere incipiunt. Quumque malum auctum eſt, futuræ capitis, vertebræ ceruicis, dorſique dolent, oſſiſque ſacri poſtrema pars. In articulis tophacea quædam coaleſcunt

vt nihil ferè sit in vniuerso corpore doloris expers, inquit Aretæus. Huius tres species, Ischias, Chyragra, Podagra. Si dolor a poplite vel tibia transit in Cotylam, seu coxæ cauum, aut clunem aut lumbos tantùm, Ischias est. Sin magnum pedis digitum dolor primùm occupat, rursum calcem in priori parte qua nitimur, deinde cauum, & postremus omnium intumescit malleolus, Podagra. Si soli manus articuli dolent, aut simul afficitur flexura cubiti, chyragia. Quùm in omnibus hisce partibus sæuit dolor, arthritis est, quam à podagra principium sumere solitam esse scribit Galenus. Est autem Arthritis morbi genus vt acerbitate doloris horrendum, ita si radices egerit, tam infaustum in curando, vt in eorum numerum ascribatur, quæ vulgus appellat Medicorum opprobria. Cuius causa vitiosus, ac redundans humor est, in articulis fluxione primùm, inde congestione cumulatus: qui vel sanguineus est: vel quod sæpius, pituitosus, aut è pituitoso, bilioso que mixtus ex Galeno. Solum tamen humorem frigidum Arthritidis causam statuit, non tantum ex Neotericis eruditissimus Fernelius, sed & inter veteres Medicos eximius scriptor Aretæus. Quorum rationes etsi maximi momenti sunt, superat tamen eorum opinio, qui varios humores Arthritidem parere confirmant. Nos verò duplicem eius fontem agnoscimus, Cerebrum, & Hepar, viamque fluxionis à cerebro, quam non minùs acutè quam vere statuit Fernelius & humoris speciem admittimus. Sed & varios humores ab hepate venisque in articulos influere cum Galeno, cæterisque claris authoribus consentaneum iudicamus, expositis signis, quibus humoris cuiusque dominium indicatur: à quibus erit etiam petenda curandi ratio, quam libro decimo sequimur, vt nimirùm Arthritidem à pituita plegmagogo pharmaco, & discutientibus admotis: à bile cholagogo, topicis anodynis, & refrigerantibus: à sanguine phlebotomia: melanagogis hanc quæ fit à melancholia sanemus. Cur autem à varijs humoribus lacessantur articuli facit partium mittentium robur, recipientium imbecillitas naturalis, aut parentum arthriticorum vitio contracta, viarum laxitas, ac tenuitas humorum influentium. Tenuitas autem ista serum est, cuiusque humoris excrementum: quod est tenue quum in articulos influit: in quibus quum delituerit diu, crassior ac viscosior efficitur humor, à quo gignuntur tophi seu nodi, quibus articuli distiliunt, foraque prominent. Periodicus hic morbus est, Vere quo sanguis augetur, & Autumno, quo generantur ichores exacerbari solitus. Vnde scripsit Hippocrates Sæpius Autumno fiunt ac Vere podagræ.

Aret lib. 2. de sig. & caus. acut. mort. c 12.

Gal. comm. ad aph. 28. lib. 6. aph.

Arthritidis causæ.

Gal. l 10. de comp. med. secundum loca.

Fernel. lib. 6. path. c. 18.

Arthritidis origo auspiex.

Adiuuantes Arthritidis causæ.

ELEPHANTIASIS SIGNA ET CAVSAE.

CAPVT XXX.

Elephantiasis incipientis signa.

EDA *Leontiasis solita est quæ lepra vocari.*
Quæque Elephantis habet nomen, dat mitia primò
Signa suæ feritatis, inest quia copia somni,
Dulcis & alta quies, creberque cupidinis ardor,
Et veluti sanis interdum durior aluus.

Increscentis nota.

Dein stupet, et gelido violatur frigore corpus:
Nec flos ille manet, qui viuidus esse solebat,
Sed flauo cutis est, albo, nigróve colore,
Duraque, fissurisque patens, rimisque dehiscens.

Elephantiasis cõsumata signa.

Sæuiùs at gliscente malo grauis halitus exit,
Rauescit quoque vox, lotium turbatur et albet,
Liuet, et obscœnum facies malè tincta colorem
Induit, assurgunt varij fœdique tumores,
Labraque crassescunt, inuertunturque, colorque
Plumbeus illarum parte inferiore videtur.
Quaque patere solet crustatur, & vlcere naris
Obstruitur piceo, tenuatur et auris, eique
Immixto nigrore rubet, maiorque videtur
Quam prius, et partes naturæ lege pilosæ
Glabrescunt, flauent oculi, fixique tenentur,
Lucentesque minùs curuum sinuantur in orbem;
Contrahitur quoque frons, multisque fit aspera rugis,
Lingua tumet varis, & ei vtraque subdita vena
Nigricat: est Lichen, quem Psora & lepra sequuntur.

Incubus

Incubus exercet, terrent vaga somnia, mœror
Assiduus comes est, humeri panduntur vt alæ,
Spiritus est tardus, pulsus quoque. Denique sensus
Deperit, & cana maculatur grandine corpus.
Causa melancholicus sanguis, terrenus & omnis,
Vstus, limosus, salsus, concretus & humor: *Elephantiasis causæ.*
Sæpius at niger è Iecore aut è Splene, per omnes
Corporis effusus partes, & labe maligna
Totam corrumpens vitiato corpore massam.
Cuius pernicies tanta est, contagio tanta,
Lædat vt accumbens elephanticus, aere lædat,
Qui spurco vel ab ore meat, vel corpore toto.
Quique elephantiaco satus est de semine, lepram
Incurrat, vitio quæ seminis hæret in illo.
Sed noua ne tanti fiat generatio morbi, *Quænam aduitandâ elephantiasin fugendâ*
Vitentur carnes asinæ, ceruique, bouisque,
Viscosique cibi reliqui crassique, falernum
Crassius, atque vigil quæ corpora cura perurit.
Iuncta viro mulier quando muliebria surgunt,
Se metuat miscere viro, veneremque repellat.

COMMENTARIVS.

ELEPHANTIASIS cancrosus est vniuersi corporis tumor. Cuius materia melancholicus humor est, qui venenatam qualitatem asciscens, visceribus primùm, deinde partibus omnibus contagiosum virus impertit. Eo demum inquinatæ, terrenum hunc & melancholicum succum vel ex purissimis alimentis gignunt: eiusdem veneni participem quo imbutæ nutritæque, in similem denique naturam abeunt, totiusque substantiæ morbus efficitur. Qui dicitur elephantiasis, quia cum Elephante communicat in multis quæ percurrit Aretæus Leontiasis quia quisquis in hunc affectum incidit, multas in fronte rugas irati Leonis instar ad supercilia contractas habet. Satyriasis ob inexplebile veneris desiderium, satyris olim commune vitium. Herculeus quia nullus eo maior neque valentior. Summam enim ad mortem inferendam vim obtinet: quippe cuius & mortis eadem origo est,

Elephantiasis quid & eius causa.

Huius morbi varia nomina.

Aret. lib. 2. de sig. & caus. diuturn. morb.

primigenij minirum humidi ab alieno calore depopulatio, quam omnium partium tertiana siccitas consequitur. In cuius initio tranquillitas est, & à dolore cessatio, sanguine crassiore nondum malignam qualitatem adepto: placidus somnus, vaporibus è sanguine in cerebrum elatis: qui maligna qualitate nondum impressa blandi sunt. Nam, aucto demum affectu molestissimus est somnus, materiæ somniferæ corruptione: aut vigiliæ succedunt ab humoris acrimonia, siccitate, malignitate, Procliuitas est in venerem ob salsos humores qui pruritum excitant, flatulentosque spiritus è crassiore, crudioreque materia genitos. Durtores alui fæces, quia viscera sicca, cæteræque partes atidæ omnem humiditatem imbibunt. Torpet vniuersa quidem cutis, sed maximè pedum ob humorum crassitiem, continuitatem spirituum intercipiẽtem: floridus color non est, quia non coquitur alimentum, sed raptim à partibus attrahitur, ideoque nec sanguis laudabilis, nec vegeti spiritus fiunt. Nec est omnium elephanticorum vnus color: sed quidam subflaui sunt, quidam albicant, vt in Flandria, locisque sub arcto positis: subrubent alij: sunt & alijs, vt in Ægypto, locisque meridionalibus fuscus nigerque color vmbræ mortique similis, humoris atrabiliarij soboles, qui pessimus omnium ac fœdissimus est. Exedit enim, eroditque, veram cutim, & ferinis vlceribus vniuersum corpus implens extrema putredine consumit, vt inde colligas pituitam salsam elephantialis albæ causam esse, rubræ sanguinem, subfuluæ bilem: sed præcipuam magisque communem humorem atrum atque melancholicum. At elephanticorum halitus graueolens ac putridus est contagione serpens in alium. Nam eorum corrupta spiritus exhalatione, & vlcerum virulentorum fœtore vicinus inquinatur aer; quem quum haurire necesse sit, eos quoque contingit elephantiæ labe conspurcari, qui cum elephanticis assiduè versantur, quibus ideò iure cœtu hominum interdicitur. His rauca vox est, quia crassescit, exasperaturque grãdinosis verrucis eorum arteria aspera cum gutture. Lotium turbidum, quia quum sanguis crassus sit, instarque fœcis turbidus, illius quoque serum crassum ac turbidum fieri par est: quamuis interdum sit tenue, non natura, sed obstructis renum meatibus. Album etiam apparet, quia crudus sanguis. At liuet facies, quia refriguit sanguis. Refriguit verò, quia non diffiatur ob cutis crassitiem, qua pori non aperiuntur. Facies porro turpis & obscœna. Mentum enim malæque crassescunt, & liuido rubore tinguntur, in eisque vt reliqua facie tumores extuberant, labra tument & inuertuntur, supercilia prominent, prædura, glabraque sunt, deorsumque pondere vergentia. Crassescunt & alæ narium, & timis discerptæ pustulas nigras & cruentas excitiunt: quinetiam interdum erosa cartilagine nasus excidit, deformi spectaculo. Pilosæ partes in aliis, in his glabrescunt; nec enim aluntur, gignunturque pili ob cutis densitatem & frigus. Oculorum figura sphærica seu rotunda, quia quum crassi sint spiritus, radios etiam non emittunt: & in sese concluſi se glomerant, seu coguntur in globum. Frons contrahitur ac rugosa fit à siccitate. Siccitatis verò signa magis elucent in fronte, quæ fere tota cutis, non vt

Signorum inæqualis elephantiæ causæ.

Signorum interseiorum & elephantiæ causæ.

verus musculus, munita carne, qua possit natiuam humiditatem tueri. Lingua grandinosis tuberculis maximè conspicua, quia laxa, raraque supra musculos omnes. Quare qui Suum leprum explorant, solam linguam intuentur & attingunt, ex eaque vel morbosa, vel sana de reliquo corpore simile ferunt iudicium. Omnes porro venæ sanguinem atrum in elephantiasi continent: ideò nigrescere viderentur omnes, si non cutis densitas impediret: linguæ verò corpus maximè rarum, spongiosum ac porosum est: hinc eius venæ perspicuè nigrescunt. Cęterùm impetigo quæ Lichen, cutis asperitas est dura siccaque cum adurente pruritu. Quæ nascitur à siccis pustulis, vt scabies ab humidis. Eius materia bilis est, aut pituita tenuis, eaque putrida, salsave, quæ coercita sub Epidermide eam corrodit & exedit. Deterior hac est Psora, qua cutis durior, crassior, serpentibusque pustulis asperior eroditur, finditur furfuraceis quibusdam nigris ab ea per attritum manantibus. Quæ quoniam ab atra bile in cutem effusa nascitur, ægrè sanabilis. Deterrima lepra est, in qua cutis eroditur, depascitur, finditurque, non modò furfuraceis, sed & squammulis, non ab Epidermide duntaxat, vt quum Lichen est, sed à vera cute decidentibus, quæ proximus gradus est ad Elephantiasin Grecorum, quam describimus, quam & vulgus Gallicum Lepram appellat. In qua fit Incubus oppressi Lienis tumore, vel à cruditate: plena terroris insomnia sunt, atro vapore, fumóve cerebrũ peruadente: metus & mœror assiduus vt in melancholia morbo: tardus pulsus, quia refriguit sanguis, crassique spiritus, vnde motus etiam segnities. Respiratio quoque tarda fit ac difficilis. Quum enim ea fiat per musculos, tum hi lentè mouentur ob stuporis sensum. Sensus cutis omnino perit, quia densata tùm est, & frigore quasi glacie coaluit. Quare nerui molles, tenues, & quasi fibræ quæ per eam disseminantur, ita coguntur atque crassescunt, vt spiritum non recipiant animalem. Motus autem etsi stuper, non tamen interit, quia natiuus calor in musculis conseruatur, eiusque munere nerui qui motui destinantur, minùs offensi spiritum animalem recipiunt ac retinent. Musculi namque præter carnosam substantiam venas & arterias in se continent: quarum spiritibus & sanguine nutriantur, viuant & incalescant. Cutis autem siccior & frigidior est, vt potè mediam inter carnem neruumque naturam adepta: cui nec venæ nec arteriæ sunt, sed in quam illarum duntaxat extrema subeunt: denique partium omnium est imbecillima: siquidem totius corporis excrementa recipit, & interioribus externisque patet iniuriis. Nec tamen sicut in musculis motus, ita sensus est, sed in his velut in cute pariter amittitur. Quare qui volunt elephanticum experiri, acum illius in corpus adigunt. Ex cuius punctura si nullus doloris sensus excitatur, absolutam Elephantiasin esse pronunciant: vt est quum grandi-

Quid Impetigo, seu Lichen, eiusque causæ.

Psora, & eius causa.

Lepra, gradus ad Elephantiasin Grecorum.

Elephantiasis confirmate signa pathognomonica.

Cur in Elephantiasi communis motus est sublato sensu.

nosis vertrucis corpus impletur assimilatrice vi languida: qua crudior alimenti portio præ frigore se colligens & candicans instar grandinis, natiui coloris indicat extinctionem.

Libri Quarti Medicæ Decados

FINIS.

FRANCISCI PORTI
CRESPEIENSIS VALESII,
MEDICIQVE PARISIENSIS,
Medicæ Decados

LIBER QVINTVS.

PROOEMIVM.

HACTENVS *inualido latitantes corpore morbos,*
Quoſque ſuis aperire datum eſt ac promere ſignis,
Et naturales illis annectere cauſas,
Artis opus magnum. Sed eos dum demere conor,
Humanumque genus vita meliore beare,
Maius opus moueo. Faueas patris vnice fili,
Crux cuius clauſum nobis reſerauit Olympum,
Edoceaſque tuum, ſine te quid poſſe negantem
Vera loqui, medicaque manu ſanare Poëtam.

Hinc colligas ſuperioribus libris ſigna cauſaſque morborum. His ſequentibus curationem docet.

COMMENTARIVS.

Quid Morbus.

MORBVS, affectus præter naturam est, à quo primùm læditur actio. Cuius cognitio à signis causisque petita præstans est & eximia, sed quæ contemplationis est Physicæ, non actionis. Curandi methodus & ratio requiritur, quæ morbo finem imponat, eumque profliget. Quod vt fiat, medicus vocatus in consilium vt à morbo statuat, videat ex signis causisque quis ille, & à quo sit humore, ægri temperamentum, ætatem, viresque scrutetur: sedem affectam inquirat, sitne pars princeps, & cuius actio cūctis animalis partibus sit communis: an vilis, sibique soli genita: cuius figuræ sit, quo loco sita: cuius sensus, acutíne an hebetis, obtusique particeps, vt remedij genus accommodet. Cuius quantitatem scire solertis est, & vsu peritissimi, quum ægrorum ætas non eadem, non vis, non idem sit affectus, non eadem regio, non idem tempus. Vtque morborum ideæ multæ, sic varia remediorum genera, quæ petuntur è radicibus, folijs, floribus, fructibus, seminibus, metallis, & alijs simplicibus, & mixtis, quæ ex plantis, aut animalium, terræve corporibus eruuntur. Quorum intuebitur distinguetque formas, vires examinabit, & quid cuique parti magis affine sit & congruum spectabit is, cui mederi tutò fœliciterque consilium est, in quo versamur hoc opere.

Quid agendum Medico curandi modum inituro.

HVMORES QVATVOR, SANGVINEM, BILEM, PITVITAM, MELANCHOliam ſanitatis morbique communes eſſe cauſas.

CAPVT PRIMVM.

SVNT *vt in immenſo genitalia corpora mundo*
Quatuor, ignis edax, aër, aqua, & infima tellus,
Ex quibus omnigenæ fiunt, pereunt que figuræ:

Quatuor elementa mũdi, ignis, aer, aqua, terra.

Quattuor humores ita ſunt fundamina prima
Corporis humani: ſanguis, pituita, crocique
Et pituæ ſimilis bilis: qui legibus æquis
Temperiem ſi forte creant, nullumque laceſſit
Externum vitium, nihil eſt lugubre, ſed omnes
Perſuadit ſenſus, trahit & ſua quemque voluptas.
Et quot narrantur Cumææ virginis anni,
Eſſe tot his poſſunt concordi pace ligatis.
Sin aliquis ſuperat, vel putridus inficit humor,
Infeſto turpes concurrunt agmine morbi.
Qui quum natiuum populent, hebetentque calorem,
Marcet opus iners, & præcipitata ſenectus
Ingruit, horrendæ certiſſima nuncia mortis.
Quam nemo vt vitare poteſt, medicina retardat,
Quoslibet humores compeſcere nata furentes,
Aut inhibere putres, & eoſdem excludere, ne pars
Ducat ab impura labem ſincera malignam.

Quatuor hominis elementa, ſanguis, pituita, & vtraque bilis.

Intemperies & humorũ putredo morbos mortesque cauſat.

Ferrea durities, atque aspera læuibus obsunt,
Raraque condensis, et apertis clausa, solutis
Quæ iungunt, coguntque simul, tergentia lentis.
Sic bilem lactuca domat, calaminta, thimusque
Phlegma coquit crassum, tenuatque, & amygdala dulcis
Mollit, vt omnis adeps quę dura atque aspera tactu.
Mel roseum putri deducit ab vlcere sordes.
Lenta salix, vlmus, sanicula, buglaque claudit
Vulnus hians, quia constingit, cohibetque fluorem.
Quumque intùs superans & turget, & æstuat humor
Purpureus, cæsa iuuat hunc educere vena.
Corporis in reliquis, quicumque meatibus hæret,
Purgatur vomitu, lotio, sudore, vel aluo,
Naribus aut patulis, vtero vel hiante, parive
Sede sequax humor, plenos vt inaniat artus.
Si viget interiùs, teneras & viua medullas
Flamma vorat, gelido petitur medicamen ab haustu,
Lymphaque sumpta vetat siccum marcescere corpus.
Denique quæque suis pelluntur ab hostibus. Ergo
Omnis in humanum penetrat qui corpus, eique
Vim facit, excutitur sua per contraria morbus.

Communes excre: ctorũ expurgatorum via vẽtriculus, renes, cutis, anus, uterus.

COMMENTARIVS.

CONTRARIA dicuntur quæ sub eodem genere posita, plurimùm inter se dissident, vt calor & frigus, humiditas & siccitas, sanitas & morbus. Quæ solis tolli contrarijs, & contraria morborum esse remedia, theorema medicum ac physicum est, ab Hippocrate frequenter assumptum, & à Galeno repetitum sæpius, quia verissimum. Non enim similibus excludi morbos, sed augeri certum est. Quamuis enim lassitudinem sedet lassitudo, dum per musculos effusas humoris reliquias excutit: & vomitionem vomitio compescat, dum proritantem humorem vacuat: & dysenteriam purgatio leuet, dum infensam materiam, efficientem eius causam expellit: rheum etiam temperamento calidum febrem extirpet, dum bilem exuperantem, quæ materia coniuncta febris est expurgat, id quidem ex accidenti, non per se facere putandum

Hipp. lib. de flat. & aph. 22. lib 2. aph. Gal lib 2. de optima secta, de cõsist art. lib. 1. de sanit. tuend. & alibi passim.

Contraria per media non tolluntur lib. 9. method.

est. Nec verò per media contraria tolli possunt. Non enim calida tepidis, sed frigidis ad temperiem reuocantur: vixque quod obliquum est rectum euadit, nisi frequenter in aduersum retorqueatur. Itaque cum Galeno statuendum, curationis generalissimam indicationem vnicam esse contrariorum: eique qui bene curandi viam tenere vult, in ijs remediorum generibus insudandum, quæ contraria morbo deprehenderit. Idenque quum aliquis affectus calidus, vt Causus aut Phrenitis in corpore bacchatur ac furit insolentiùs, cum medicinæ professor obtundat frigidis. Et contrà, si quispiam impentè frigidus torpidus, vt Lethargus & Coma reddat actiones, calidis expugnet, inque reliquis similem contrariorum legem obseruet.

II.

Quid tenue, quæque tenuandi vis pradita.

Id tenue dicitur quod promptè se in corpus insinuat. Tenuandi vim in simplicibus medicamentis obtinent origanum, calamentum, pulegium, thymum, anethum, hypericum, helenium, maiorana, ruta, cuminum, apium, Sarzaparilla, chyna, Guaiacum, quæ tarefacta cute frigidum, crassum & concretum humorem insito calore liquant, incidũt & attenuant. Crassum autem id nominatur, quod hæret atque subsistit, nec ingredi corpus, aut altè penetrare potest. Huius naturæ sunt vitis vinifera folia, cupressus, myrthus, rubus, acacia, galla, rhus, oxyacantha, mala cotonea, sorba, corna, mespila, quæ cutim ita densant, vt influentem humorem cohibeant, eumque partu leuiter affixum in aduersum reijciant.

Quid crassum, quæque vim incrassandi occludendique possident.

III.

Quid durũ & molle.

Quod tactum superat, durum: quodque cõtrà tactui cedit molle esse phylici definiunt. Medici verò, quorum subiectum est humanum corpus, id durum esse statuunt, cui carni nostræ natura cedit, quod verò carni mollè. Quare si Scirrhus, qui tumor durus, est in parte carnosa, bene cataplasma fit è radice brioniæ, cucumeris agrestis, althææ, maluæ liliorum, seminelini, fœnugræci cum adipibus & oleis emollientibus. Aut ex œsypo, medulla vituli, cerui que, suis & anseris cum adipibus, additis ad hæc ammoniaco, galbano, styrace bdellio, gummi pini, ladano, terebinthina componitur emplastrũ. Sin œdema, mollis tumor, affligit, huic inducenda spongia madens oxycrato, vel simile quid, vt nimium laxa, mollisque pars humore digesto siccetur, fiatque durior, instituta per contraria curatione.

Malaffica, seu mollientis cum habenda.

IIII.

Asperum appellatur corpus durum, cui partium inæqualitas est: quale latum illud spatium quod à faucibus incipiens in Pulmones inscritur, arteriæ asperæ titulo designatum. Vt læue, corpus molle suis partibus prorsus æquale, quales arteriæ reliquæ, læues ideo dictæ, quæ à corde profectæ, sanguinẽ tenuẽ purũ vaporosumque cõtinent. Rarum autem id dicitur, quod magnos: densum quod exiguos meatus obtinet. Quæ vt contraria sunt, ita si corpori præter naturam insident, contraria remedia requirunt. Cutis nãque raritas, eam inspissantibus atque densantibus quæ πυκνότητα vocant, vt aqua frigida, muccagine seminis psillij, succo portulacæ, semperuiui, tribuli viridis contrahitur: tolliturque densitas diaphoreticis seu discutientibus, & araeoticis seu rarefacientibus, vt althæa, malua, mentha, chamæmælo, lilijs, origano, calamento, meliloto, cum butyro, terebinthina, styrace, resinis omnibus, pinguedine suis & anseris, & alijs, eius poros, seu meatus occludentibus.

Asperi quid

Læue quid.

Rarum & densum quid

Cutem densantia.

Diaphoretica seu discutientia, quæ dicuntur & araeotica, quod cutem rarefaciant.

V.

Apertum & clausum esse contraria cunctis notum est. Itaque quum sanguis ex aperta vena prorumpit vberiùs, ijs quæ glutinant & poros occludunt, vt terra lemnia, bolo armena, pilis leporis minutim incisis cum oui candido, sanguine draconis, myrrha, mumia, thure, mastyche, salicis foliis, floribus, cortice, præcipueque lanugine: vel ijs quæ viribus occultis agunt, vt iaspide, qui cornallinus appellatur, hæmatite, coralio sistendus. Sin contra videtur aperiendum, anastomoticis, quæ venarum & arteriarum ora dilatant & aperiunt, vt felle taurino, cyclamino, cæpis, allijs, sed venæ sectione potiùs vtendum.

Quæ cutis meatus occludũt, suppriuntque sanguinem.

Anastomotica quæ reserant ora venarum.

VI.

Quæ solutionem continui patiuntur, per ea quæ seiunctas partes vniunt, κολλητικὰ seu glutinantia dicta sanantur. Sic recentia vulneris labra salicis, vlmi, plantaginis, hyperici, betonicæ, verbenæ, scabiosæ, buglæ, faniculæ que foliis, aloe, myrrha, thuris corticæ, sarcocolla, lythargiro, terræ lumbricis & cochleis admotis coalescunt. Contra verò continuum soluunt quæ ex alto vehementius attrahunt, ἕλκτικὰ dicta, cyclaminus, dictamnum, anagallis vtraque, pix, porrum, sagapenum, terebinthina, fimus, fermentum, psoricum, quæque valde tenuis & calidę sunt essentiæ.

Glutinãtia.

Continuum solventia.

III.

Detergens & emplasticum quid.

Detergens, Græcis ῥυπτικον appellatur, id nimirũ quod è quauis parte sordes eluit. Cui contrarium est emplasticum, quod quia crassæ est, terrenæque substantiæ, corporis poris tenaciter inhæret & impingitur.

Detergendi uim habẽtia quæ.

Itaque quum in externa corporis parte sordescit vlcus, mel rosatum, ęque siccis rosis syrupus, cicerum, lupinorum, & orobi farina, terebinthina, mel, saccharum foris admota sordes illius eluunt & expurgant.

Quæ emplastica.

Siccant autem & occludunt bolus armena, terra sigillata, lithargyrus, cerusa, pompholix, quæque ex ijs in momentaneos vsus componi, & in pharmacopolijs asseruari solent vnguentum rosatum mesues, desiccans rubrum, diacalchyteos, seu palmæum, vnguentum album, thasis illustre nomine.

PLETHORÆ CVRATIO.

CAP. III.

Plethoram curãdi uarij modi.

FLoridus in venis ideo si sanguis abundat,
Hunc victus tenuis, repetitaque balnea sæpe,
Frictio multa, aluus vel sponte, vel arte soluta,
Sisyphiusve labor minuit. Labor omnis inanit
Namque, fames ieiuna: mador cute fusus aperta,
Fæxque per ima fluens, vetat augerique cruorem:
Hunc etiam sensim minuit, corpusque tuetur,
Si nullta illius labat actio. Sin viget ingens,
Imminet aut morbus, metus & ne forte grauetur
Natura, aũt iaceat rubicundo oppressa cruore
Tollitur incisa morbi violentia vena.

COMMENTARIVS.

PLETHORA duplex. Vna quidem, in qua sanguinis bonitas, & humorum omnium æquabilitas est, citra manifestam grauitatem, venarumque & reliquorum vasorum tensionem, quam εὐεμίαν appellant. Altera, in qua sanguinis vbertas & excessus euidens ex venarum arteriarumque tumore conspicitur, quæ πολυαιμία nominatur. Illa per se diu subsistere potest, quum *eucrasia* sit, & exquisita sanitas. Hæc minimè, quum ab optimo statu sit recessus ac declinatio. Quamobrem ne morbum inuehat, impedienda materiæ subtractione per tenuem victum, aut excrementorum vacuatione per balnea, cathartica, frictiones. At si minùs ista conferunt, quia multitudine sanguis ita creuit, vt vasa distendat, & eadem aut rumpat, aut obstruat, missio sanguinis citò celebranda. Sed etsi cum robore virium vehemens morbus citrà plenitudinem obsidet vena pertundenda. Non enim sanguinis redundantia, sed morbi magnitudo, roburque virium phlebotomiam, vt lib. quarto method. scribit Galenus, indicat. *Plethora duplex.*

II.

Quum balneum calore tepido corporis meatus reserans, quod intùs est fuliginosum, vaporosum, serosumque discutiat ac foras expellat, plethoram imminuit, & impedit ab obstructione solitam nasci cacochymiam. Nec tamen eò priùs vtendum est, quam inedia victusue tenuis, purgatio, maximeque venæ sectio præcesserit, ne per illud humores copia grauãtes fusi colliquatique in partem imbecillam irruant. Vt verò balneum, sic exercitatio frequens, crebraque frictio discutit ac resoluit: sed hæc agitatione, motuque calfaciendo siccandoque, balneum tepore molliendo, liquandoque. *Balnei commoda.* *Quid agendum ante balneum.*

EORVM QVÆ BILEM PRÆPARANT purgantque.

CAPVT IV.

CONCITAT *exuperans varios diroſque tumultus*
Bilis, & æſtiuis corpus ſolet vrere flammis,
Quos lactuca domat gelido quo frigore pollet,

Bilem alterantia, & præparãtia.

Semper & herba virens, portulaca, oxyacantha,
Plantago, intybi & omne genus, speciesque rosarum,
Quæque cito crescunt spinacia, quodque satiuum est
Solanum, nostrisque frequens reperitur in hortis.
Herbaque purpureis halycacabus inclyta baccis,
Hic & hyosciamus, cui flos cum semine candet,
Mandragoræque maris, qui vix sine crimine succus:
Gramen, & Asparagus, rumex, agrimonia, lichen,
Cum viola nymphæa, soporiferumque papauer,
Vua & acerba, ribis fructus, Veneris que capillus,
Et myro citrino balanus distincta colore,
Infusum psilli semen, prunumque, sebestem,
Iuiubaque, atque rubens cerasum, tamarindus, acetum,
Succus item mali quod punica grana recondit,
Et medi, fuluoque trahit quod nomen ab auro:
Citrulus, & melo, cucumisque, cucurbita. Purgat
Cassia, manna, rheum mittit quod barbara tellus,
Ventriculumque leuans Aloe, lecorique nociua,
Præcipitique mouens Scammonea dira furore
Tormina, & inde seni, grauidæ, pueroque neganda.
A quibus est psilli confectio, quæque rosarum
Dicitur è succo, quæ lenitiua vocatur,
Quæ diaprunum & quæ humores simul euocat omnes,
Et pilula aurea, communisque, hyeræque, rheique.

Mandragoræ potus methodus qua soporem vehemẽtem & exolutionem inducit.

Dioscor. c. 16 lib. 6.

Psillu semẽ. a qua frigida macerat & agitatum cholagogum est: ob id salubre bilosis febribus, & inflammationibus thoracis.

Eidem purgantis.

Electuariũ è psillio, de succo rosarum, lenitiuum, diaprunum, catholicum.

COMMENTARIVS.

Lactuca quid, eiusque facultates.

LACTVCA genus est oleris vt aqua fontis frigidum humidum. Non tamen vt aqua mollit, aut ventriculi præcordiorũm vt robur exoluit, sed offensione nulla pro succo feruido temperatum, eumque probum infert. Cuius folium ac semen phlegmonas & erysipelata mol cet, sitim restinguit, somnum accersit, Veneris insomnia cohibet, κεφαλαίαν seu capitis grauitatem à mero, insita frigiditate sanat. Hinc ἀκρατοπλὴξ quod crapulam arceat appellatur. Cuius vires

imitatur portulaca, gradu tertio frigida, humida secundo: quæ febrium ardorem a bile, vomitumque reprimit, firmat ventriculum, dentium dolori subuenit ientore suo morsus experte, lumbricos necat, confertque dysenteriæ sub austero suo sapore, quò putredinem arcet, & aliquantulum astringit Plantago frigida ficca secundo gradu bilis æstum, sitimque sedat, astringendique vi sanguinis reiectiones, dysenteriam diarrhœamque supprimit. Iecoris ac renum obstructiones expedit qua pollet abstergendi facultate: cuius radicem, folium ac semen vsurpamus. Intyborum genera sunt quatuor, Cichorium, endiuia, scariola, ciceribita frigida ficca ordine secundo, quæ calorem sanguinis humoremque mulcent, Veneris æstus extinguunt, viscera, maximeque Iecur in tarctiu liberant, in hisque collectam bilem eluunt quum amara sint ac detergentia, quæ simant etiam astringente facultate. Sedum, quod ἄιζοον, seu semper viuum, vulgo barba Iouis desiccat quidem, lenitèr, quandoquidem & mediocriter astringit: a quea tamen in eo vincit essentia, refrigeratque recessu tertio. Quare dysenterias, aluique profluuia potu sistit, ad erysipelata, phlegmonas herpetas, nomas & vlcera depascentia perutile.

Portulaca.

Plantago.

Intibarum genera, eorumque virtute.

Sedum seu σέμπερνιον.

Rosarum quædam albæ sunt, aliæ rubræ, nonnullæ pallidæ: siccæ quidem omnes: sed albæ minus, rubræ magis astringentes, vtræque frigidæ. Quare bilis temperant ardores, eiusque putredinem arcét, ventriculũ Iecurque roborãt, capitis dolores mulcét, somnũ accersunt. Rosæ verò pallidæ calidæ sunt, abstergentes & amaræ, substantiæque tenuis. Hinc venarum, arteriarum ac Iecoris obstructiones expleant, bilem serumque purgant, eam ob rem Ictericis & hydropicis salutares. Sed vsu frequenti venarum aperientes ora sanguinem eliciunt. Ex eis fit syrupus ad vncias duas cholagogus & hydragogus. Quibus eandem vim ac moschatis rosis esse volũt. Sed quia moschatis quã pallidis maior est calor, tenuitasque substãtiæ, metus sit ex earũ vsu crebro ne cum sero sanguis, reseratis nimium ductibus exprimatur. Spinacia veteribus incognita, nunc in lautas epulas vernis ieiunijs pauperum ac diuitum mensis apponi solita molliunt, aluum & corpus humectant: Flatulenta sunt ab excrementitio quo plena sunt humore. Quamobrem elixari in suo, non alieno iure volunt, & cum aromaticis, vt pipere, caryophillis, nuce moschata, butyroque cum omphacio coqui: quo modo flatus deponunt. fiuntque palato stomachoque gratissima. Gramen & Asparagus moderatè refrigerant siccantque: quaque vi pollent abstergendi, Iecur & renes ab infarctu vindicant. Illius sola radix vsurpatur huius radix, semen & summitas, & hæc maximè, quod arrideat palato, stomacho sit vtilis, grata Veneri: quam stimulare creditur, leuiterque mollire ventrem, si præcæteris cibis sumatur. Lapathi, seu Rumicis plura genera cõmemorat Dioscorides, in quibus excellit Oxylapathũ & Oxalis, frigida ficca gradu secundo: quæ quum sit tenuium partium, Iecoris, Lienis, ac renum obstructiones demit, & arenulas exturbat radice, folio, semine. Viola purpurea refrigerans & humectans ordine

Rosa species & vires.

Spinacia.

Gramen & Asparagus.

Asparagi summitas cur imprimis vsurpatur.

Oxylapathum & Oxalis.

primo, feruidos, acres & aduſtos humores temperat, dolores à calore natos narcotici more ſedat, ſomnum conciliat, aſperam arteriam thoracemque lenit, cordiſque tædia dimouet. Purgat lubricando quum recens eſt: quum ſicca, trahendo. Nam in recenti excrementia ſuperat humiditas: in ſicca ſapor amarus. Omphacium quoniam duntaxat acidum, planè frigidum eſt, ideoque calidis affectibus vtile. Quod autem vt acidũ ita ſaporis acris eſt, vt acetũ nonnihil caliditatis habet. Sed acetum aſcititio calore, quem à putredine contraxit, calidum eſſe putandum eſt. Per ſe namque refrigerans ac ſiccans eſt, biliosis vtile, melancholicis infenſum. Tenuitate partium qua pollet corpus acidum altè penetrat & humores craſſos incidit; ſiccitate diarrhœas & hæmorrhagias ſumptum & admotum arcet. Inſito frigore febrium æſtus & ſitim extinguit, incipientes phlegmonas cohibet, appetentiam mouet, tollitque nauſeam. At viſcerum, partiumque ſubſtantiam acrimonia ſua vellicat: ideoque frequens illius vſus metuendus.

Viole purpureæ vires.

Omphacium & Acetum.

Myrobalani quinque genera.

Myrobalani fructus ſunt ignoti arboris. Quarum quinque ſpecies, Citrinæ ſeu flauæ, Chepulæ, Indæ, Empellicæ, ſeu Emblicæ, Belliricæ, quę refrigerãt, ſiccant, & bilis ardorem cohibent. Flauæ tamen præ cæteris bilem detrahunt: Empellicæ, Belliricæ, Chepulæ pituitam: Indæ ſeu nigræ bilem vſtam, non apertis qualitatibus, ſed inſita proprietate, qua patiter iucundum odorem frequenti vſu ſuſcitant, ſenectutem remorantur, hilaritatem adferunt. At aſtringendi vi Cor, Ventriculum, Hepar, inteſtina roborant, ideoque medicamentis acribus, vt Scammonio, Colocynthidi, Turpetho corrigendis rectè miſcentur, vt aſtrictione ſua celerem eorum actionem obtundant atque retardent. His verò quibus vel eſt, vel metuitur obſtructio nocent, quum etiam hanc, vt Meſneus annotauit, inferant. Ceraſorum plura genera ſunt, ſed à nobis hoc loco ſubacidum intelligitur, frigidum, ſiccumque. Quod appetentiam excitat, ſitim ſedat, languido æſtuantique ſtomacho Cordique gratum eſt, febrium ardores, gliſcentemque putredinem cohibet. Dulce contra ſtomachum offendit, malique ſucci eſt, ideoque putredinis & febrium cauſa. Pruna mediocriter humectant, & refrigerant, aluum humiditate lentoreque ſubducunt, quo nomine nocere ſtomacho prodũtur. Quem non offendunt μέσα ſeu dulcacida, qualia Damaſcena ſũt omnium, authore Galeno præſtantiſſima, niſi quantitate ſumpta, quum aliquantulum aſtringuant. Omnia quidem bilem alterant, purgantque: ſed dulcia lubricant, purgantque magis, quum humidiora ſint: ſubacida magis alterant. Tamarindus Indicæ palmæ ſyluestris fructus eſt, frigidus ſiccus ordine ſecundo: qui bilem purgat, ſitim extinguit: ventriculi lecoriſque calorem immodicum temperat, acutis ſuccurrit febribus: & eos affectus mulcet, quos humorum aſſatio peperit. Mali punici, ſeu granati acidi ſuccus refrigerans ac ſiccans, acerbus aſtringenſque bilis ardorem, aluique profluuia cohibet, acutarum febrium putredinem & malignitatem arcet, ſyncope ſtomachicæ medetur, viſcera roborat: vt Ribes, qui fructus eſt è ſuo frutice racematim dependens,

Lib. 2. Ceraſorum ſubacida vires.

Ceraſa dulcia.

Pruna. Lib. 2. de alimentis.

Tamarindus.

Malum punicum, ſeu granatum acidum.

ſubacidi

subacidi, dulciſque ſaporis. Cuius ſuccus cum vini modo velut Cerasum expreſſus defecbuerit, fæcemque depoſuerit in annum aſſeruari poteſt, ſopiendis febrium ardoribus vtilis, roſionibus à bile natis, ſitique ſedandę. Paratur ex vtroque nunc ſyrupus iiſdem dotibus prędituus. Mali Medici, ſeu Citrij & Limonij ſuccus acidior mali punici ribiſque ſucco, ſed minus aſtringens bilem retundit, auræ peſtilenti, veneniſque reſiſtit, renumque vias expurgans calculum educit. Cuius vires Aurantium malum æmulatur, ſi ſit pariter acidum. Dulce namque calidum eſt, & ab acidi viribus alienum. Citrulos, melo, cucumis, cucurbita refrigerant humectantque, fructu quidem magis, minùs ſemine: quod diureticum eſt, abſtergens & incidens. Citruli verò, melonis & quorum ſemina vulgò frigida maiora dicuntur, vt ſemina minora ſunt lactucæ portulacæ, ſcariolæ & acetoſæ. Bilem iſta quidem domant, obtundunt, immutant & alterant contrarijs qualitatibus: purgant verò ſequentia. Caſſia fiſtula calfacit humectatque gradu primo. Bilem purgat leniter & eius æſtus obtundit, pulmonum ac thoracis affectus lenit, renum ac veſicæ conducit ardoribus, ieiunorata ſæpe calculos in eis naſci vetat. Sed ventriculum offendit quia fitientia: nec aluo profluenti datur commodè quia mollis ac lubrica. Communis huius doſis ʒi ß, quæ minuitur infantibus, augetur in viris, iiſque quibus aluus eſt durior. Ab ea bolo ſumpta, vel diluta propere iuſculum exſibetur, vt minùs in ventriculo morata non offendat, purget citius, nec abeat in alimentum. Manna blandè bilem educit nulla vitium offenſione, prægnantibus & infantibus ideo tuta. Cuius doſis ad ʒij extenditur, in iure pulli, vitulive, vel hordei decocto diſſoluitur ſolita. Rhabarbarum ſeu Rheum amarum guſtu, calidum ac ſiccum eſt ordine ſecundo. Duplici ſubſtantia conſtat: craſſiore, qua roborat & aſtringit: tenuiore, qua detergit purgatque. Bilem præcipuè, ſed & pituitam è ventriculo, lecore, viciniſque his, non diſtantioribus ſedibus elicit: omni ætati, ſexuique familiare tutumque medicamentum. Infunditur in attenuante & humectante liquore, addito vino albo cum tantillo cinnamomi quum obſtructiones expedire & purgare volumus. In ſubſtantia verò datur aut in expreſſione quum aſtringere conſilium eſt. Memineris verò ſi calida lecoris intemperies affligit, id vt maceres in humectãte & refrigerante decocto, cumque ſyrupo leniente ac refrigerante diſſoluas. Rheum enim ſicci lecoris mors eſt, vt humidi vita. Quod infunditur a ʒij ad ʒiij. Aloe tergit ac roborat: bilem ac pituitam è ventriculo, lociſque vicinis in aluum deriuat. Quæ quoniam vt Rheum lentè purgat, cinnamomo, nuce moſchata, macere, caryophillis additis ſtimulanda. Corporibus frigidis & humidis voracibus, biſque qui multa cruda congerunt, quibuſque ventriculus humore plurimo confertus eſt, eximiè confert. At nocet hepati, quia tenues eius venas amarore vellicat: ſi ideo vitanda, quibus excreatur vomiturque ſanguis, aut ex aluo, vteróve profunditur. Ideoque vix ſola deſcribitur in vſum, ſed vel in eius locum ſimplex hyera ſuppletur, aut eius actimonia.

Robes Arabibus nobis groſella rubra, ſeu trãſmarina dicuntur.

Mali Medici, ſeu Citrij Limonijque ſyccus.

Aurantium malum.

Citrulus, melo, cucumis, cucurbita.

Semina maiora & minora quæ?

Bilē purgãtia.

Caſſia

Manna.

Rhabarbarum.

Aloe.

Scãmonium. mastiche, tragacantha, lenientéve decoto aut cathartico retunditur. Cuius dantur ad summum ʒ iij. Scammonium catharticorum maximum, calidum ac siccum ordine tertio cor, ventriculum, hepar, intestina lædit, & reliqua viscera conturbat. Eius enim vt furiosi ténues humores, vt citrina bilis ac serum è remotissimis quibusque partibus in ventriculum, aluumque feruntur, vnde ventriculus euertitur, appetentia deijcitur, mouetur nausea, sitis ac febris ingens, aluique fluor excitatur immodicus. Ideòque nec puero, nec seni, nec prægnanti, nec ardente febre iactato conuenit. Quum igitur eius qualitas tam infensa sit, non syncerum, sed temperatum retusumque datur ea permistione quam diagredium appellant. Quod nec solum dare tutum est, sed eis iungendum medicamentis, quæ violentiam eius remorentur atque retardent: qualia sunt è solutiuis cassia, rheum ac diaprunum: è roborantibus conserua rosarum, mina cydoniorum & mastiche. Datur à granis sex ad duodecim. Præparantia verò bilem composita sunt oxymel & oxysaccarum simplex, syrupus acetosus, endiuiæ, cichorij, syrupus violaceus papauerinus, nenunpharinus, rosarum siccarum, granatorum, myrthillorum è succo citri, limonum & cydoniorum. Purgantia Catholicum, diaprunum simplex, electuarium lenitiuum: quæ dantur ab ʒi ad ʒiß quia blandè purgant. At electuarium è succo rosarum, diaprunum solutiuum & è Psillio quia diagredium recipiunt, vix ʒ ß excedunt. Hyera Galeni rarò dissoluitur ob amarorem, sed catapotiorum forma solet exhiberi. Quum tamen vsus requirit à ʒ ij ad ʒ ß propinari potest. Pilulæ cholagogæ sunt pilulæ communes, pilulæ Ruffi, de hyera, de Rhabarbaro, sine quibus, aureæ & aggregatiuæ, quas & polychrestas nominant, quod destinatæ sint multis purgandis humoribus. Earum dosis a ℈ ij ad ℈ iiij.

Diagrediũ solum dare tutũ non est.

Diagredij dosis.

Composita bilem præparantia.

Composita purgantia.

Pilulæ bilem ducentes.

MELANCHOLIAM PRÆPARANtium atque purgantium.

CAPVT V.

EMPERAT *affectus quos bilis aduſta creauit*

Vtraque bugloſſi ſpecies, filiciſque minutæ

Dulcis, et auſteri radix guſtata ſaporis:

Capparis, eppythymus, tamariſcus, & excubiales.

Deponens curas, & ſomnia vana meliſſa.

2. Polypodiũ intelligo.

Malaque flagranti quæ commendantur odore,
Cuscuta cum viola, lupulus, scolopendria, senna
Cum prunis, lactisque sero, vel dulcibus uuis.
Herbaque quæ lachrymas fumi ciet instar amaras.
Illaque qua quondam furijs Amythaone natus
Prætidas eripuit purgata mente Melampus,
Quæ niger elleborus communi voce vocatur.
Cuius radicis de cortice tundito drachmam,
Non magis, et pingui coquito cum iure, vel hordi
Cum lympha, mixto violæ, malvæque sirupo,
Iuiubeo, lenive alio, ne siccior huius
Conuellat fera vis, ferat & pro munere lethum.
Principis hinc trahitur confectio nobilis hamech,
Isque liquor regis qui dicitur esse Saporis,
Indaque, & è fumo terræ catapotia, quæque
Nomen ab Armenio ducunt, cyanoque lapillo.

COMMENTARIVS.

BVGLOSSVM & borrago manifestis qualitatibus melancholiam oppugnant & obtundunt. Calfaciunt enim humectantque gradu primo. Quaque vi Cor exhilarare produntur, eadem melancholicorum imagines, & spectra discutiunt. Buglossum quidem iniectum vino causam hilaritatis esse meminit Galenus, & Græci borraginem dicunt εὐφρόσυνον, quod ea pariter oblectet & exhilaret. vnde versiculus, *Buglossum & borrago.* *lib. 5. simpl.*

Dicit borrago gaudia semper ago.

Polypodium filiculæ radix est, dulcis austerique saporis, moderatè calfaciens, impensè siccans; quæ crassos humores tergit, pituitam atramque bilem etiam à iuncturis blandè purgat. Cuius siccitas & austeritas humectante quopiam, vt gallinaceo iure mollienda. Capparis amarus, acer, & acerbus, ideoque tergens, calfaciens & astringens Lienis prædurum tumorem discutit, eumque diebus quadraginta colliquat, præcipuæ cortex sumptus & admotus. Easdem, sed aliquantum imbecilliores vires habet fructus, qui Iecoris obstructiones expedit, & cœtus appetentiam inuitat, ventriculumque recreat. Epithymus melancholiam præter cætera, quasi prærogatiua quadam facilè, citraque molestiam purgat, inquit Mesuæus. Quare melancholiam morbum, *Polypodiū.* *Capparis.* *Epithymus.* *Mesu. c. 16. lib. 2.*

hypocondriacam desipientiam, timorem, vertiginem; febrem quartanam, vlcera nigra, cancrum, lepram vsu multo sanat. Tenuat enim, resoluit, obstructiones aperit, firmatque viscera. Sed quia calidus & siccus ordine tertio calorem auget, sitimque parit, biliosis naturis haud mediocriter incommodat, hoc ideo tutiùs vtendum, & temperandum humectantibus. Coquitur ad ℥j in sero lactis, in quo Mesuæus alia pleraque medicamenta macerat: cuique facultates insignes tribuit, vt nempe laxet, tenuet, obstructa reserat, tergeat, purget clementer & sine morsu bilem flauam & vitiosos humores: ideoque maniæ, melancholiæ, lichenis, lepræ, malignis vlceribus, & cæteris cutis vitijs, ictero, febribus à bile putridis, Lienis tumori, denique morbis omnibus obstructionem sequentibus conferat: quod calidum siccum ordine primo.

Fel vitellis vitei.

Tamarix.

Tamarix incidens & abstergens Lienem ex vino coctus, idemque potus absumit: ex cuius caudice vasa potoria fiunt lienosis vtilissima; cuius radicis cortex vsurpatur.

Melissa.

Ab odore citri Melissa citrago nominata, calfaciens & siccans ordine primo vires habet eximias. Nam Cerebrum ab obstructione vindicat, cor imbecillum firmat, labantem animum reuocat, animi sollicitudines, nocturnaque somni ludibria fugat, vapores atrabilarios à spiritibus & sanguine suscitatos educens: menses expellit, conceptumque tum potu, tum insessu iuuat.

Pomorum redolentia.

Pomorum redolentium succus odoris suauitate cor recreat, eiusque palpitationem à bilis atræ fuligine genitam insita substantia temperat.

Cuscuta.

Cassutha, seu Cuscuta calida recessu primo, sicca secundo cum astrictione quadam roborat & abstergit, Icterum nigrum, febresque lentas ac diuturnas abigit, quodque in venis, reliquisque vasis continetur à putredine vindicat, tũ herba tum semine.

Scolopendrium seu Ceterach.

Scolopendrium, quod Asplenium seu Ceterach, tenuiũ partiũ est, cuius in aceto decocta folia diebus quadraginta Lienem absumunt. Stranguriam, Icterum, singultumque sedant & calculos in vesica communiunt.

Fumaria.

Fumaria, quæ Capnos, particeps acris & amaræ qualitatis, & aliquantulum acerbæ, calida primo, sicca secundo gradu tenuat, obstructa soluit, ventriculum, Iecur, interioraque reliqua viscera firmat, adustos humores, bilemque leuiter ac sensim expurgat, mundat sanguinem, & reliquos humores à putredine vindicat: visum acuit: quod dum facit, quia lachrymas ab oculis vt fumus excitat, fumaria nominatur.

Quantis facultatibus omnibus æmulatur Lupulus, at acrimonia minore.

Lupulus.

Senna.

Senna calida sicca, subamara, detergens melancholiam quidem præcipuè, sed & bilem & pituitam ex hypochondrijs, Liene, Mesenterio, Iecore, Cerebro, Pulmone, Cordeque blandè sensimque vacuat: sensus acuit, corpusque floridum efficit & alacre. Nam contumaces viscerum obstructiones, veteres lentasque febres, melancholiam, Epilepsiam, impetiginem, psoram, elephãtiasin, omnẽ denique illuuiei sentinã exhauriẽs natiuum calorem, & spiritus ante sopitos lãguidosque suscitat.

Sennam cũ lanitio.

Ne verò torsionibus exerucietur, sumatur ex iure pingui, vel cum ea coquantur pruna, iuiubæ passulæ, quę leniant, aut syrupi lenitiues vt violaceus, iuiubinus aut althææ dissoluantur. Quia verò lentè purgat, estque cacostomacha flatulentaque, permiscenda quæ roborent ac sti-

mulent, flatusque discutiant, vt Zingiber, spica, cinnamomum, semen anisi, fœniculique. Dosis est ab ℥ß ad ℥i. Elleborus niger ordine tertio calidus siccusque, bilem imprimis atram, inde flauam, crassamque pituitam in aluum tanta vi deturbat ac præcipitat, vt ex omnibus partibus humores, éque venis sanguinem rapiat. Ex quo quum sit purgatio difficillima, terroriſque plenissima, solis exhibenda robustis, tumque, quum morbi necessitas ac pertinacia requirit. Imprimis datur elephanticis, melancholicis, epilepticis, vertiginosis, eisque qui cancris & phagædænicis vlceribus infestantur. Melampodium appellatur à Melampo Amythaonis & Dercyppes filio, qui Prœti regis Argiuorum filias, quæ Iunonis ira se esse vaccas arbitrabantur, eius ellebori nigri potione sanauit, vt cum Poëtis scribit Hippocrates. Elleborus aliqus in vsum venire non debet, quia venenatæ qualitatis particeps in suffocationis periculum adducit cum totius corporis perturbatione. Præparant melancholiam atramque bilem, syrupus saporis, de pomis odoriferis, lupulorum fumariæ, scolopendrij, bugloſſi, melissophilli Fernelij: syrupus de thymo, epithymo, bizantijs, oximel & oxisaccharum simplex & compositum, cum aquis melissæ basilici, lupulorum, fumariæ, bugloſſi, borrag, absynth, maioranæ, scolopend. Purgant Catholicum & electuarium lenitiuum, quorum dosis antè data est: confectio quæ dicitur hamech, cuius dosis ʒß hyera diacolocynthidos ad iij, sed rarius, & nonnisi grauioribus morbis exhibenda. Pelulæ melenagogæ sunt lucis minores & è fumaria, quarum dosis ʒiiij. Cautius & minore dosi dantur Indæ, quæque de lapide cyanæo, seu lazuli, & de lapide dicuntur armeno, nimirum à ʒ ii. ad dragmam vnam.

Elleborus niger.

Quibus datur Elleborus.

Hipp. Epist. ad Cratæuam.

Elleborus alius venenatæ qualitatis particeps.

Composita melancholiã atramque bilem præparantia.

Composita purgantia.

Pilulæ melãcholiam purgantes.

PRÆPARANTIA PITVITAM, EAMque purgantia.

CAPVT VI.

INTERIVS *si fortè grauat, mollive tumore*
Corporis externum vitiat pituita colorem,
Betonica hanc & thymbra, thymusque & saluia findit,
Arthemisia, serpillum cum floribus anthos,
Stœchas et origanum, calamintaque, pullegiúmque

Maiorana, capillares, eruca, galanga,
Succisa, hyssopus, niueumque & odore suaue
Marrubium, vermesque satos in ventre necare
Mentha potens, apium, filipendula, petroselinum,
Hippericum, marathrum, scabiosa, genista, chamædris.
Aiuga, pimpinella, chamæmælumque, meonque,
Emula, nubigenæque sibi quæ nomen adepta est
Centarium, Gentiana. *Centauri, nomenque dedit cui Gentius, estque*
Aristolochia *Quæ purgamentis partus celebrata mouendis.*
Radices etiam quibus est aperire potestas,
Quæque minora calent maioraque semina, crassum
Attenuare solent, lentumque parare fluori
Cathartica phlegmagoga. *Phlegma, quod in liquidam deducit Agaricus aluum,*
Mitius hoc Aloe, Turpethum sæuius illis.
Viscera conturbat, corpusque immaniter vrget.
Quosque furens reperit tenues crassosque liquores,
Sedibus in ventrem rapit hos Colocynthis ab imis.
Ex illis diaphœnicôn, benedictaque laxans,
Et diacarthamus est, hyeræ catapotia, lucis,
Coccia, quæque omnes vacuant polychresta liquores,

COMMENTARIVS.

Thymus, Satureia, Pulegium. THYMVS calfaciens & exsiccans ordine tertio plurimum incidit ac tenuat, ideoque viscera, maximeque pulmones thoracemque purgat. Epilepticos vel odore solo iuuat, crassa tenuans & excludens: flatus dissipat, vrinam ciet, & menses euocat, suspectus prægnantibus, quia fœtum ac secundas expellit atque præcipitat. Cuius vires æmulantur pulegium & Thymbra, seu Satureia. Betonica. Betonica secundo gradu calida siccaque terget inciditque, coctionem adiuuat, pulmonem, iecur ac Lienem expurgat, calculos in renibus atterit, epilepticis confert: contusa, capitisque vulneribus imposita ea mirè glutinat, ossaque fracta extrahit, virulentarum bestiarum morsibus pota & illita medetur. Menstrua mouet, omnes infarctus denique, seu cum febre, seu sine febre sint aperit. Capillares herbæ, quarum nomine capillus Veneris propriè dictus, adiantum, polytricum, cæterach, & scolo-
Capillares herbæ.

pendrium intelliguntur, incidendi tenuandique vi sine caloris excessu præditę, in pituitam & bilem agunt, excrementaque crassa, quę diu in interioribus hęsere præparant & excludunt: maximeque capillus Veneris, seu adiantum album pectus & pulmones expurgat, ab eisque crassa lentaquè sputa promouet & expellit. Erucę folium manifestè calfacit, crudumque, Venerem largiore cibo concitat, vt & semen, vrinę ciendę pariter idoneum. Galanga, quam Acorum aiunt, duplex, maior & minor. Vtraque calfacit & siccat ordine tertio, ventriculum roborat, eiusque frigidis & flatuosis medetur affectibus. Eadem indita naribus Cerebrum firmat, halitum oris commendat, eisque qui Veneri minùs addicti sunt vires animumque suscitat. E Carthamo seu Cnico solum semen à medicis vsurpatur, gradu secundo calidum ac siccum, abstergens, aperiens ac leniens. Quod conquassari solet, vt medullę vis educatur: quæ pectus & pulmones expurgat vocem magis canoram facit, pituitam aquasque vacuat ac semen auget. Apium ordine secundo calfacit, siccatque tertio: Iecoris ac renum obstructa reserat, attenuandoque flatus discutit: folium quidem in vsu est, at præcipuè radix & semen. Filipendula morbis omnibus à causa frigida natis, maximèque suspitiosis, asthmaticisque succurrit, inflationes stomachi discutit, renumque doloribus, quos obstructio calculusque genuit opitulatur. Petroselinum ordine tertio calidum siccumque flatus attenuat atque dissoluit, obstructa reserat, vrinam prolicit, menses euocat, secundas ac mortuum fœtum educit recens potum aut vuluæ subditum. Hypericum quod & Androsæmon calidum siccumque reserat ac resoluit, pariter glutinat astringitque. Quare substantiæ tenuitate menses vrinasque prouocat & calculos ejcit, siccaque vi dysenterias sanat, & vlcera ad cicatricem perducit folium quidem, flos ac semen vsurpatur: at semen ischiadicis imprimis confert, veneniſque resistit. Genista, seu Spartũ pituitã & vtrãque bilẽ validè purgat, & humores ab articulis trahit: vrinam efficacissimè ciet, calculos in renibus ac vesica conterit, nec in his materiam figi, & lapidescere permittit. Chamęmęlum Anthemidis species tenuitate rosę persimile est, temperatè calidum humidum. Ideoque quum sit malacticum & anodynum, lassitudinibus, si quid aliud confert, doloresque mitigat, sedatque, tensa remittit, emollit dura, constipata rarefacit: febres omnes, quę sine visceris inflammatione sunt discutit, infestu potuque calculosè renibus vrinasque pellit. Cuius decoctum in iure capi pullive conferre plurimum ad omnes internos dolores, præcipue que colicos ac nephriticos, Petrus Gorræus Ioannis pater asserebat. Meon ordine tertio calidum, siccumque secundo menses vrinasque promouet, Arthritidi conducit, inflationesque stomachi discutit, sed vsu crebriore caput tentat. Nam in eo crudior humiditas causa fit flatuum, qui in caput elati dolorem inferunt. Radix imprimis vsurpatur, Gentiana tertio gradu calfaciens, siccansque secundo deterget, purgat, tenuat, obstructa liberat, amara plurimùm. Quę vi menses vrinasque prouocat, venenatos serpentium

Erucæ.

Galangæ.

Carthami.

Apium.

Filipendula.

Petroselinũ.

Hypericum.

Chamæmelum, seu camomilla.

Meon.

Gentiana.

ictus eludit, ideoque commodè miscetur antidotis. Hepaticis, stomachicisque prodest, ventris tineas enecat, radice quam folio præstantior. Aristolochia sic dicitur, quod puerperarum lochia prouocet optimè: sed infensa grauidis, quod eas abortire cogat. Ea triplex est, rotunda, longa, clematitis. Sed rotundæ maxima vis, cuius acris subamaraque radix est, calida siccaque tertij gradus initio, quæ pituitam è cerebro quidem, sed imprimis è pulmone ducit, in eoque lentum ac putre humorem expurgans tussi, asthmatique confert, vt & venena retundit.

Radices aperitiuæ Semina quatuor calida maiora & minora.

Radices aperitiuæ vulgo dictæ quinque sunt, apij, ruscі, asparagi, petroselini fœniculi. Semina calida maiora quatuor, anisi fœniculi, carui, cumini. Minora quatuor, dauci, apij, amos, amomi. Sunt hęc alloiotica: cathartica sequuntur. In quibus est Agaricus, calidus ordine primo, siccus secundo: qui crassam lentamque pituitam primò, deinde bilem vtramque purgat, debilius quidem à neruis, articulis summisque partibus: potentius, ac potissimùm à cerebro, pulmonibus, vtero, mesenterio, iecore, Liene, à quibus obstructiones & inueteratos affectus eximit. Cuius vt sapor ingratus & ventriculo noxius emendetur, in vino maceratur, in quo zingiber aut caryophilluni, aut spica maduerit, & concinnatur in trochiscos. Probatur albus, leuis ac friabilis, quique gustu primo, dulcis, deinamatus & stipticus est. Niger, durus, densus, grauis improbatur. Cuius infensi, deindeque diluti dosis à ʒ i. ad ʒ ß. Notandum autem Agaricum, vt & omne catharticum purgare, non à temperamento, nec vt contrarium agens in contrarium, nec vt simile trahens & euellens alterum, nec vt leue sursum, graue deorsum materiam purgandam agitans, non ab elementari denique manifestaque facultate qua calfacit, refrigerat, humectat, siccat, sed occulta qualitate, quam cœlestem vim, seu formam specificam, seu totius substantiæ similitudinem licet appellare. Quod potestate calidum in actum erumpit nostri caloris natiui beneficio, cuius vi sibi tota substantia familiarem humorem attrahit primò: deinde sequi paratiorem.

Agaricus fungus est in truncis arborum vetustate putrescentium & crassarum ortus.

De Medicamento purgante notatu digno.

Turpethum, vulgo Turbith radix est herbæ lactariæ, foliis ferulæ.

Turpethum calidum siccumque recessu tertio, non modò tenuem, sed & crassam, lentamque pituitam è visceribus, neruis & articulis euellit, ea per aluum potenter educens, quæ leuis purgatio subtrahere non potuit. Morbis frigidis & inueteratis eximiè confert: sed ijs dandum qui viribus constat, pueris, senibus, prægnantibus interdicendum. Nec seorsim dari debet, sed amygdalarum dulcium succo, saccharo, zingibere, mastiche temperatum atque correctum. Album & gummosum eligitur. Cuius infusi dosis ad summum ʒ ij. Colocynthis insigniter amara calfacit, siccatque gradu tertio. Bilem quidem vtramque, sed primùm & maximè pituitam & aquam citrinam educit ab articulis, & èdistantissimis, reconditissimisque sedibus impetu validissimo, quo ventriculum & viscera, corpusque omne conturbat, venas aperit, & ab eis elicit sanguinem, intestina corrodit ac torsionibus excruciat. Quare sola non exhibetur, sed exquisitissimè trita amygdalarum dulcium succo maceratur, eamque tragacantha vel mastiche cogitur in trochiscos, vel ex iure pingui, alióve

Colocynthis est cucurbita syluestris fructus. Fel autem dicitur Terræ & pl. tarum Maris, quod venenis

leniente

leniente liquore dissoluitur. Inueteratis & contumacibus conducit affectibus quos nec Agaricus, nec Turpethum euellere potuit, nullis nisi robustis, & ætate florentibus exhibenda. Probatur alba, rara, leuis, quoque leuior, eo melior. Dosis eius a ℈j ad ʒß. Pituitam præparant mel rosaceum, anthosatum, mercuriale, genistatum, oximel scilliticum, oxisaccharum compositum, œnomeli; syrupus acetosus, syrupus eſtæchade, capillorum veneris: de hyssopo, de prassio, glicyrrhiza, citri cortice, de mentha, de arthemisia, calamento, de absynthio, bizantiis & eupotario: cum aquis apij, saluiæ, calendulæ, nepetæ, menthæ, asparagi, petroselini, fæniculi. Purgat hanc, vt cæteros humores Catholicũ, imprimis tum vtile quum humor heterogeneus in corpore dominatur, aut quisnam in vitio sit non est plane definitum: cuius dosis antè posita. Peculiariter autem electuarium diacnicu, seu diacarthami, diaphœnicum & benedicta laxatiua phlegma detrahunt ad vnc. β. hyera simplex eadem dosi, sed amarore maiore. Potentiùs purgat hyera diacolocynthidos & hyera Logadij, cuius dosis azii. ad ʒ iij. cum decocto vel aqua beton. melis. ment. hpetro, selini, fæniculi: sed vtraque clysteres ingredi sæpius quam bibi solet. Pilulę phegmagogę sunt, azaiareth, stomachicę, sine quibus, de hyera compositę, de agarico, aggregatiuæ, quęque Coccię vulgò nominantur à ℈iij ad ʒi. ß deglutiendę. Fortiores his habentur arthriticę, Indę, fœtidę, quarum dosis ʒj. vix excedat.

modo vicinas plantas interimat.

Composita pituitã præparantia.

Pituitã purgantia.

AQVAS ET SEROSOS HVMORES DVCENTIA.

CAPVT VII.

SIecoris renumve labans innata facultas
Purpurei vice fingit aquasque serumque cruoris.
Vnde tumor, mouet hunc, tenuesque exire per aluum
Humores ebulus cogit, mollisque Sabucus,
Syluestris cucumis, cyclamen, odoreque fragrans
Hæc rosa, quæ mixto pallet candore rubori,
Herbaque quæ retinet varios in flore colores,

Rosa pallida.

Vt varios in nube refert thaumantias Iris,
Et thymelæa, sed in pilulis non sola voranda,
Daphnoides, Ricinus & esula. Pollet ijsdem
Viribus & Lathyr, Soldanella, atque timendum
Euphorbi, nisi iam veteris lethale venenum.
Purgat ab his diacarthamus, ex hyeraque trochisci,
Barbara quos Arabum gens appellauit Alhandal,
Pallentisque rosæ liquor, è succoque rosarum
Dicta tabella, & aquas ducens maiusque minusque:
Panis porcini, veluti lathyridis unguen:
Et thymelæa etiam pilulæ, euphorboque potentes,

Hydragogũ manus & minici.

COMMENTARIVS.

AQuatuor humoribus, maximeque sanguine superfluitates quædam emanant, quas ἰχῶρας Græci, serosos autem & aquosos humores Latini solent appellare, quod instar aquę serique lubricę tenuesque sint, à lecoris ac renum imbecillitate præcipuè genitę, dum illud impensiùs refrigeratum hæmatosin non procurat, sed destinatos sanguificationi succos deprauat, & in serosam saniem conuertit: hi verò dum eos è venis attrahere nequeũtes in ventrem demitti, aut in vniuersum corporis habitum abire patiuntur, vnde sequitur Ascites & Anasarca. Quas medicamenta quædam educunt, ob id hydragoga dici solita, quorum hic classem instruimus à Sambuco primùm orsi. Qui duplex: vnus arboreſcens: Græcis ἀκτὴ. Latinis Sambucus: alter pusillus, et ex herbarum genere, qui χαμαίακτη nobis Ebulus appellatur, ordine secundo calidus ac siccus. Vtriusque vires in mouendis hydropicorum aquis eædem, sed ebuli paulò maiores, qui podagricis, Ischiadicis & Venerea lue laborantibus confert. Sed quùm is, vt hydragoga ferè omnia ventriculo sit grauis, leniente liquore vis eius emendari debet, in quo cinnamomum, spica, nuxve moschata maduerit. Succus ad ℥j purgat: acini contusi, & in viño albo, vel hydrosaccharo mixti drachmæ pondere bibuntur. Cucumer agrestis ordine tertio calidus siccusque, vehementer amarus, detergens & aperiens aquas sursum, deorsumque mouet, mirificeque sanguinis serum expurgat ab intimis partibus, hydropicis & Arthriticis vtilis: pituitam etiam bilemque vacuat. E cuius succo leniter expresso siccatoque fit Elaterium, leniente liquore vel tragacantha temperandum, addito cinnamomo vel spica: quod à granis decem ad viginti potest exhiberi. Citrinam aquam, crassamque pituitã ducit. Iris, calida siccaque recessu tertio, obstructionibus

Hydragoga medicamenta serum, aquasque mouentia. Sambucus & Ebulus.

Elaterium eiusque dosis. Iris.

quidem expediendis efficacissima, sed ventriculo & visceribus ob acrimoniam infensa, qua venarum ora referans menses mouet, abortumque facit. Radicis succus datur ad ʒj, sicca tunsaque radix ad ʒij ex vuæ passæ iusculo cum sacchato & cinnamomo, vel sero lactis, vel capi vtriusque iure cum lactucis alterato. Thymelæa planta est lactariarum maxima, calida sicca, gradu quarto, cui vis insigniter actis, ignea, mordens, vlcerans, mali immanis, consumens, vimque dissoluens, Mezereon dicta, quasi tapiens vitam. Aquas potenter educit: vt Daphnoides seu Laureola, cuius est species, eodemque gradu calfaciens & siccans, ideoque pariter exulcerans ac febrim accendens. Quia verò citrinas aquas, & melancholicos humores educit insigniter, hydropicosque mirè leuat, eius folia macerentur in aceto cum succo Ribis, cydoniorum, punici mali, portulacæ vel lactucæ, quæ deinde siccetur. Eo modo præparata folià coquantur a ℈ ij ad ʒi. in pingui & leniente iure cum sacchar o & cinnamomo: vel sume pulueris foliorum eius laureolæ grana sex, ad summum grana decem, pulu- diamargarit. frigid. grana tria, confer. violar. rosar. nenuph. aût bugloss. ʒij. Misceantur in opiatam aut bolum. Esula minor, Grecè πέπλος calida sicca gradu tertio, serosos & aqueos humores altiùs immersos, pituitam atramque bilem etiam à iuncturis educit, ob idque doloribus arthriticis, & hydropi valdè conducit. Sed quia cordi & visceribus obest, calore & acrimonia febrem accendit, exulcerat, & ora venarum aperit, vis eius ac ferocia stomachicis & hepaticis glutinantibus ac frigidis, vt Intybi, portulacę, solanive succo frenanda & cũ bdellio, vel tragacantha, vel cidoniorũ semine inaceto macerãda. Radicis cortex redactus in puluerẽ à quinque granis ad decẽ, lac autem à tribus ad septem exhibetur. Tithymalorum species, quas Esulæ nomine comprehendunt officinæ vim eandem habent, & eodem modo præparari solent: at vsurpari cautius Nam ordine quarto calfaciunt, ideoque caustica vi pollent, interioresque partes, maximèque viscera instar ignis adurunt. Ricinus, qui palma Christi, calidus siccus ordine tertio serosos ab articulis humores, & hydropicorum aquas, crassam etiam pituitam bilemque purgat. Cuius semen kerua, seu regium granum: quod teritur & coquitur in antiqui Galli iure, confertque tum doloribus colicis, ischiadicis podagricis. Vel coquitur in sero lactis, aut lacte caprino, conducitque tum hydropicis. Dosis à quinque granis ad septem. Eadem vi prædita censetur Lathyris seu Cataputia, cuius tria quatuorve folia cum oleribus ex pingui iure coquuntur: aut septem ad duodecim grana teruntur, bibunturque cum albo vino lymphato, vel integra vorantur. Soldanellæ, seu brassicæ marinæ pulvis ad ʒj aut succus ad ʒß salubriter hydropicorum aquas educit. Cuius, vt reliquorum hydragogorum vsus longè tutior erit, si non seorsim ac solum exhibetur, at cum earum herbarum decocto, quæ stomachum heparque roborant, addito rhabarbaro. Euphorbium aqueos humores, crassam lentamque pituitam ab extremis partibus omnium validissimè ciet. At quum ordine quarto calidum, siccumque

Thymeleæ tapiens vitam faciens vitam. ob insignem noxã quam inferre sumpta consurunt.

Daphnoides seu Laureola.

Esula minor.

Tithymalorum species septem, Tithymalus Characias. seu Amygdaloides, Myrsinites, Paralius, Heliofcopius, Cyparissias, Fœdroides, Platyphiloes. Dios. cap. 159. lib. 4.

Ricinus seu palma Christi.

Ab hoc exprimitur oleum, quod de Kerua nuncupatur

Lathyris seu Cataputia.

Soldanella, seu brassica marina.

Euphorbiũ,

Manardus epist. 5. lib. 16.

sit, vrit, penetrat, exulcerat, & actionis violentia syncopen accersit. Cuius vim in sensam sic emendat Manardus. Mastiches & tragacanthæ ana partem vnam, euphorbij partes duas sumit, easque commiscet: in medio crudi panis occludit, & in furno panem aliorum more coquit: coctū vbi refriguit perfringit: quicquid intus inuenit à pane seiunctum, in catapotia cōformat, & imbecillioribus ad drach. vnā, robustioribus ad ʒiij, tutò dari posse censet. Ne tamen sic emendatum offendat, exhibenda subinde potio est quæ refrigeret acleniat, vt & calor impensior extinguatur, sitque purgatio celerior. Ab his extant hydragoga composita quæ sequuntur: nempe syrupus rosarum pallidarum, qui datur ad vnc. ij, electuarium è succo rosarū & diacarthami, hydragogum Ferneli maius & minus ad vnc. ß. hyera diacolocynthidos ad ʒiij, & ex ea trochisci, quos alhandal vocant à granis decem ad viginti. Pilulæ è Thymælæa seu Mezereo & de Euphorb. ad ϑij. Quorum vice purgat vnguentum è Cyclamino, vulgò de Arthanita & vnguentum è Lathyride Fernelij, illitum epigastrio, si vomitum ciere: hypogastrio, si ventrem purgare volumus.

Hydragoga seu serum aquā que purgantia, eorumque doses.

FLATVS DISCVTIENTIA.

CAPVT VIII.

Quæ flatus discutiunt.

SENSILIS *incluſus membri cauitate, vel errans*
Per varias ſine ſede vias in corpore flatus
Deſæuire ſolet, diroſque ciere dolores.
Quos apium, poliumque fugat, calamin-
ta, galanga,
Quodque oris graue virus olens emendat aniſum,
Rutaque & origanum, menthaſtrum, laurus, anethum,
Theriaceſque loco quæ ruſticus allia ſumit:
Zingiber, abrotonum, caryophillumque, piperque,
Jnque venena potens marathri, daucique, Carique
Amnios atque cumini, & fragrans ſemen amomi,
Quodque ferit guſtu nares cerebrumque ſynapi.
Ergo ex his ſi purgandum, pituita trahatur
Cum diaphænico & paribus: partique dolenti

Succurrant calidi fotus, quos mentha parabit
Fragranti comitata thymo, sumptæque tabellæ
E triplici piperum specie, vel aromate, quod sit
E nuce moschata, spica nardi, atque galanga,
Purpureisque rosis iuncto cum sacchare moscho.

Materia tabellarũ flatus discutiẽtium, umbellosque & frigido veniculo robur addentium.

COMMENTARIVS.

FLATVS, spiritus est, seu vapor impurior, crassior atque turbidior, quem imbecillus calor ex humida materia suscitatum discutere non potuit. Cuius quum tres sint omnino causæ: caloris imbecillitas, humida materia, partiumque quibus includitur, seu cutis seu musculus, seu membrana sit, densitas, calfacientibus ac tenuantibus huius est procuranda discussio. Per hæc enim calore vegetiore reddito tenuatur spiritus crassior, reseratisque meatibus in auras expirat & euanescit. In his est Apiũ, calidum ordine secundo, siccum tertio: quod vt flatus discutit, vrinas mensesque mouet, epilepticis, quorum paroxismos irritat, fœtui & mulieri lactanti prægnantique noxium. Calaminta, cuius essentia tenuium est partium, & calida siccaque temperies, tum ea quæ montana, tum quæ nepeta seu Cattaria nominatur, à pituita flatuque natis affectibus succurrit, vrinas ac menses expellit, asthmaticis, ictericisque confert, sudoresque promouet. Elephanticos etiam iuuat, crassos humores incidendo: sed lactis serum statim ebibendum, ne calor hinc adurens melancholicum humorem augeat & exasperet. Prægnantibus obest, montana maximè, quæ admota potave conceptum interimit ac ejicit: ordine tertio calfaciens siccansque. Sed Cattariæ vis ac facultas ignauior. Anisum tertio gradu calidum siccumque ventris inflationes sedat, vrinam prolicit, lac ad mamnas euocat, in Venerem stimulat, alui fluxum, albaque fœminarum profluuia compescit, venenis aduersatur, oris halitum commendat, cuius vt saporis gratia semen commodè panibus inspergitur. Ruta duplex, montana seu syluestris, ac domestica: Hæc tertio gradu calfaciens, illa quarto. Lethalium venenorum antidotum vtraque est, inflationes intestini coli, recti, vuluæque tollit, vrinas mouet, Veneris que flammas extinguit, quum digerat deficcetque strenuè: denique crassos ac lentos humores incidit, quod eorum est, in quibus calor ac siccitas exuperat. Origanum omnes obstructiones aperit, asthmaticis, peripneumonicis, ictericis, lienosis, mouendisque mensibus confert, flatusque discutit, siquidem incidendi, tenuandi, calfaciendique vim insignem obtinet. Menthastrum, seu mentha syluestris tenuium partium est, tormina mulcet, nocturnas pollutiones cohibet, asthmaticis ictericisque conducit, fœminas à partu purgat, ventris tineas ex aceto pellit, huiusque folia tam pota quam illita venenosorum animalium ictibus opitulantur. Laurus vrinas mensesque du-

Quid flatus, eiusque causæ.

Apium.

Calaminta.

Calaminta montana prægnantibus infensa.

Anisum.

Ruta duplex.

Origanum.

Menthastrum.

Laurus.

cit, contrà scorpionum ictus ex vino bibitur, orthopnœę, tabi & omnibus thoracis rheumatismis ex melle confert, folio fructuque calfaciens: at fructa magis, ideoque discutiendis flatibus magis idoneo. Radicis cortex minùs quidem acer est & calidus, plus tamen amarus, astrictionisque magis particeps. Anethum aridum gradu secundo calfaciens ac siccans, inflationes ac tormina sedat, vomitum aluumque sistit, vrinas ciet, genitale semen extinguit, potuque lac euocat. Humidius autem minusque calidum est viride. Quare concoquit, somnumque magis quàm aridum inducit, sedatque dolorem, at minùs digerit. Cuius coma semenque solet vsurpari. Abrotonum ordine tertio calidum siccumque digerit, inciditque potenter, ideoque flatus discutit: Lumbricos interimit amarore, stomacho noxium. Nam quod amarum omnino est stomachum offendit, vt quod acidum, austerum, acerbum, & in summa quod astringens, ei gratissimum. Semina fœniculi, dauci carui, ameos, amomi sunt venenorum frigidorum alexiteria; grataque stomacho cruditatibus ac pituita referto. Concoctionem enim iuuant, & lentum humorem incidunt, tormina flatusque sedant, quia calfaciendi siccandique vi prædita. Composita discutiendis flatibus apta sunt Electuarium aromaticum rosatũ maius, diarrhodôn abbatis, confectio de baccis lauri, dianisum, diacuminum, diagalanga, diatriumpipereôn: syrupi de thymo, epithymo, de mentha, de calaminta, de duabus & quinque radicibus vel soli, vel cum aquis apij, fœniculi, petroselini, absynthij, menthæ, nepetæ. Quæ commodè sumuntur per os, vt admouetur emplastrum è baccis lauri & è meliloto, nardinum oleum, anethinum, laurinum, ricininum, seu dekerua, balanisinum, oleum amygdalarum, & oleum è castoreo. Ex quibus peritus sagaxque medicus ea seliget, quæ partibus affectis magis familiaria iudicabit. Sciendum verò semper esse suspecta topica calfaciendi vi prædita pleno, necdum repurgato corpore, quum hæc in partem afflictam, fluxioni iam obnoxiam, vi caloris attrahant. Quare tum ad ea veniendum, quum præmissa vacuatione, plethoræ cacochymiæque satisfactum esse videbitur.

Anethum.

Abrotonum.

Stomacho quid infensum, & quid amicum.

Composita flatus discutientia.

FEBRIS EPHEMERÆ, SEV DIARIÆ CVRATIO.

CAPVT IX.

SPIRITVS in ſolido venarum corpore clauſus
Æſtuat externis, ab eiſque Diaria febris
Inuadit cauſis. Quæ quamuis blanda, leuiſque,
Dat tamen interdum longo rudimenta calori,
Non ideo ſpernenda. Sed hanc ſi ſuſcitat ira
Mobilis, inſeſe ſubito fera corda reſidant.
Si timor, aut mæror, veniant noua gaudia, menſque
Protinus exoneret pauidas interrita curas.
Crapula foeda fame, aut vomitu, balanove domanda,
Dira fameſque cibo, liquido ſitis aſpera potu.
Si verò elaſſis contingit Ephemera membris,
Sedabit feſſum requies pacata laborem.
Sin cutis hanc peperit denſatio, balnea proſunt,
Quodque poteſt oleum clauſos aperire meatus,
Quale quod aut Camomilla dabit, vel amygdala dulcis.

COMMENTARIVS.

EPHEMERA febris eſt omnium ſimpliciſſima, quia ſpiritus præter naturam in venis & arterijs efferuescens eius eſt materia continensque cauſa. Qua nulla mitior, quum ſit eius pulſus æqualis, vrina concocta, blandus calor, omnia denique fere ſanis ſimilia. Non tamen eius eſt negligenda curatio, quum hæc in alias febres facile degeneret. Vt quum ex denſata cute retentis excrementis ea conſurgit, febris putrida ſequi ſolet a tetro eorum halitu primùm accenſo, dein infecto ſanguine. Quæque vel ab inedia, vel æſtu Solis acquiritur, in Tertianam aut Cauſum incidit, acrioribus redditis humoribus aduentitij ca-

Notandum. Ephemera febris ſimpliciſſima.

loris primùm in spiritibus insidentis commercio.

Quid Ira. & decoctionis hord. vel aqu. lact. vel end. vnc. iij aqu. viol. aut nenuph. vnc j Misce fiat inlep.

2 Ira sanguinis est circa cor effervescentia, rationis freno temperanda. Quæ si diutius perstans Ephemeram accendit, leniendus ac temperandus est calor ptisanę vel aquæ coctæ potu, syrupo violaceo, nenuphar. limonum & tepentis aquæ balneo, ne symptomatica febris, vt Pleuritis aut Peripneumonia: vel aliqua primaria, nempe Synochus in plethorico, vt in cacochymo picrocholo Causus, Tertiana, vel hectica consequatur. In cæteris Ephemeræ causis esto simile iudicium, vt nimirum ei quod molestiam infert contrarium semper afferatur: vt labori quies, furori, tristitiæ, sermonum, actionum & spectaculorum iucunditas: intentæ cogitationi ratiocinationis intermissio: cibus inediæ, vigilijs, somnus. Aquæ verò tepidæ balneum non eos duntaxat ab Ephemera vindicat, qui in hanc à densata cute semel inciderunt, aperiendo cutis meatus, & incalescentes spiritus temperando: sed omnes pariter exiccatos curat, qui siccitatem seu à calore, seu frigore contraxerunt. Quum enim id natura sit humidum, moderateque calidum, humiditate quidem natam à calore siccitatem corrigit: caliditate verò, temperata, moderatoque tepore concretum frigus soluit ac minuit. Lauandi verò sunt ægri in prima febris declinatione: quumque loti fuerint, eis cibus euchymus offerendus, vt è butyro iusculum, alteratum aceto sa lactuca, portulaca: vituli capique ius & carnes in ijsdem herbis elixæ: vel ouum sorbile, vel hordeatum, amygdalatum, gelatina.

SYNOCHI SIMPLICIS CVRATIO.

CAPVT V.

Quæ solita est vna finire Diaria luce,
Prorogat interdum spatium, roseumque cruorem
Spiritus accendens, Synochi sit proximus author.

Duo Synochi simplicis remedia, venæ sectio & gelida potio.

Quam si nulla fouet manifesta aut cæca putredo,
Febris & est simplex vena citò sanguis aperta
Exeat vberius: gelidæ tum larga sequatur
Potio, quæ corpus refrigeret. Hinc mador ille
Qui venit, aut vomitus bonus est, fluor & citus alui.

In quibus causis partienda venæ sectio.

Non tamen expediet confertim exire cruorem

Si

Si puer, aut gracilis, stomachi si debilis eger,
Sensilis & nimium, si multa bile redundet.
Partiri melius, ne vis frangatur. Obestque
Potus aquæ gelidæ, tumor est si visceris, atque
Crassior humor in hoc, qui sit tenuandus. Et vsus
Insolitus gelidæ, gelidum persæpe tremorem
Dispnæamque parit. Sed vbi vis firma vigorque:
Et metus in Synocho est, pars ne obruta sanguine multo
Interitura ruat, sanguis mittendus ad vsque
Defectum. Si dein metuas ne debilis vndæ
Lædatur potu stomachus, miscere syrupum
Sis memor aut violæ, flaue scentisve limonis.
Molliæ iura leuant vituli de carne recentis,
Gallinæque nouis pullis nostreve, vel Indæ:
Et ptisanæ succus, benè quem sorbere diebus
Continuis tribus ante iubes, quam segnis in artus
Somnus eat: tepida corpus tum mollis in vnda.

Sanguis ad lipothymiã quando mittendus.

Quid loco gelidæ propinandum.

Spiritus omnium quæ sunt in corpore tenuissimus.

Vitium genus.

COMMENTARIVS.

SPIRITVS omnium quæ sunt in corpore tenuissimus, in febribus primùm incalescit. Ideò non modò Synochum, sed & omnes febres, quas putridus humor accendit, necessario quædam antecedit Ephemera, calore primum in spiritu consistente, qui dein in humores traducitur. Missio verò sanguinis frigidæque potio potissima sunt & maxima omnium febrium remedia. Quùm enim in his sanguis præcopia corpus oneret & calore torreat, phlebotomia suffocationis periculum impendens tollitur, gelidæque larga potione corporis refrigeratur habitus. Nec ad perfectam curationem superest, si ad lipothymiam misso sanguine sudor, aut alui deiectio, bilisve vomitus, aut horum loco copiosa frigidæ potio febrem soluerit. At multa sunt quæ nos auocant ab ea venæ sectione, quę ἀθρόως, seu confertim ad animi deliquium celebratur, nempe temperamentum calidum, ætas, vt puerilis & senilis, rarus & gracilis habitus textusque corporis, ventriculi os imbecillum, vel plurimum sensile, vel amara bile perfusum. In quibus est partienda, non semel & copiosè tentanda vacuatio, ne pro lipothymia succedat syncopè. Nec antè secare venam oportet, quã fœcum excretioni prouiderimus, ne in vacuati sanguinis locum tetet è fœcibus habitus aut crudus humor reliquum inficiat, labefactetque sanguinem. Has ergo sic excludemus. ℞. fol. alth. malu. parietar. vio-

Duo potissima Synochi remedia ex Galen. l. 9 method.

Quanã auocent abea sectione quæ fit confertim, frigidaque potu.

lat. mercur. ana Mi. flor. chamęm. Pij. Coquantur in aqua & colentur ad lib. 1. dissolu. cathol. mell. commun. sacchar. alb. ana. ℥j ol. violac. butyr. recent. ana. ℥j ß salis ʒj. Fiat clyster indendus in anum. Quo reiecto, vel iusculo vel oui vitello cibetur æger, indeque mittatur sanguis. Si tamen tanta morbi vis est, vt metus sit ne sanguis in partem aliquam procumbens pleuritidem, aut alicuius visceris inflammationem accersat, nullo præmisso clystere, nec balano tantùm sanguinis aperta vena profundendum est, quantum vires tolerare videbuntur. A quo remedij genere potus aquæ frigidæ congruit, si vires constant, signa coctionis apparent, estque carnotus ac boni habitus ille qui Synocho concutitur. Nec enim is omnibus vtilis. Nonnullis quippe spirandi difficultatem, conuulsionem ac tremorem inuehit, occlusis meatibus, & concussis imbecillibus corporis partibus: hisque quibus obstructio, vt putridus humor incoctus est: aut quibus in parte aliqua tumor, seu phlegmone, seu scirrhus vel ædema, plurimum officit. Crassos etiam humores attenuari digerique prohibet, quum eos denset & infarctus augeat. Ideoque quibus hæc incommoda metuuntur iulepi refrigerantes aqua frigida tutiores hoc modo describendi. ℞. aq. coctæ ℥iiij, syrup. de lim. & oxisaccha. simpl. ana ʒ vj. Vel.

Clyster emollians.

℞. aquæ stillat. nenuph. & oxalid. aā ℥ij. syrup. de limon. ℥j. Misce. Fiat iulepus in vnam dosim. Vel.

℞. decoct. hord. lib. ß syrup. violac. & iulepi rosat. ana ℥j Misceantur & fiat iulep pro duabus dos. Duabus post phlebotomiam horis Aetius ptisanæ succum exhibet, ab eoque quietem imperat. Succum eundem à somno propinat, quem continuat ad tertium vsque diem, quartoque die ægrum mittit in balneum. Nos autem vt ptisanæ succum, qui nostrum hordeatum est, admittimus: ita iusculum è vituli pullique gallinacei carnibus, altera tum oxalide lactuca, scariola valdè probamus etiam ante venę sectionem vt viribus consulamus, aut statim à phlebotomia, quo refrigeretur corporis habitus, citoque partes omnes adeat alimentum, quas fortè nutantes ab immodica vacuatione roboret. Reliquo tempore carnibus elixis potius quam assis alimentique pauci nutriendum, si virium robur est, morbique vigor expectatur. Alias paulò plenius alendum, eoque maximè tempore quo leuior æger esse videbitur, quóve per sanitatem est cibari solitus. Balneum hîc rariùs vsurpamus vt maioris apparatus: quod tamen vtilissimum ducimus, præsertim æstiuis ardoribus.

SYNOCHI PVTRIDÆ CVRATIO.

CAPVT XI.

PVTRIDA quæ Synochus, putri malè tuta calore est,
Quoque magis crescit, magis est hoc plena pericli,
Pestiferum in sese claudens quandoque venenum.

Putrida Synochus interdum maligna.

Cuius vt effrænum possis cohibere furorem,
Iniecto clystere prius, reserare necesse est
Non semel, illato satis amplo vulnere venam.

Vena sectio.

Tum purgare sero lactis, sennaque, rheoque,
Oxalide incocta, tamarindis, semine citre,
Fæniculi, cardique. Cibi sint iusculacrebra
Ex caldis gelidisque, et cor firmantibus herbis
Condita omphacio, cum carnibus ante relatis.
Assa caro si turricolæ comedenda columbæ,
Gallinæ iuuenis, oriundi è phaside galli,
Iuiuperóve alti leporis, sit mersa liquori
Vel granatorum, citri, flauique Limonis.
Oxalidis radix in aqua cum gramine cocta
Gratus erit potus, nec inutilis ille futurus,
Quem mera lympha dabit cum sacchare iuncta rosato.
Sique labant vires, exhaustæ à febre maligna,
Has distilllato reparandis viribus apto
Cardiacis & aquis, vt morsus, oxytriphilli,
Cum diamargaritôn, vel cornu monocerotis,
Puluere vel cerui reuoca, paribusque canendis,
Quum proprios Cordis memorabimus ordine morbos.

Purgatio.

Carnes superiori capite dicta sunt vituli pulliquegallinacei, tum nostratis, tùm indici.

Phasis, maximus Colchorum fluuius, aquo Phasiano nomẽ.

Cardiaca.

COMMENTARIVS.

Synochorum materia sanguis.

SYNOCHORVM materia sanguis est: qui tariùs putrere debet in vasis, quum spirituum impetu soleat agitari, blandoque calore natura sit præditus. Si tamen obstructio vera, non solam cutim, sed & tenues lecoris, habitusque venas inferciens: aut alia quædam causa perspirationem sic prohibet, vt neque vis refrigerans foris intrò subire, nec excrementa tenuia, acria, fuliginosa intus foras erumpere possint, natiuum obtui calorem: ideoque sanguinem putrere necessarium. Qui quum naturaliter habet, optimam temperiem nancisciturque partium vniuersi corporis idoneum alimentum. At si corrumpitur ac putret, fit detertimus, fœtorem insignem, ac plerumque malignam qualitatem induens. Est enim calidus humidus, éque partibus heterogeneis constans. At à calido humido præter naturam putredo: à partium in sanguine contentarum, nempe bilis, pituitæque dissimilitudine dissidium. Quibus positis dubium esse non potest, quin periculosa sit, ac plerumque pestilens putrida Synochus, qualem vidimus anno salutis 1580. quo Lutetiam epidemius morbus grauiter inuasit, & anno Domini 1587. quo purpuratæ febres infinitos e medio sustulerunt. In vtraque verò Synocho debet sanguis liberaliter aperta vena profundi: sed in putrida phleboromiam partiri, & ex interuallis purgare melius est, quumin hac, plethora cacochymiæ iuncta sit. Quare clysmate sordes in intestinis eluendę, tum vena tundenda est. Hinc sequatur leue cathartícum: ab eo bis, ter, quater, si vitium robur est, morbique magnitudo requirit, iteretur venę sectio, qua febrile desinat, aut minuatur incendium. Clyster hic erit. ℞. fol. alch. malu. parietar. violar. mercur. ana m. hord. integri, furfur. nodulo includ. ana Pi. Bulliant in sero lactis. In vnius libræ colatura dissolue diaprun. solut. mell. communis sacchar. alb. ana ℥j butyr. recent. ℥ij. fiat enæma. Sequenti verò forma cathartícum parabitur. ℞. fol. hepatic. scariol. capill. ven. buglos. borrag. ana Mj. semin. quatuor frigid. minor. card. fœnic. ana 3j sennæ & passul. mundat. ana ℥ß flor. nenuph. & buglos. ana Pj. Fiat decoct. In cuius colatura infunde rhei elect. ℥ j. cinnam. santal. citrin. ℈j. Dissoluatur in expressione syrup. solut. rosar. ℥j vel ℥ß. Fiat dosis seu potus. Ex syrupis è chicorio, de granatis endiuia, nenupha, cum herbis decoctis, aut distillatis aquis acetosæ nenupharis, oxalidis, oxytriphilli, cuscutæ, solani, plantaginis, & similium refrigerandi vim habentium apozemata iulepique fiant. Hic verò cathartica blanda conferunt, vt manna, senna, rheum, & syrupus rosarum pallidarum cum sero lactis aut refrigerante & leniter aperiente decocto. Suspecta magis est Cassia, quia nimium humectando putredinem augere potest, crassisque vaporibus quasi nebulis excitatis replere caput, & sopotem inducere. Melius Electuarium lenitiuum aut catholicum erit cum infuso rhei, vel syrupo de cichorio cum rheo composito. Victus esto refrigerans ac tenuis. Vinum, oua, carnes si fieri potest, exulent, quia

Sanguis quã do putret.

Sanguis quõ putret, cur deterrimus.

Synochi putres quo tempore incipiant popularis.

Clyster mollíes, detergẽs ac purgans. Cathartícũ.

Iuleporũ & apozematũ materia.

Cassiæ cur in Synocho putri suspecta.

Victus.

sanguinem morbi causam augent. Si tamen hæc virium imbecillitas aut consuetudo requirere necessario videtur, vinum non polyphorum seu vinosum, sed oligophorum & aquosum, album ac tenue, dilutum aqua multa concedatur in pastu: extra pastum ptisana pro potu sit: vel oxalidis & graminis aqua cum liquiritia: vel aqua cocta cum saccharo rosato. Carnes sint montanarum auium, passeres, turdi, merulæ, columbæ, gallinacci pulli, gallinæ, perdices, turtures elixę, alteratęque bugloſſo, borragine oxalide, lactuca, scariola plantagine: vel assatæ: tum hæ, tum quas versibus expressimus. Distillatum restaurans reparandis viribus iuuentum fiet è rebus mixti generis ad alendum & alterandum: quibus in balneum Mariæ coniectis per alembicum vitreũ liquor eliciatur, ita describendum. ℞. conserv. bugloss. borrag. cichorij. rosar. nenuph. ana ℥ij. puluer. elect. diamargarit. frigid. ʒj. ß trium sãtal. & trochis. è caphura ana ʒj. croci ʒ ß. semin. oxalid. citri, card. contus. ana ʒiij: iusculi duorum caponum, alteratorum cum oxalide, lactuca, portulac. scariol. bugloss. borrag. lib quatuor. Conijciantur in balneum Marię cum mica panis albi in aqua rosarum macerata, fiatque distillatum igne lento, quod reseruetur in vsum. Tum, ℞. eiusdem distillati lib. ß. succi limon. ℥j. sacchar. alb. ℥iij cinnamo. ʒß. Colentur per manicam Hippocratis, denturque vicibus cochlearia duo, tria, quatuor, vt res erunt. Tabellæ diamargariti frigidi, diarrhod. abbatis & aromatici rosati conferunt.

Distillatum restaurans.

VERÆ TERTIANÆ, CAVSIQVE curatio.

CAPVT XII.

IERNO *quoque die quæ febris adurit, in hocque*
Sæuitiam duplicat, calidoque simillima Causo est,
Vix viget in nostris, et eis regionibus, in quas
Aspera Sarmatici penetrat violentia venti.
Sed popularis ibi est, vbi vesper Phœbus anhelos
Tingit equos, Getulus vbi est, vbi barbarus Afer.
In quibus, hisque locis quando furibunda mouetur
Bilis, & vrenti torret præcordia flamma:

In quibus regionibus febris ardens & tertiana syncera maximè vigent. In ardente febre parcè, parciteque vacuandum.

Victus.

Humidiore iuuat ſubito potuque ciboque
Exuccum refici corpus. Dabit humida potum
Vnda, cibum lactuca, geluque è carnibus hædi
Et vituli, pullique recens. Tum clyſmate molli
Fœcibus eductis mediocri vulnere venam
Tundito, labentemque cito cohibeto cruorem.
Pharmaca blanda leuant vomitu, motuque per aluum

Hydreleum, vomitorium. Blanda cathartica.

Effrænam nimiùm placide ducentia bilem.
Lympha tepens, oleumque, huius ſi copia detur
In potu, vomitum facit, humoremque per aluum
Caſſia deducit, calabrinaque manna, rheumque.
Quam varius gelidis expreſſus ſuccus ab herbis
Alterat epotus, nimioque liquarier æſtu
Non ſinit humorem primum, tenueſque medullas.
Sic cum lactuca, portulacaque coquantur
Quę ſubito accreſcunt ſpinacia & intyba, lichen,
Prunaque cum ceraſis, nymphæaque & violarum
Floribus, & gratus ſit ab his cum ſacchare ſuccus.

Topica: Oxicratum humi iactum bilis ardorẽ ſũperat, aëre refrigerato, vt & refrigerantes herbæ floreſque.

Si verò externi noceat calor aeris, aer
Frigidus arte nouandus erit, quem ducat anhelus
Æger, humi iacto quod aquæ iungatur aceto,
Lactucis, ſalicum ramis, putealibus vndis,
Hyblæiſque roſis. Gelidis hypochondria, lumbos,
Thoracem, genitale pedes, externaue quæuis
Ne priùs attingas, videas quam ſigna pepaſmi.
Tumque potes lecoriſque locum perfundere oliuo,
Quod roſa, quod capiant tria ſantala, & indere fronti
Populeum vnguentum, aut quod erit magis vtile ſomno:
Deinde cutim ſiccam tepidis immittere lymphis.

COMMENTARIVS.

EADEM est Causi, seu febris ardentis & Tertianæ veræ materia, nempe syncera bilis: sed maioris minoriſque ratione distinguuntur. In tertiana namque mitiora sunt omnia: nec calor omnino constans sed vno die mitior, altero sæuior. Itaque quo die minor est febrilis æstus, cibare licet commodiùs, & si videtur secare venam, atque purgare. Sed in Causo perpetuus & æquabilis est ardor, vt nec manifestè tertio die reduplicans, sic nec apertè remittens. Quamobrem in eo natura cum morbificis causis æqualiter assiduè dimicante, nullo tempore tuta vacuatio, quamuis tamen necessaria, bilis vt oppugnetur; eaque subita, quum acutissimus affectus sit, quique nullas det inducias; Cibus item ob frequentem syncopem hora qualibet offerendus, quum tamen in vigore, qui continuus hic est, minimum cibi dandum esse moneat Hippocrates. Causus ergo Tertiana vera periculosior, licèt ijsdem remediorum generibus tentetur affectus vtriusque curatio. Quem in locis arcticum polum spectantibus, vt Gallia Belgica, Flandria, Dania, Suetia, Gothia, Grontlandia, Scotia vix reperiri diximus, quoniam illis aër ambiens frigidus est, quique continetur intùs calor, natiuus ac blandus est, non ascititius & igneus. Ideoque nullam vel admodum exiguam in eorum qui ibi degunt corpore sedem habet syncera bilis. Cuius copiam exaggerant qui sunt in Ægypto, Numidia, Getulia, Nubia. Calor enim externus humores eorum exurens reddit acriores, magnaque ex parte biliosos. Viget autem in Tertianâ vera, Causoque calor & siccitas: ideoque refrigerandum & humectandum. Primus verò scopus est humectatio. Nam inquit Hippocrates, Quicumque ardente febre moriuntur, omnes præ siccitate moriuntur. Quum igitur hic liquida, quæ siccas partes citiùs peruadunt, irrorant, aluntque conueniant, è pullis gallinaceis, hædina, vitulinaque carne cum oxalide, scariola, lactuca, portulaca coctis iuscula fiant: paretur gelatina sine cinnamomo: ex hordeo potiones, sorbitiones, alimenta comparentur, Hordei cortice, qui desiccat, ablato. Pruna in aqua cocta refrigerant & humectant, alunt, aluumque lubricant: ideoque valdè conferunt. Hydrosaccharum, seu bochetum potius quam hydromel seu mulsa pro potu sit. Aqua quæ pura ac leuis est, omnis alieni saporis ac odoris expers, qualis quæ è fonte lympido per arenosa loca profluit concedi potest. Ne tamen innato frigore viscera debilitet, leuiter vitreo vase coqui, vel agitatione & transfusione crebra tenuari debet, immersaque cibarij panis medulla, panata quæ vulgò dicitur, aqua confici. Sed vtrâque suspectam habe. Ptisana vulgaris ex hordeo & liquiritia cum aqua coctis, febricitantium potus vtilis est, & valde salutaris. Quæ de cibo potuque dicta sint. Venę sectionem nunc attingamus. Fit enim is ob calorem immodicum magna ex parte biliosus. Quare non debet Chyrurgus vt in synochis febribus & melancholicis affectibus, sic in Causo

Quid Causus & Tertiana vera differant.

Aph. 8. lib. 1. aph.

Cur Causus in calidis regionibus quàm frigidis frequentior.

Lib. 1. de morb. Victus humidus.

Hydrosaccharum, hydromeli to præstantius.

venam amplo foramine vulnerare, ne cum tenuissimo sanguine spiritus confertim exhalantes subitam afferant lipothymiam. Sed adacto in venę corpus scalpello viam angustam sternere, qua subtilissima sanguinis portio, quæ plus bilis in se continet, exiliat, meliorque sanguis ac purior in venis relinquatur. Et si sæpiùs prestat in secando maiùs, quàm minùs fieri vulnus. Sed hic, ne vires excidant, parcè, partitéque vacuandum. Arabes autem à phlebotomia censent abstinendum, quia bilis, cuius frenum aiunt esse sanguinem, in hoc affectu citra sanguinis copiam sola putrere videtur. Quod in eorum solo, zonæ torridæ contermino, in quo febrium ardentium ideæ sunt, & in quo corpora sanguinis missione facilè resoluuntur credibile. Sed in his Galliæ locis zonam frigidam spectantibus, nec procul ab arcto positis exquisita febris ardens & syncera tertiana ratò cernitur, plusque sanguinis in visceribus Gallorum & Germanorum, & aliorum in frigidis locis degentium, quam Aforum & Arabum est, quorum innatus calor Solis ardore vanescit, atque dissipatur, euocato foràs spiritu cum sanguine. Quamobrem Australes populi timidiùs, Aquilonares audentiùs vacuandi. His ideò phlebotomiam, illis συρμαισμὸν, seu vomitum putemus esse salutarem: qui sollicitabitur hydrelæo large poto, vel esu raphani, nasturtij, portulacæ, erucæ, synapi, aqua tepida dein affatim hausta, quod Dioclis est vomitorium. Rariùs verò Lutetiæ prouocatur vomitus, sed iniecto balano vel enæmate vena tunditur. Deinde cassia, manna, vel blandum ab his catharticum datur, quo biliosus humor facilè sequax citrà ventriculi noxam in aluum præcipitetur hac formula. ℞. fol. althææ, mal. parietar. lactucæ, ana mi. flor. nenuph. Pij. Bulliant in aqua, indeque colentur ad lib. i. Dissolue medull. cass. mell. violat. saccharat. alb. ana ℥j. butyri recent. ℥iij. fiat clyster. Deinde ℞. fol. endiu. scariol. lactuc. portulac. ana mi. tamarind. ping. ʒiij. semin. quatuor frigidi maior. contus. ana ʒi. prun. iuiub. sebest. ana quinque numero, flor. viol. Pi fiat decoctio. In colat. infunde rhei elect. ʒij. cum ϑj cinnam. In expressione dissolue elect. lenit. ξj. syrup. violac. ξß. vel ℞. descriptæ decoctionis quantum satis est pro dosi, nimirum ad ξiiij. Infunde medull. cass. ℥j. ß. Expressione facta dissolue syrup. solut. rosar. ℥j. syrup. de cichor. composit. cum rheo ξß. fiat dosis. Vel ℞. syrup. de cichor. composit. cum rheo ξj. elect. epsill. ʒii. Cum aqua lactuc. fiat potio. Vel, ℞. medull. cass. fistulæ recentis ξj. Diaprun. solut. ʒij. Misce. Sumantur è cochleari per bolos cum syrupo violac. Vel, ℞. medull. cass. ℥. jß. Cum saccharo fiat bolus, à quo sorbeatur citissimè insculum, ne cassia moretur in ventriculo, sed ocyus ventrem lubricet ac molliat. E simplicium refrigerantium aquis stillatitijs, decoctis ac succis varię potionum species, alterandæ domandæque bili familiares concinnari possunt his formulis. ℞. aquar. stillatit. endiu. lact. portul. ana ξiiij. succi limon. & granat. ana ʒvj. saccharat. alb. ξiij. Modicè coquantur in iulepi consistentiam pro tribus dosi. Vel. ℞. aqu. stillat. nenuph. & lactuc. ana lib. ß. syrup. violar. & limon. ana ξij. Misce fiat iulep. in quatuor doses, que dentur in siti longiùs à pastu. Syrupus

Cur Arabes venæ sectionem ardẽte febre reformident.

Dioclet. ad Antigonum Asiæ regem. Clyster.

Potiens bilẽ educentes.

Bolus cassiæ compositus. Bolus simplex.

Syrupus.

nouus

nouus parari poterit hoc modo. ℞. succorum oxalid. borrag. lactuc. portulac. depurator. ana ℥iij. succi cucurbitæ ℥ij flor. viol. Pnj. Ferue-fiant parùm, indeque colentur, adde succi limon. & granat. ana ℥j. sacchar. alb. lib. 1. Coquantur in syrupi consistenti mode quo capiat æger cum aqua fontis, leui coctione correcta quum sitis vrgebit. Temperabit sequens apozema bilem ℞ asparag. gramin. oxalid. oxylapath. ana ℥j. fol. hepatic. lact. portulac. scariol. polyti ana Mj. sem quatuor frigid. maior. & minor. contus. ana ʒij. trium flor. cardiac. & nenup. ana Pj. Bulliant in aquæ libris duabus ad dimidias. Colatis adde syrup. viol. & elimonibus ana ℥ij: fiat apozema clarificatum, aromatizatum cinnamomo pro tribus dosibus. Notandum verò quod febrilis immodicus calor non tantùm humores liquat & absumit, sed & in solidis partibus humidum primigenium populatur & absumit: ideoque refrigerantibus humectantibusque pugnandum est. Quare si quæ refrigerant pariterque siccant ex vsu esse videantur, qualia sunt oxalis, omphacium, succus ribes, limonum, granatorum, & huius generis acida, quæ stomacho nauseabundo, cordique grata sunt, ea vel aqua, vel aqueo liquore debent humectari, vt omnibus qualitatibus in causum, & alios similes igneos affectus agant. Vtque de Topicis quid sentimus afferamus; corporis partibus litum fotum-ve, aut quid-vis aliud admouere, nisi postremis diebus, coctaque materia suspectum, ne frigoris appulsu calor ad corporis centrum impellatur, coactoque intùs incendio febris lypiria consequatur. Præstiterit verò columbas, pullos-ve gallinaceos, catellos, aut recèns mactatorum animalium pulmones, aut vitulinas carnes raso capiti, plantis pedum & hypochondriis inducere, vt tepido calore calorem igneum foras attrahant, laxatisque cutis meatibus fuliginem educendo per accidens refrigerent. Si tamen ex delirio phrenitis metuitur, illinetur frons cum temporibus hoc linimento. ℞. oxirhod. ℥j. vnguenti popul. ʒß. misce pro litu frontis & temporum hora somni. Vel, ℞. ol. violat. ℥j. cærati refrigerant. Gal. ʒß. aceti ʒij. His etiam regio renum illini potest, si in illis calor & dolor est. Balneum aquæ dulcis coctionis signis apparentibus hic ideo confert, quod corporis habitum humectat, & reseratis cutis meatibus, fuliginosis excrementis viam aperit, largoque sudore crisim absoluit. Sed ab ambiẽte frigido motus. Ideo ne balneum ingrediatur æger, nisi calido cœli statu, vel in calido conclaui.

Non, nisi postremis diebus coctaque materia topicis vtendum.

Linimenta.

INTERMITTENTIS TERTIANÆ veræ curatio.

CAPVT XIII.

IGNEVS *hic feruor, terna qui luce recurrēs,*
Alterna placidam concedit luce quietem,
Nil habet infaustum, nec tempora longa pererrat.
Bilis enim quæ causa mali non multa, sequaxque est.
Hocque die, quo nec rigor est, nec feruidus ardor,
Se separat natura cibis. Quo tempore venam
Tundere, purgantique iuuat medicamine ventrem
Mollire, inde cutis tenues reserare meatus
Dulcis aquæ fotu tepido, Cibus humidus esse
Debet vt in Causo. Teneri sed carnibus hædi
Porcellique, pedumque suum, vitulique licebit,
Pullorumque frui. Neque piscis inutilis vsus
Dummodo petrosi, facile & qui in ventre coquantur
Concessi fructus. Tremulis sed tutius ouis,
Et ptisanæ succo viues, veniente vigore.

Cibus humidus febricitantibus dandus.

COMMENTARIVS.

Tertiana vera duplex.

EXQVISITA Tertiana, cuius causa sincera bilis, vel est continua, de qua priùs, vel intermittens, de qua nunc agimus. Vtraque curatur usdem remediis. At hæc, cuius accessionis principiū rigor, finisque sudor est, paulò validiora tutiùs admittit. Quum enim in apyrexiam omnino desinat, minus metuendum ne quietis die, quo mouendum, si quid mouendum est, efferus concitetur humor qui morbum augeat: sed non priùs ad validiora progrediendum, quam sit à blandioribus auspicatum, præsertim quum sit securus, salutarisque morbus, & cuius crisis in septem periodis ad summum, ait Hippocrates affutura sit, vt in septem diebus continua solet iudicari. Mitiora cholagoga sunt diaprunum simplex, manna, cassia, rheum, & syrupus è cichorio cum Rhabar-

baro compositus. Validiora duaprunum solutiuum, electuarium è succo rosarum, è psillio, caferedoli quam huius libri cap. 4. & 12. notauimus. Parari poterit opiata refrigerans & humectans in similem vsum hoc pacto. ℞. mucillag. semi. psill. in succ. lactucæ, portulac. scariol. extractæ. ʒiiij. medull cass. ʒij. pulpæ tamarind. pingu. & sebestem ana ʒß. diagred. ℈ij. Cum syrup violac. quantùm satis fiat opiata. Ex cuius ʒj. plùs minùs cum saccharo fiat bolus: aut cum aqua stillat. cichor. lactuc. portulac. vel ptisana potio. Mittendus sanguis, purgandum ac cibandum est extra paroxismos. Quum enim per circuitus redeunt morbi, in ipsis accessionibus abstinendum, vt pronunciat Hippocrates. Ex quo præceptum hoc vniuersale colligas, in morbis periodicis si quid mouendum est, antè, post-ve paroxismos esse mouendum.

Hipp aph. 11. lib. 1. Aphoris. Præceptum generale.

TERTIANÆ NOTÆ CVRATIO.

CAPVT XIV.

LONGA *frequensque magis febris notha, sed minùs illa*
Sæuit, ab imbelli nasci consueta rigore.
Quo veniente nihil quod alat vacuet-ve, sed antè
Post-ve dabis, placidæ explorans immota quietis
Tempora. Quumque humor non sit sincerus & idem
Causa mali, simplex nec erit medicamen & vnum.
At primis bilem iuuat exhaurire diebus,
Frigidiore cibo refici, potuque, deinde
Attenuante magis, cuius commota calore
Denique purgetur pituita molesta deorsum.
Ergo capillares, lactuca, agrimonia, lichen,
Sennaque cum violis, marathri cardique coquantur
Semine, deinde rheum colato infunde liquori,
Expressum, que dato. Bilem bene potio talis
Excludet, citiusque vbi erit rosa pallida iuncta.
Phlegma simul ducet diacarthamus additus illis.
Cassia vel primùm diapruno iuncta voretur,

Bilem, pituitamque mouentia.

INTERMITTENTIS TERTIANÆ veræ curatio.

CAPVT XIII.

IGNEVS *hic feruor, terna qui luce recurrẽs,*
Alterna placidam concedit luce quietem,
Nil habet infaustum, nec tempora longa pererrat.
Bilis enim quæ causa mali non multa, sequax que est.
Hocque die, quo nec rigor est, nec feruidus ardor,
Se separat natura cibis. Quo tempore venam
Tundere, purgantique iuuat medicamine ventrem
Mollire, inde cutis tenues reserare meatus
Dulcis aquæ fotu tepido, Cibus humidus esse
Debet vt in Causo. Teneri sed carnibus hædi
Porcellique, pedumque suum, vitulique licebit,
Pullorumque frui. Neque piscis inutilis vsus
Dummodo petrosi, facile & qui in ventre coquantur
Concessi fructus. Tremulis sed tutius ouis,
Et ptisanæ succo viues, veniente vigore.

Cibus humidus febricitantibus dandus.

COMMENTARIVS.

Tertiana vera duplex.

EXQVISITA Tertiana, cuius causa sincera bilis, vel est continua, de qua priùs, vel intermittens, de qua nunc agimus. Vtraque curatur isdem remediis. At hæc, cuius accessionis principiũ rigor, finisque sudor est, paulò validiora tutiùs admittit. Quum enim in apyrexiam omnino desinat, minus metuendum ne quietis die, quo mouendum, si quid mouendum est, efferus concitetur humor qui morbum augeat: sed non priùs ad validiora progrediendum, quam sit à blandioribus auspicatum, præsertim quum sit securus, salutarisque morbus, & cuius crisis in septem periodis ad summum, ait Hippocrates affutura sit, vt in septem diebus continua solet iudicari. Mitiora cholagoga sunt diaprunum simplex, manna, cassia, rheum, & syrupus è cichorio cum Rhabar-

baro compositus. Validiora duaprunum solutiuum, electuarium è succo rosarum, è psillio, cassedoni quam huius libri cap. 4. & 12. notauimus. Parari poterit opiata refrigerans & humectans in similem vsum hoc pacto. ℞. mucillag. semi. psill. in succ. lactucæ, portulac. scariol. extractæ. ℥iij. medull cass. ℥ij. pulpæ tamarind. pingu. & sebestem ana ℥ß. diagred. ℈ij. Cum syrup. violac. quantùm satis fiat opiata. Ex cuius ℈j. plùs minùs cum saccharo fiat bolus: aut cum aqua stiliat. cichor. lactuc. portulac. vel ptisana potio. Mittendus sanguis, purgandum ac cibandum est extra paroxismos. Quum enim per circuitus redeunt morbi, in ipsis accessionibus abstinendum, vt pronunciat Hippocrates. Ex quo præceptum hoc vniuersale colligas, in morbis periodicis si quid mouendum est, antè, post-ve paroxismos esse mouendum.

Hipp aph. 11. lib. 1. Aphoris. Præceptum generale.

TERTIANÆ NOTÆ CVRATIO.

CAPVT XIV.

LONGA *frequensque magis febris notha, sed minùs illa*
Sæuit, abimbelli nasci consueta rigore.
Quo veniente nihil quod alat vacuet-ve, sed antè
Post-ve dabis, placidæ explorans immota quietis
Tempora. Quumque humor non sit sincerus & idem
Causa mali, simplex nec erit medicamen & vnum.
At primis bilem iuuat exhaurire diebus,
Frigidiore cibo refici, potuque, deinde
Attenuante magis, cuius commota calore
Denique purgetur pituita molesta deorsum.
Ergo capillares, lactuca, agrimonia, lichen,
Sennaque cum violis, marathri cardique coquantur
Semine, deinde rheum colato infunde liquori,
Expressum, que dato. Bilem bene potio talis
Excludet, citiusque vbi erit rosa pallida iuncta.
Phlegma simul ducet diacarthamus additus illis.
Cassia vel primùm diapruno iuncta voretur,

Bilem. pituitamque mouens.

Dein diaphœnico, pensatis viribus ægri,
Sit ptisana in potu primò, tum lene falernum,
Cum duplo, triplo vel aquæ. Vitulina cibus sit,
Aut hædina caro: capus hinc, montana volucris.
Si calor interea nimium exuperare cruorem
Jndicat, æstiuo dextram pertundito venam
Tempore: at hyberno meliùs reserare sinistram.

COMMENTARIVS.

Paroxismi longe tertianæ nothæ causa.

TERTIANA notha non in septem diebus aut periodis, vt legitima iudicatur, sed in plures dies, interdum & menses extenditur. Cuius paroxismus non vt tertianæ veræ duodecim ad summum horarum est, sed ad octodecim horas exporrigit se atque dilatat. Causa tantæ longitudinis varia est humorum mixtio Nam ad pituitam & bilem, quæ cõmunes huius febris causæ sunt, melancholicus tandem accumulatur succus, ex quo Lien obstruitur & intumescit, maximè si sub Autumnũ, vt sæpius, ea febris inuadit: id eoque tum è cathartics non emittenda senua est, quæ melancholicos & vstos humores blandè purgat. Sed initio purganda bilis, quæ natura sequacior, minusque contumax. ℞. syrup. de cichor. compos. cum rheo ℥j. diaprun. solut. ʒiij. cum aqua gramin. fiat potio. Vel, ℞. fol. agrimon. scariol. capill. ven. ana Mj. semin. quatuor frigid. minor & fœnicul. dulc. ana ʒj. fol. semn. ʒiij. fiat decoctio: in colatura infunde rhei elect. ℈iiij. cum tantillo cinnam. In expressione dissolue elect. lenit. & syrup. solut. rosar. ana ℥j. vel cathol. duplicat. ℥j. elect. de succo rosar. aut è pill. ʒij. cum aqua cichor. diluantur in dosim.

Bilem purgantia.

Pituitam magis educentia.

Et hæc bilem potius educunt, vt sequentia magis pituitam. ℞. cathol. duplicat. ʒvj. elect. diacartham, vel diaphœn. ʒiij. cum aqua fœnicul. vel absinth. vel menth. vel caléd. fiat potio. vel ℞. capill. omniũ beto. caléd. scabios. ana Mj fol. orient. seu sennæ mundat. ℈ß. fiat decoctio. In colatura dissolue diaphœn. ʒij. syrup. solut. rosar. cum agaric. ℈j. detur dosis mane, duabus aut tribus horis ante iusculum. Perstante febre vomitus à cibo confert, quem sæpissime hanc sustulisse febrem asserit Ætius. Hunc sollicitabis aquæ tepidæ vel hydrelæi largiore potu, quem plerique procurant, admotis in gulam digitis. Præmittendus initio morbi clyster: hinc vena secanda: purgandum iteratis vicibus corpus pro morbi contumacia: quæ fieri debent extra paroxismos. Est autem his in locis Tertiana notha quam vera frequentior, quia solùm frigidius, nempe longiùs ab æquatore distans.

Ætius, tetr. 2. ser. 1. cap. 8. Vomitum excitandi modus.

HEMITRITÆI CVRATIO.

CAPVT XV.

HORRIFICÆ typus est trux & ferus hæmitritæi,
Neruoso nimiùm generi, stomachoque molestus.
Quem quia non vnus, varius sed ardor & humor
Constituit, medium plerumque videmus ad annum
Sæuire, & fluida corpus consumere tabe.
Quod ne contingat, febris remouenda putredo,
Quam pituita parit felli sociata. Sed illo
Tempore ne vacues, fuerit, quo proximus horror.
Hoc procul, infernum perfundito clysmate ventrem.
Sterne viam tepido, si fortè necesse, cruori.
Expurga croceam vitreo cum phlegmate bilem
Præsidijs illis, quibus est curatio febris
Alternæ tentata nothæ. Sed languor in ipso
Sæpiùs est stamacho. Cui tu malè sumpta coquenti
Cardiacis, & odoratis succurre tabellis,
Quas rosa, quas dictabit ebur, spica Jnda, crocusque,
Moschus & ambra, piper, nux & moschata, macerque,
Cinnamaque, & gemmæ, cum berbere semen anisi
Fœniculique, aloes & lignum, coraliumque:
Sacchare quæ dulci excipies, roseoque liquore,
Et dabis ante cibos vnius pondere drachmæ.
Absynthi hunc bene tùm, nardique perungis oliuo.

COMMENTARIVS.

HÆMITRITÆVS periculum in se semper includit. Nam continua febris est, horrore frequenti ventriculi os neruosaque lædit, quæque sunt in profundo commouens sopores lethargicos, exolutiones quas syncope comitatur, linguæ siccitatem, deliria, vigilias infert. *Hæmitritæus periculi plena febris.*

In hæmitritæo quando cibandum, & quibus cibis alendum.

Quumque duplici constet humore, bilioso, pituitosoque, quem simul & semel vacuare natura vix patitur, vires morbi longitudine frangit, quas restaurari febris continuitas, horrorque sæpe repetens non permittit. Sed vt viribus bene consulatur, horis aliquot antè quam horror inuadat alendum iusculis è veruecis, vituli, gallinæ carnibus cum bugloss̃o, borragine, petroselino, pimpinella, calendula. Nonnunquam & alla conferunt ex iis quæ superiori capite notauimus. Eadem enim huius & Tertianæ nothæ victus, & curationis ratio tenenda: nisi quod in hæmitritæo plus esse pituitæ consueuit, ideoque magis incidendum ac tenuandum est. Itaque præmissa purgatione ex iis quas antè signauimus, venaque secta, tale sequatur apozema. ℞. quinque radicum aperient. macerat. in vino alb. ana ℥j fol. beton. pimpinell. calendul. scariol. capill. vene ana M.i. semin. anis. fœnic. ana ʒij. liquirit. ʒiij. passul. & fol. semi. mundat. ana ℥j. ß. fiat decoctio. In colat. infunde rhei elect. & agaric. trochisc. ana ʒij. cinnam. nuc. moschat. ana ʒß. zingib. grana sex. in expressione dissolue syrup. solut. rosar. & iulep. rosac. ana ℥j. fiat apozema pro duabus dosibus, quæ sumantur duabus matutinis continuis. Tabellæ cardiacæ, pariterque stomachicæ sic fient. ℞ puluer rosar. cinnam. nuc. moschat caryoph. ana ʒß. rasur. eboris, margarit. elect. ana ℈j. ambr. mosch. ana gran. quatuor. Cum saccharo dissoluto in aqua rosar. & menth. fiant tabellæ pond. ʒj. vel, ℞. specierum, seu pulueris elect diarrhod. abbat. & aromatic. rosat. singul ʒß diamargarit. frigid. caryophill. corall. rubr. ana ℈j. Cum saccharo dissoluto in aqua rosar. & absynth. fiant tabell. de quibus vna sumatur ante pastus singulos, & à pastu. Nam, vt roborant ita cruda digerunt, concoctionique conferunt. Conditum vice tabellarum sic instituetur. ℞ conser. rosar cichor. borrag. ana ℈ß. cortic. citri condit ʒij. puluer. ducis, diarrhod. abbat. & fœnic. dulc. ana ʒj. folia auri in minutim incisa quatuor, cum saccharo quantum satis, fiat conditum: ex quo detur cochleare plus minùs, vt res erunt, manè, vesperi. Stomachus his illinendus. ℞ ol. absynth. cærat stomach. Galen. ana ℈ß. puluer. caryophill. & mastich ana ʒß. Vel ℞ vnguent. rosat. mesu ℥j. ol. absynth. ℈ß. cæræ parum. Mitce pro litu regionis ventriculi, vel ℞ cærat stomach. ℥ij ol. nuc. moschat. pulu. mastich. ana ʒij. fiat emplastrum, quod extende super alutam admouendum ventriculo scuti forma.

Tabellæ cardiacæ pariterque stomachicæ.

Conditum.

Vnguentum.

Sentum pro stomacho.

QVOTIDIANÆ FEBRIS CVRATIO. CAPVT XVI.

QVÆ *pituita solet cunctis agitare diebus,*
Vincitur his primùm, quibus est reserare meatus
Occlusos data vis, lentosque incidere succos.
Queis tenuata, dein repetitâ sæpe catharsi,

His quæ phlegma cient demitti debet in aluum.
Radices ideo, quibus est aperire potestas,
Mentha, melissa, capillares, similesque parentur
His herbæ, quarum decoctio sacchare leui,
Cinnameo pariter ligno condita bibatur.
Si purgare voles, infusus Agaricus, & quæ
Antidotus recipit turbith, diadacridionque
Ducere phlegma potest, sed pæone dante magistro.
Turtur erit perdix que cibus, peregrina cothurnix,
Et turdus gallinaque, torquatique palumbes.
Cum sale panis erit, vel aniso, vel coriandro
Pistus, & è pura simila. Nec sola bibetur
Lympha madens, tenui sed erit permista Lieo.
Scalpello interea venam reserare tumentem,
Causa vetat morbi. Si non tamen ægra remittit
Febris, & in crasso lotio rubor igneus extat,
Fac cruor exiliat; nimio sed parce fluori.

Apozematum ad incidendam & coquendam pituita materia.

Pituitam purgantia.

Vtilia.

In quotidiana vena secatur non ratione causæ, quæ frigida, nempe pituita: sed ratione febrilis æstus.

COMMENTARIVS.

PITVITA frigida humida temperamento, consistentia tenax, crassa lentaque, quadruplex est, dulcis, acida, salsa, vitrea Vel, si diuisionē ex saporum varietate quærimus, triplex, dulcis, acida, salsa; siquidem vitrea pituita qualitatis est acidæ particeps Ab his omnibus pituitæ formis, quotidiana nascitur, exacerbari noctu solita, periculosa, lōgaque: sed ex acida, quæ febrim Epialam parit, deterior aç longior. Est autem Epiala, febris, in qua simul & isdem in locis caloris & frigoris sensus incidit: sed frigus vehementius est, calorque mitior. Cuius eadem vt quotidianæ, cuius est species, sed paulo validiora debent esse remedia, quoniam à frigidioro, magisque tenaci pituita gignitur 2. cathol. duplic ʒvj. elect. diacartham ʒij. ant ʒiij. syrup capill. ven. ℥j. Cum aqua menth. fiat potio. Vel 2. fol. endiu pimpinell capill ven. ana Mj. semin. anis. fœnicul. ana ʒß liquirit. ras ʒij. fol. seni ʒvj. fiat decoctio quę colo transmittatur ad dosim. In qua dilolue syrup. solut. rosar. cum agaric ℥j vel ℥i. ß. Incidetur, purgabiturque reliquus humor apozemate sequenti 2 radic. apij, fœnicul. perrotel gramin. ana ℥i. fol pimpinell. saxif. ag. me ist. calend. capill. ven. adiant. polytr. menth. cichor. totius ana Mj semin. card. fœnicul ana ʒi. liquirit. ras. passul mundat an ℥ß. flor. anth. ßæchad. buglos. borrag. ana Pj. fol orientat. ℥j. ß. fiat de-

Pituita quotuplex.

Epiala febris quid?

Cathartica quotidianæ congrua.

coctio,& colat.ad ℔.ß. in qua dilſolue ſyrup.capilli ven. & è quinque radic. ana ℥ß. in apozema pro duabus doſibus, quas dabis horis quietis, ſi febris eſt intermittens: aut minoris, vt vocant afflictionis, ſi continua. Nam in paroxiſmis ex Hippocrate, quieſcendum. Si prior apozematis doſis minus moueat quam par eſſe videatur, adde ad poſteriorem diaphæn ℥ij Malè verò vena tunditur in hac febre, ſicauſæ, nempe phlegmatis rationem habeamus; quia tamen febris omnis in calore ſuam habet eſſentiam, vnde febris à feruore, πύρετος ab igne nominatur, hic interdum flabellare venam expedit, præcipue ſi craſſior & ſubrubens eſt vrina, ſi iunior æger, cibis addictus & crapulæ, ſi conſtitutio cœli feruidior. Nam in ſeniore, cœli ſtatu frigido minùs audendum eſt. At boni ſucci cibis alendum, & ijs aſſis potiùs quam elixis, fouendum corpus pelliceis veſtibus, & igne luculento, ſomnus in lectulo molli procurandus: imponendum ventriculo ſcutum: cuius in ſuperioris commentarij fine meminimus.

Hipp. aph 11. lib. 1. aph.

In quotidianis quando ſecanda vena.

QVARTANÆ FEBRIS CVRATIO.

CAPVT XVII.

Quæ validi medicamenti initio Quartanæ non vtendum.

QVARTANÆ *metuas valido medicamine causã*
Demere principio. Nec enim bene terreus humor
Tum trahitur, ſed cõmotus magis aſperat ægrum.
Commodius ventrem clyſmo leuiore ciebis
Cum lenitiuo, vel eo quod cuncta repurgat.
Tum ſi res tulerit, violabis vulnere venam.
Sus iuuenis vitulusque cibum dabit, hædulus, agnus,
Et capus & gallina, ſalax & garrula perdix.
Quique alius chymus bonus eſt, ab eoque labantes
Firmabis vires, vt eis, veniente pepaſmo
Stantibus, excludas piceum ſubigaſque liquorem.
Hinc dabitur valida corpus purgare catharſi
Cum ſenua, lactiſque ſero, quibus vtraque iungi
Bugloſſi ſpecies, ceterach, fumaria debet,
Epithymum, tamarix, croceo cum flore geniſtæ:
Cumque illis coctis Indi confectio maior
Diſſolui, velut hæc, vulgo quæ dicitur hamech.

Thermarum.

Thermarum, lignique cutem mollire ſueti,
Theriaces etiam, vel ſyntheſeos mithridatis
Vtilis vſus erit. Sed eis tamen vtere cautè,
Ne corpus ſiccum malè temperet igneus ardor.
Quando paroxiſmus febrilis deſinet atque
Æger erit mollique cibo, ſomnoque refectus,
In tepida bene ſuccedet ſi mergitur vnda.

COMMENTARIVS.

QVARTANÆ veræ materia μελαγχολικὸς χυμὸς, ſeu melancholicus ſuccus eſt, frigidus ſiccus, idemque ἄκρατος limuſque ſanguinis, qui putredine calorem adeptus febrem accendit. In cuius initio medicamentis valde purgantibus mouere corpus non expedit. Talia namque, quod vitioſum eſt, non excludunt, quia cruda tum eſt & contumax, non fluida ſequaxque materia: ſed humores exagitant, inductoque calore nimio bilem atram, quę μελαινα χολὴ nuncupatur excitant: vnde pro ſimplici Quartana duplicem ac triplicem, interdum etiam ex humoris ferocia mortem inferunt. A leuioribus igitur auſpicandum in hunc modum. ℞. medul. caſſ. ʒx. ſemin fænic. dulc. puluer. ʒß. cinnam. ℈ß. miſce. cum ſaccharo fiat bolus. Vel ſine ſaccharo ſumatur è cochleari cum ſyrupo, bugloſſ. vel è pomis odoriferis. Caſſiam ita deſcribemus initio, ſi ad humoris vſti ſiccique redundantiã ſiccũ etiam eſt ægri temperamẽtum. Aliàs ℞. fol. bugloſſ. borrag. fumar. ana Mj. ſummit. lupul. & trium flor. cord, ana Pj. fiat decoctio, in qua ferueat ſenſim fol. oriental. ξ ß. cũ ʒj. ſemin. is fænic. dulc. In colat. diſſolue elect. lenit. & ſyrup. Saporis regis ana ξj. fiat doſis. Si plethora cacochymica, vel aliqua ſolẽnis vacuatio Quartanæ febris cauſa fuiſſe videatur, ſanguis educendus amplo foramine reſerata vena, vt qui craſſior eſt, elabatur. Aperiatur axillaris interna ſeu baſilica, vel mediana ſiniſtra: deinde Saluatella ſeu Splenica. Dies autem venæ ſectionis, vt & purgationis eligatur præcipue qui paroxyſmum antecedit, in quo ſolet æger eſſe quietior atque vegetior. Vinum aqua dilutum quod lymphatum appellamus probamus in hac febre, quod humorem ſiccum temperet, coquat, alat, vireſque ſuſcitet & exhilaret. Euchymi cibi, qui moderatè calfaciunt humectantque pariter vſurpandi: qui modico ſale condiendi ſunt, vt magis teneant, digerant ac roborent. Tum verò validum catharticum vſurpandum quum ſigna coctionis apparent, vt eo craſſa fæculentaque materia funditus euellatur extirpeturque. ℞. radic. apij, bugloſſ. borrag. & polypod. quern. ana ʒiij. fol. ſcolopend. ceterach. adiant. polytr. petroſel fænic. ana Mß. fol. oriental. ʒvj. Bulliant in aqua & colentur ad doſim. In qua diſſolue confect. hamech. ʒij. cathol. duplicat. colati & ſyrup. Saporis regis ana ξj. Vel ℞. cathol. duplicat. & ſyrup. de fumaria

Validè purgantia cum initio Quartanæ non aſſerenda.

Medicamenta icuia.

ana ℈j. diaprun. solut. & confect. hamech. ana ℈iiij. cum sero lactis, vel cum aqua card. vel melis. fiat potio. Vel, ℞ mass. pilul. ℈ fumar ℈ij. pilul. indarum & ℈ lapide lazuli ana ℈j. cum syrup. de pomis odoriferis malaxentur, fiantque pilulæ 5. deglutiendæ vesperi. Si cõtingit, vt antè notauimus, Quartanam ab vsta bile, salsaque pituita gigni. ℞ elect. lenit. ℈j. diaphæn. ʒij. aut ʒiij. syrup. violac. & capill. ven. ana ℈ß. Cum aqua fumariæ vel buglos. vel endiu. diluantur in dosim. Cõferet serum lactis ad lib. ß. plus minùs epotum diebus intermissionis, addito cochleari sacchari communis, vel potius sacchari rosati, quod stomachum, qui tum imbecillus est, magis roborat. Calidum solium seu vaporarium, quod hypocaustum seu Laconicum ac thermas appellant, initio Quartanæ vitandum, ne cruda materia vi caloris in cutem rapiatur, & augeatur obstructio. Sed in fine cocta materia salubre. Parabitur ex origano calamẽto, pulegio, mentha melissa, floribus hyperici, chamæmæli, meliloti, quæ bulliant in aqua cum vini albi parte. Fient hypocausti loco fotus è simili materia: tum litus ex oleis absynthij, menthæ, chamæmæli, mastiches, capparis, quibus ventriculi regio, Splenque roboretur.

Guaiacum et Sarzaparilla.

Guaiacum & Sarzaparilla ad expellendas melancholici morbi reliquias nõ mediocrem etiam vim obtinent, quia frigidum & crassum humorem calfaciunt, tenuant, liquant & in vaporem halitumque mollita referataque cute digerunt, sed melancholico, non atrabiliario succo redundãte, in quo calida siccaque nocent: vt lac asininum vtile, quo humores acres temperentur, in aluumque secedant, aridumque corpus molliore pabulo restituretur. Quia verò Quartana febris siccus affectus est, solius Theriaces & Mithridatij suspectus vsus, etiam cocta materia, quia calidioribus constat simplicibus. Sed hac opiata vel simili temperabitur. ℞ conserv. buglos. borrag. viol. ana ℈j. conser. flor. genist. ℈ß. theriac. & mithridat. veter. ana ʒj. confect. alkermes, specier. elect è gemm. & lætificant. Galen. ana ℈ij. pulpæ cucurbitæ saccharo conditæ ʒiij. Cum syrup. de pomis odoriferis fiat opiata. De qua sumatur sæpe nucis auellanæ quantitas.

FEBRIS LENTÆ CVRATIO.

CAPVT XVIII.

QVVM regio ventri medio subtenta, Iecurve,
Aut Cerebrum, pulmóve leuis, renésve, Liénve
Continet humorem, febris quo lenta sequatur:
Quæ claudunt obstructa vias reseranda: deinde
Stagnans illuuies proprio medicamine sensim,
Sæpe etiam purganda, mali dum causa recedat.

Parsque diu impuram sensit quæ marcida labem,
Naturæ reddenda suæ. Sic molle Cerebrum
Arboreo purges quem mittit Agaria fungo.
Ad robur cui iunge Rheum: simul adde melissam,
Betonicam cum nymphæa, violisque, rosisque.
Conferet à pastu quæ sit conserua rosarum,
Fæniculi semen conditûm, vel coriandri.
Si Iecur in vitio est, Agrimonia & Intyba cocta
Cum senna, infusoque rheo purgantque, coguntque,
Hunc quicunque in eo stabulatur in vtilis humor.
Sed Cordi diamargaritôn dat vtrumque leuamen,
Mollis & antidotus opij de nomine dicta,
Cassia pulmoni cum renibus. Apta Lieni
Senna, sed adiunges cum capparis & tamarisci
Cortice quod flatus nocuos dissoluat anisum;
Aut apium, marathrum ve. Iubes si forte cruorem
Effundi, vulnus citò comprime. At irrita ne sint
Quæ facienda putas, iterumque iterumque videto.
Nobile nam viscus, cuius tenuata calore est,
Et non vulgari consumpta putredine moles,
Desinit in fluidam, nunquam reparabile, tabem.

Lenta febris Cerebri vnio contracta enarratio.

COMMENTARIVS.

LENTA febris est, vt prius attigimus, quum pulsus paruus, crebr & inæqualis cum imbecillitate virium, extenuatione membranorum & marcore se promit, nullo vel exiguo dolore, vt parum ab hæctica distare videatur. In quâ videndum quænam malè affecta sedes hanc pariat, vt in eam remedia conferamus, quæ solet vt plurimũ esse Iecur, & Lien cum mesenterio. Quare si in hypochondrio dextro dolor est, dolorque manus attactu notabilis. ℞. rad. oxalid. oxilapath. petrosel. fænic. ana ℥j. fol. agrimon. scariol lichen. capill. ven. ana Mj. semin. quatuor frigidor minor. anis. coriand. præparat. fænic. dulc. ana ʒij. fol. senn. mundat ℥j. fiat decoctio, in qua infunde rhei elect. ʒij. cinnam. & nuc. moschat. ana ʒj. In expressione dissolue syrup. solut. rosar. simplicis, si bilis redundare videatur, aut syrup. laxat. rosar. cum agarico, si crassior humor est & obstructio contumax ℥ij. Fiat apozema pro duabus doss.

Quid Lenta febris, eius cause signaque dantur lib. 2 cap. 40.

Apozema quùm lenta febris à Iecore vel Mesenterio.

Quando in lenta febre secanda vena.

Sumantur duabus matutinis continuis, si robur est, vel alternis & interpositis, si virium infirmitas. Aperiatur deinde basilica plùs minùs pro viribus, maximè si biliosus humor obstructionis, febris & doloris causa esse videbitur. Sin lævum hypochondrium tumet cum obtuso dolore grauique,

Purgatio quum à Lieue lenta febris est.

℞. quinque rad. aperient. polypod. quern. cortic. rad. cappar. & tamarisci ana ʒiij semin. card. fœnicul. liquirit. ras. ana ʒj flor. trium cord. & genist. ana Pj. fol. sennæ ʒvj. Fiat decoct. in colat. dissolue cõfect. hamec. ℥ij. syrup. capill. ven. è cichor. composit. cum rheo & elect. lenit. ana ℥ß Fiat dosis: à qua vena secetur, dextra primùm, deinde sinistra, si vires sinunt, corpusque cacochymia plethorica redundare videatur. Aliàs frequens erit vsus catholici duplicati cum syrup. solut. rosar. & è cichor. compos. cum rheo dissolutis in aqua cuscutæ, gramin. endiu. capill. ven. aut, si languet æger, mannæ, in iure pulli, vitulique sorbendæ. Senna cum cephalicis in textu positis & agarico infuso dabitur vbi Cerebri vitium est à pituitæ redundantia: Cassiæ si calida Iecoris aut renum intemperies. Cordi robur addetur opiatis & tabellis, quæ huius libri capite postremo describentur.

FEBRIS CARDIACÆ, SEV syncopalis curatio.

CAPVT XIX.

Cardiaca febris, acutissimus affectus, ideoque cito perimens.

CARDIACÆ *febri, comes est cui syncopa crebra*
Ni citò succurras, subita nece concidit æger,
Ergo in aqua vitæ, tenuique liquore rosarum
Caphura pauca madens forti iungatur aceto:
Naribus indatur, vires reparabit odore.

Odoranda in cardiaca febre.

Vtque minor fiat calidi inflammatio Cordis,
Ocyus è vena tepidus cruor effluat. Aura
Nata leui vento, leniue impulsa flabello
Egelida inspiretur, & intinguatur aceto
Pannus, aquisque rosæ, bugloss, nenupharisque
Santala quæ capiant, granum cherme sque, crocumque,

Fotus thoracis.

Pro fotu thoracis. hic vnguine deinde rosato,

Potus in cardiaca febre congruens.

Pulueribusque, dabit quos moschus & ambra linatur.
Potus erit quæ lympha capit cum sacchare succum

Granati mali, medi ve, vel oxytriphilli:
Lympha vel, vt cito vis reparetur, odora falerno.
Sit liquidus cibus ex acidis cum carnibus hædi, Cibus.
Euchymûmque auium pullis, succisque gelatis.
Monocerotis erit ceruique pervtile cornu,
Puluis & è gemmis, bezoardica quæque feruntur
Toxica, vipereumque è Corde fugare venenum.

COMMENTARIVS.

HVIVS febris causa vel est ferina qualitas, cor lacessens & impetés, vel bilis os superius ventriculi lancinans, vnde cor oppressum æstuat & phlegmone tentatur. Quia verò dissipantur hic exoluunturque spiritus, vnde syncope frequens, liquidis cibis & multum alentibus citò ac sæpe reparandi. Conferet ergo gelatium, ius carnium vituli, capi, perdicis, vitellus oui recens, vinũ odorũ, tenue. ℥ distillati restauratiui communis lib. ß succ. limon & granat. ana ℈j. sacchar. alb. ʒiij. cinnam. ʒß. Colentur per manicam Hippocratis, denturque sæpius ad cochlearia duo, tria quatuor, vt res erunt. Item ℥. aqu. stillat. mors. oxalidis, oxytriph. ana ℈ij syrup. de limon. & iulep. rosac. ana ℈j. aqu. theriac. & imperial ana ℈ß. confect. alhermes ʒj. Misceantur in Iulepum pro duabus aut tribus dos. ℥. aqu. stillat. rosar. ʒiij. aqu. vitæ & aceti rosac. ana ʒj. caphur. ambr. mosch. ana gran. duo Misc. Intinguatur in his nodulus ad odorandum naribus admouendus. Si coniectura est dominantis flauæ bilis, aut prasiuæ, vtendum crebro clystere: vena secanda est ad ʒiiij. quinque, sex, vt viresferent. Secanda verò est, vt minuatur febris & generatio bilis impediatur, à qua non rarò sequitur oppressio.

Febris Cardiacæ causa.
Cardiacæ febri quæ conferunt.
Distillatum restaurans.
Iuletus Cardiacus.
Nodulus ad odorandum.

FEBRIS HECTICÆ CVRATIO.

CAPVT XX.

SI calor exuccum corpus populatur & vrit
Hecticus, hunc vena frustrà tentabis aperta
Tollere, vel solita ventrem turbare catharsi.
Frigidiora iuuant, madidoque liquẽtia succo.
Ergo communi ptisanæ sit cremor in vsu:
Fuscula sint vituli de carne, hædique nouelli,
Lactucæ è foliis portulacæque recentis.

Lac donet muliebre cibum, vaccæve, capræve
Lentipediſve liquans aſinæ, det amygdala dulcis,
Expreſſumque gelu, diſtillatique liquores
E cochleis, nemoris teſtudine, turture, pullis
Gallinæ, pinguique capo. Liquiritia lymphæ
Mixta ſitim reuelet, niueumque quod Indica ſacchar
Nigra parit, ficus, nucleis & paſſula demptis:
Iuiubeus, violæque liquor, paucuſque liæus,
Si ſtomachus languet, neque ſunt in corpore vires.
Dulcis aquæ fotu fiat cutis arida mollis.
Auraque quæ fuerit nares ingreſſa patentes
Blanda ſit atque tepens. Somnum nymphæa procuret,
Lactucæ ſemen, ſemenque papaueris albi,
Otiaque & cantus placidi; cataplaſmaque Cordi
Admotum, quod conſeruam violæque, roſæque
Nenupharique ferat, cui coniungatur acetum.
Illitus & thorax butyro ſæpe recenti,
Quod iuuat & linctum cum ſacchare more ſyrupi,
Inque cibis & iure datum: vaccæque boantis
Hectica membra leuat cremor de lacte coactus,
Caſeus expreſſus nuper, tremulumque quod ouum eſt.

COMMENTARIVS.

FEBRIS Hectica quæ ſimplex eſt, non quæ coniuncta cum febre putrida, vel erysipelate, vel phlegmone partis alicuius, remedia maiora, nempe venæ ſectionem, purgationemque reſpuit. Hæc enim ſiccitate marceſcens ac debile corpus atterunt, & in marasmum, exhauſtis ſpiritibus & ſanguine præcipitant, excepta Caſſia, quæ humiditatis excellu febris Hecticæ temperat ſiccitatem, vique lubrica ſenſim ac blandè ſuperantem excludit bilem, corpuſque refrigerat. Ab ea ſecundas obtinet Manna in pulli, vituli, prunorumve diſſoluta iure. Quibus eccoproticis medicamentis, aut leui clyſtere mollietur aluus, ſi vel ea durior eſt, vel ob coctricis imbecillitatem crudorum in corpore prouentum eſſe ſuſpicamur. Et quoniam in Hectica vincit calor & ſiccitas, refrigerandum & humectandum, ſed humectándum imprimis eſt: quæque ſunt actu frigida, nec ſumi, nec admoueri tuto queunt, at ſubte-

pida,ne calor innatus,extremè tum languidus, ac neruosæ partes, quæ quia carne nudantur sensum habẽt exquisitum, offendantur,imbecillaque reddantur viscera.Sic balneum ex aqua dulci parandum est, ingredique tepidum, quod quoniam humectat insigniter, febris Hecticæ remedium præsens est ac singulare. Blandus ac leuis aeris occursus humectat,ideoque leuat, vt offendit frigidus. Somnus etiam Hecticis vtilis,quia blando suo tẽpore sanguinem & humores acres lenit ac temperat. Quòd si non obrepit,vt sæpè,sollicitetur balneis, cibis, hordeatis, amygdalatis, syrupis & iulepis refrigerandi humectandique vim habentibus. Ex cibis alij sunt tenuioris, liquidioris que substantiæ, qui quamprimum alterantur ac distribuuntur in corpus, ideoque cito reficiunt & vires adferunt,vt lac muliebre,caprillum,asininũ,butyrum recens,lactis amygdalarum dulcium & hordei cremor,oui tremuli vitellus,ius pulli gallinacei,capi, vituli, hædique lactantis, alterati lactuca, portulaca,spinaciis. Alij crassioris naturæ sunt: quæ vt solidius præbent alimentum,ita coquuntur ægrius, qualis est testudinum, cochlearum, cancrorumque caro.Vtrumque genus alimenti necessarium est in curatione febris Hecticæ, in qua triplicis substantiæ, nempe spirituosæ, carnosæ,solidæ iactura fit. Spirituosam, carnosamque substantiam instaurat prius victus genus,solidam posterius. Verum vt vtrique simul consulatur.paretur tale restaurans.℥. conserui.bugloss.borrag.viol.ana ℈j.spec. elect.diatragacanth. frigid. ℈ß diamargarit. frigid. ℈iij. Decoctionis capi iuuenis pinguis & armi vitulini cum lactuca, portulaca, borragine,seminibus quatuor frigidis maioribus lib.quatuor.Cum carnibus vnius perdicis & testudinis, micæ panis in lacte infusæ, & sacchar. alb singul.lib. 1. fiat distillatum in diplomate seu balneo mariæ per alembicum vitreum ex quo sumantur ℥iij.plùs minùs quùm videbitur esse necesse. I ac muliebre præstantissimum, quia naturæ nostræ magis accommodatum ac familiare : quod è mamma sugendum est. Asininum sequitur,hinc caprinum,quod recens mulctum in aurora bibi debet ab ℥uiij.ad ℥viij vel etiam ad libram vnam. Minuenda verò dosis si in ventriculo corrumpatur. Sique ex nidoroso ructu cognoscitur vti, diluendum aqua. Sin acido deprehenditur acescere, saccharum commiscẽdum est, vel simplex vel rosatum quod corruptelam impedit stomachoque gratũ est. Ad somnũ conciliandũ.℥.syrup.violac.& nenuph ana ʒvj.aqu.stillat. lactuc. ℥iij. vel ℥ aqu. stillat. nenuph. & lactuc. ana ʒj. ß. syrup. violac. & papau. ana ʒß. Vel ℥. syrup. papauer. rhead. ʒj. ptissanæ vulgar. ℥iij. Misceantur & fiat iulep. Detur hora somni. Vel paretur hordeatum aut amygdalatum cum saccharo, addita ʒj.semin.papaueris albi noctu sorbendum.

Distillatum restaurans Hecticos.

FEBRIS PESTILENTIS CVRATIO.

CAPVT XXI.

QVÆ venit infecto popularis ab aëre febris,
Millia multa prius feralisternere clade
Assolet, auxilium quam sedula cura medentum
Ferre queat. Si quæ tamen hanc superare facultas,

Ignis putredinem arcet insignibus suis qualitatibus.

Ardeat igne focus, lustretur odore sabæo
Tota domus. Boreæ pateant Euroque fenestræ,
Nulla Noto, minus hoc Zephyri aura molesta tepentis.
Sit nitor in cunctis. Verbis vultuque minister
Exhilaret, lethique metum deriuet ab ægro.
Et terra & gemmis, animalibus atque metallis

Antidoti uegetales & usitata.

Antidotos pæon sibi prouidus eligat illas,
Quas usus ratioque docent dare posse salutem:
Qualis theriace est, & quæ mithridatica fertur,
Alkermes, niueusque cui dedit vnio nomen,
Quique rubens hyacinthus, & hæc cui nomen ab ouo.

Herbæ cardiacæ, corruptelam emendantes.

Extrahat & varios herbarum è corpore succos,
Quos scabiosa dabit, prati regina, melissa,
Oxalis, oxytriphillum, & qui benedictus habetur
Carduus, & succisa, & tormentilla, crepansque
Iuniperus, borrago, bouinæque æmula linguæ,
Thapsique & scordi folium. Quibus addere vires

Pulueres cardiales.

Insignes poterit, puluis bezoardicus, isque
Qui venit è Cerui cornu viuacis, eoque
Monoceros quod fronte gerit. Cibus optimus ille
Qui facilis coctu, & succi bonitate labantes
Instaurat subitò vires. Ita iuscula prosunt;
Quique gelatinæ celebratur nomine succus:
Et distillatum reparandis viribus aptum,

Carnibus

Carnibus incoctis vituli, paphiæque columbæ,
Turturis & turdi pinguis, pullive, capive,
Perdicis, nemoralis auis, cui Phasis origo est,
Cum diamargaritõn, & odoro puluere gemmæ.
Lympha mero præstat: tenuis tamen vna liæi — *Potus vtilissimus omnium.*
Non ad aquæ plures noceat superaddita gutt'as.
Gratior ac melior cibus hic & potus habendus,
Punicei insperges cui grana rubentia mali,
Aut acidum citri, flauescentisque Limonis,
Purpureique ribis succum, fructusque liquorem,
Pomifer Hesperidum quo nobilis extitit hortus. — *Pilulæ pestem arcentes.*
Ex aloe pilulæ fiant, myrrhaque, crocoque,
Non aliud purgans, si pestis ab aëre solo est.
Sin pariter vitium nimius vel putridus humor
Gignit, & igne micant oculi, vultusque, cruorque
Crassus inest sputo, dispnœa, dolorque fatigat
Gutturis, vrinæque rubent, arteria plenè
Pulsat, & obsessos grauitas incumbit in artus,
Ne dubites venam primis aperire diebus
Pleniùs, inde dato medicamine leniter aluum
Mollire, est si languida vis: sin robur, abundè.
Profuit interdum teneraria sumpta catharsis.
Quam tamen haud iubeat, nisi cum ratione machaon.

COMMENTARIVS, QVO CVRATIO pestilentis febris absoluitur.

LVES epidemica, seu pestis, infinitos interdum è medio repentè tollit, quoniam interdum repente fit. Ad quam si etiam ocyùs accurrat Medicus, fit tamen vt absolutam eius cognitionem non habeat, ideoque nec curandi rationem, modumque teneat. Quoniam etsi causa communis est aër, varia tamen symptomata fiunt pro putredinis varia natura, & ferina qualitate. Sic anno salutis 1580. mense Iunio, quum effertum crebrumque tonitrum pluuia larga comitatum tota fere nocte mouisset cœlum, repente fluxio incidit in fauces, vnde Bran- — *Lues epidemica.*

Branchus, seu Coqueluchia quo tempore Parisienses afflixit.

chus, Coqueluchiam appellarunt, sequente die tam multos inuasit, vt putem hominum viginti millia Lutetiæ hoc affectu laborasse. Mense Iulio sequenti sæuiit pestis ad Octobris finem acerrima, quæ, ni fallor, hominum in eadem vrbe quadraginta millia pessundedit. Successerunt epidemicæ à colore pustularum Purpuratæ dictæ febres 1587. quæ mense quidem Martio, sed Aprili maximè terruerunt; quia plurimis exitio fuere, medicis de remedio vero dubitantibus. Metuebant enim ne calidioribus hydroticis, quæ maximè probantur in peste, febrim exacerbarent: & secare venam in exiguo, feréque nullo pulsu, qui tum erat, non audebant. Sed & horrebant, ne quæ ferebantur in cutim exanthemata, missione sanguinis intrò reuocarentur ægrosque suffocarent. At ratione ducti denique febres istas non solùm aeris conspurcati, sed & plethorici, cacochymique nostri corporis esse sobolem, plethoram crebra sectione venæ sustulerunt, cacochymiam purgatione, malignam ab aëre qualitatem cardiacis: ideoque tum infinitos ab orci faucibus eripuerunt. Anno 1590. & 1596. in quo toto fere Maio, Iunioque pluuiæ redundarunt, parem curandi normam inierunt, ægrorum maximo solatio. Sic interdum venienti pestilentiæ nec citò nec tutò bene succurritur. Quod vt fiat, causæ signaque lustranda sunt ad prognosin & cognitionem morbi, de quibus priùs, facientia, vnde congrua remedia petantur: ad quæ iam pergimus. Quum itaque pestis, quæ febris est epidemica, contagione deleteria, seu funesta, de qua nunc agimus, ab aëre putri generetur: putredo autem à calido quidem humido, sed humido maximè suscitetur, in vicis publicisque viis & priuatis ædibus accendantur ignes ex odoriferis, vt iunipero, lauro, roremarino: vel è communibus lignis, quernisque præcipuè, additis, si lubet, thure, mastiche, styrace, benzoino, ligno santalino, rhodio, & similibus ad suffitus idoneis, quibus siccetur ac depuretur aër, qui commune nobis est & necessarium ad hauriendum spiritum, seu respirationem elementum. Hebdomade quaque repurgentur à sordibus viæ publicæ, præsertim in quibus olera, caulesque venduntur. Singulis diebus vnusquisque ciuium antè domum aquam inijci curet manè, vesperique, qua cum scopis nitorem conciliet, ac fætorem arceat. Priuatæ mundæ sint ædes, nitida vestis. Odoretur vnusquisque domi foriſque quod iucundè spiret, vt malum medicum, seu Cytrium caryophillis vestitum, maioranam, spicam, lanandulam, vetonicam altilem seu coronariam, quam Ocellum appellant. Nonnullis fætida placent, ideoque circumferunt, vt rutam, maximéque Galbanum, quod Dioscorides ait aduersati toxicis. Sed odorata, me iudice præferenda, quia dilatant, restaurant, roborantque spiritus: fætidâ contrahunt & impugnant. Priusquam quis egrediatur domo, sumat panis bolum cum vino lympha diluto, vel acidum iusculum, vel immixto sale butyrum, vel aliquot cerasa, vel damascena pruna si iuuenis est & biliosus naturâ: vel conditam nucem: si senior, temperamentique frigidi. qui si non nisi prandere solitus est, mandat Angelicæ radicem. Communia iura parentur ex acidis, quæ putredini sua siccitate resistunt, febrique suo frigore, qualia sunt oxylapathum, oxalis, oxytri-

Quid Pestis, eiusque curatio.

Ignes tempore pestis accendendi.

Cur bona Lentia fatidis præferenda.

Mane quid cibi sumendum.

philum, omphacium: quibus adde pinpinellam, borraginem, bugloſſum, endiuiam. Euchymis, ſeu boni ſuccibis alantur ægri, ſanique: ſed alantur ſine carnibus ægri carnium ſuccis, qui facillimè cedant in alimentum, & à languido, qualis eſt ægrorum bene coquantur, vt iuſculis, expreſſis, conſumptis carnibus vituli, pulli gallinacei, perdicis, turturis, columbæ iuuenis, capi, phaſiani, vt cuiuſque res erunt. Diſtillatum reſtauraus hoc modo parabitur. ℞. conſer. bugloſſ. borrag. roſar. ana ʒ ij. conſerū. nenuph. & viol. ana ʒ. puluer. elect. de gemmis diamargarit. frigid. trochiſc. è caphur. ana ʒj. radicis Angelicæ, tormentill. dictamni ſemin. oxalid. citr. card. ana ʒij bracteas auri quatuor. aquę decoctionis vnius capi pinguis, alterati cum acetoſa lactuca, bugloſſo, borragine libras quinque Reponantur in alembico vitreo cum carnibus minutim inciſis duorum pullorum & vnius perdicis ℞ diſtillati ſuperioris lib. ß. ſacchar. alb. ʒij. cinnam. ʒß. Colentur per manicam Hippocratis ad vſum, quum opus erit. Vel, ℞ perdicis vnius, carni vitulini, pulli gallinacei, vel capi carnes incilas. Recondantur in vaſe bene lutato ſine liquore vllo. Bulliant in balneo mariæ, dum perfectè cocta ſint, additis cinnam. ʒij. Exprimatur ſuccus ex quo dentur ʒij. plùs minus. Vel ℞. Cordis Cerui, perdicis vnius & phaſiani minutim inciſi carnes, cinnam. ʒij. Coquantur in balneo mariæ: ius exprimatur, quod die noctuque ſumatur ad ʒij. ſeu, ſi mauis cochlearia quatuor aut quinque. Ferunt Cerui Cor in peſtem arcana proprietate valere: velut os de Corde cerui: cornu quoque, ex quo maximè tenero, eique ſubiecta carne diſtillatur aqua nobilis. Sed & reliquorum animalium Cor valere muniendo noſtro Cordi poteſt, tum familiaritate ſubſtantię, tum quia duræ ſiccęque carnis eſt, ideoque minus corruptibilis. His quibus carnium eſus non arridet aut vti religio vetat, referantur in alembium, aut balneum mariæ pulpæ Lucij, percæ, truttæ, aſtacorum & cancrorum, Solcæ, viuerræ, Rubelli, Rhombi, quo Turbotum noſtrum & Barbutam intelligimus, latos, lantoſque menſisque gratos & euchymos pilces Qui calidiore temperamento ſunt, bibant aquam diuinam, quæ parabitur ex lib. 4. aquæ fontis, vncijs tribus ſacchari, cum vnius mali medici, ceu citrij. Limon. ſue ſucco. Gratus hic potus eſt ſanis ægriſque, futurus gratior, ſi cinnamomi ʒj. iungatur. Confert & hydroſacharum, additio ſucco ribis aut ceraſorum. Communis potus ex hordeo cum liquiritia, cui radix & ſemen oxalidis addi poteſt. Quæſtio de vini potu. Certè vinum quia calidum, febricitantibus omnibus obeſt: quia fumoſum & vaporoſum, nocet Cerebro, ſpiritus animales & vitales agitat turbatque. Detur aqua multa dilutum, vbi febris exigua, defectus animi frequens: & vbi quis per ſanitatem hoc vti ſolitus. Vinum odorum & lympha tum ſpiritus excitat & exhilarat, crudaque concoquit: eſtque revera cardiacum; ideoque nec penitus improbandum. Quod vt ſenum vſitatus erit potus, ita iunioribus parum frequens, in quorum præcordiis ebullit naturâ, feruetque ſanguis. In obſeruatione cauſarum, ſignorūque morbi peſtilentis videndum, plethorane corpus turgeat, an cacochymia vexetur. Si plethoram rubor vultus, pulſus ſoliro maior atque

Diſtillatum reſtaurans.

Alia diſtillatio reſtaurantis formula.

De corde vtendo.

Varię potus formæ.

Vini potus an peſtilentis febre correptis vtilis?

Vinum quãdo dandum & quomodo.

Quando secanda vena.

frequentior, dyspnæa, totiusque corporis pondus arguit, enemate præmisso vena secetur: iulepus inde sumatur, descriptus hac formulas. ℞. aqu. stillat. oxali ℥. oxytriph. card. ana ʒ ij syrup. de succo acetosæ & èlimon. ana ʒj. Vel, ℞ aqu stillat mortus. oxalid. vlmar. ana ʒij ß. syrup de limon & oxylacchar. simplic. ana ξj Misce fiat iulepus in duas doses. Si minùs aquæ stillatitiæ probantur, tempusque dat succo turgentis herbas. ℞ succorum oxali ℥. vlmar. scabios. scord. depurat. ana ξ ij. sacchar. alb. ʒiij. Coquantur leuiter in iulepum pro tribus dosibus Conducit longius à pastu sumere, quo mador sudorve consequatur, natura tum minùs in cibi coctionem occupata. ℞. lapid. bezoard. grana sex: dentur cum portione iulepi descripti. Par quantitas sumi potest rasuræ Monocerotis aut Rhynocerotis. Cacochymia. quam indicat faciei pallor aut liuor, virium imbecillitas, anorexia, purgationem requirit. In hac à lenioribus auspicandum, ne fractis à medicamento vali liore viribus venenum insolentiùs agat, seseque explicet Ideoque, ℞. ra ℥. oxalid. oxylapath. tormentill. ana ʒij. fol. buglos. borrag scabios. ana Mj. semin citri card. fænic. dulc. ana ʒß. fol. orienal ʒß In colatura dissolue cathol. duplic. & syrup. Saporis regis ana ʒj. fiat potio Describet alias medicus pro te nata: videbit quibus & quando validius medicamentum exhibendum. Ab hypercathartico verò metuendum. Hoc enim etsi visum est aliquando contulisse, seclusis naturæ robore pravis humoribus, in quibus erat impressa maligna vis: id tamen sæpe naturam debilitat, exoluit & opprimit: quam leue medicamentum leuat, seclusis sensim ac sine vi materia virulenta. Cuius expurgandæ quia ratio potissimum est habenda, videtur In cardiacis potissimum insistendum. Itaque ℞ aqu. stillat. scord. morsus & card. ana ʒij syrup. de limon. & capill. ven ana ξj. aqu. theriac. ξß. Vel, ℞. aquar. stillat. morsus. scabios. melliss. ana ξij. aqu. imperial ξß syrup. de limon. & è succo citri ana ξj. confect. alkermes aut de hyacintho ʒß. Misce fiat iulep. in duas doses. Si febris mitior, & pituitosior æger, paretur decoctum è sarzaparilla, chyna, lignive sancti medulla cum passulis, tormentillæ & angelicæ radice. seminibus additis citri card. fæniculi. Syrupus domini de Brailon, archiatri quondam regij, medicique Parisiensis commendatur in huius vrbis nosocomio. Qui fit ex aqu. rosar & aqu. vitæ ana lib. ß. cinnam puluer. ξß. sacchari quod sufficit. Tutius datur senioribus, in minore febre, cœlique statu frigido humido, quam iunioribus insigniter febricitantibus æstate feruida. Superat enim in eo calor, qui frigidis aquis, vt oxalidis & oxytriph temperari potest in iulepum. ℞. conserua. buglos. borrag. melliss. rosarum ana ξij. confect. alkermes, specier. elect. diamargarit. frigid. & è gemm ana ʒj. cortic. citr. condit. theriac. & mithri lat. veter. ana ʒij. cũ syru. de succo citri fiat opiata Vel, ℞. elect. de ouo ʒij. confect. alkermes & theriac. ana ʒß puluer. elect. diamargarit. frigid ℈j. conserua. rosar. ξj. Cum syrup. de granat. fiat opiata, auri foliis inuoluta, ℞. specier. elect. è gemm. & manus Christi perlatæ ana ℈ij. rasur. vnicorn. & lapid. bezoard. ana grana decé. Cum sacchar. in aqu. rosar. & melliss. soluto fiant tabellæ. Vel, ℞. rasur. ebor. & cornu.

Purgatio cardiaca.

Hypercathartica cur metuendum.

Syrupus domini Brailony.

Opiata.

Tabellæ.

ceru.ana ℈j.margarit.elect.ʒß.rasur.Vnicorn.& Rhynocerot.ana gran. sex. Cum saccharo dissoluto in aqu.rosar. fiant tabell. pond. ʒj. Capiat vnã æger longiùs à pastu, vacuoque stomacho, ne cum cibis cardiaca vis obruatur ℔. confer. rosar. bugloss.nenuph viol. ana ℥ij.theriac. & mithridat.veter.anaʒiij puluer.cardiaci Fernelij, vel electuar.diambr.ʒj. Fiat cataplasma cum aceto vel succo citri regioni Cordis, &, manuum carpis admouendum. Et id quidem ditibus: sequens pauperibus erit familiare. ℔.fol.absynth.vulgar. rutæ, menth. melisse calendul.ana Mj rosar.rubr. M ij. Contundantur in mortario, simul addendo mithridat. veter. ℈ß. Cum aceto fiat cataplasma. Extende super linteum duplex, admouendũ Cordi Tumor pestilens suppurantibus & attrahentibus foras impellendus & coquendus. Qui si contumax est, durus, minusque pepasmi coctionisque capax, admouendum pyroticum. Carbunculus leniendus anodynis, & suppurandus cum scabiosa, in butyro vel axungia suilla cocta, mixto oui vitello.

Cataplasma regioni cordis, & manuum carpis admouendum.

Tumor pestilens quomodo curandus.

Carbunculi remedia.

LIBRI V. MEDICÆ DECADOS
Finis.

FRANCISCI PORTI MEDICÆ DECADOS,

Liber Sextus.

PRÆFATIO.

Hominis dignitas.

OS homini ſublime datũ eſt, vt in æthera mẽtem
Erigat, & dignum meritis ſe præſtet Olympo,
Sed ſibi ne nimium tribuat, doniſque ſuperbus
Se putet æqualẽm ſuperis, pars nulla caduci
Corporis immunis facta eſt, experſque doloris.

Humani corporis imbecillitas.

Singula morbus habet, totuſque homo morbus habendus.
Quinetiam pars nobilior magis apta ruinæ eſt.
Corgerit ingentes animos: at id interit, ictum
Vulnere vel minimo. Si peſtifera aura laceſſit,
Cor primùm ferit aura nocens. Domus eſſe cerebrum
Creditur eximiæ mentis, ſopor altus at illam
Sæpe, furorve tumens ſolio detrudit ab alto.
Sed Medicina, Dei donum inuentumque retundit,
Pellit & exangues ægroto è corpore morbos.

Inuocatio.

Qua methodo id fiat, referet mea carmine muſa,
Spiritus alme faue, ſine quo labor irritus omnis.

COMMENTARIVS.

Homo perfectiſſimus, ideoque ſi decidat à ſtatu miſerrimus.

HOc proœmio perfectiſſimum omnium animantium hominem eſſe cogita, ſi ſe Dei, naturæque legibus adixerit. Sin aliter, ſuoque nutu vixerit, ſummis calamitatibus obnoxium. Nam, vt huius

cœlestis ac diuina mens ad contemplandum meditandumque data, si se voluptatum illecebris, ac terrenis inquinamentis pollui fœdarique patitur, vix in posterum erigit attollitque se. Sic hominis eximium, & numeris omnibus absolutum corpus si ab externis internisve morborum causis semel obsidetur, harum numero sæpius opprimitur. Nec enim, quum sit in eo naturali lege perfecta sanitas, nisi à validissima causa cõcuti sternique potest: quæ quum semel insederit, opprimet, si non occurratur, citò postratis à morbi magnitudine viribus. Prudens itaque qui incipiente morbo subuenit; quique hunc præuenit prudentior, ne funesti hospitis aduentu periclitetur.

SIMPLICIA CAPITI CONFERENTIA, quæ Cephalica dicuntur.

CAPVT PRIMVM.

RINCIPIO *capitis morbos vbi demere tento,*
Commemorare iuuat quænam magis apta Cerebro,
Ne nouus insudet pæon, sed limine in ipso
Seligat è multis ægri quæ scribat in vsum.

Hic liber morborum Capitis curationem continet.

Cephalica calida.

Si grauat ergo Caput pituita, Melissa probatur,
Saluia, Sampsucus, calamintaque, rosque marinus,
Betonica & laurus, marathrum, quæque herba calendis
Emittit florem, stœchas, satureia, nigella,
Quæque senescentes Euphrasia purgat ocellos,
Mentha, chamæmælum, accorus, & melilotus, anisum,
Pæoniæque maris cum flore ac semine radix,
Rutaque, & illiricis quæ nascitur Iris in oris,
Serpillumque, thymumque, Lauendula, & Indica nardus,
Centauræa minor: liceat quibus addere moschum,
Castoreumque, & eam quæ non moschata vocatur.
Fellea sin bilis superat, violæque, rosæque
Nymphæa & lactuca leuant, quod & insidet hortis

Cephalica frigida.

Solanum, capitisque fugans, auriſque dolores.
Hic & Hyoſciamus, cui flos cum ſemine candet,
Semper & herba virens, veſcum accereale papauer,
Caphura, lenta ſalix. Cytheræam his iungito myrthum,
Mandragoræque ſoporiferos è corpore ſuccos.

COMMENTARIVS.

Saluia vires. HÆ ſequentes herbæ, quia peculiari dote capitis affectibus ſuccurrunt, Cephalicæ nuncupantur. Ita Saluia calida ſicca leuiter aſtringens Epilepſiæ, lethargo, paralyſi medetur: vtque Cerebrum, ita ventriculum, vterumque firmat. Ideoque Catarrhos comprimit, appetentiam excitat, conceptum retinet, vitalemque facit. Sampſucus ſeu Maiorana Cerebrum, neruoſque roborat, ab eiſque flatus, craſſamque pituitam elicit, vt & roſmarinus, qui memoriam imprimis firmat, tremoremque diſcutit. Betonica ſubacris, incidendi vi pollens Cerebrum recreat, Epilepſiam, paralyſin, furoremque ſanat, thoracem ac lecur expurgat: calculos etiam in renibus atterit, menſeſque ducit. Ictero ſubuenit, & affectibus omnibus quos peperit obſtructio. Maruthrum ſeu fæniculum calidum ordine tertio, primo ſiccum, ab oculis caliginem abigit, flatus diſcutit, viſcerum ac renum infarctus tollit, ſerpentum, cimumque venenatis ictibus ſuccurrit, lac in mammis promouet. Calendula, quæ Caltha, ſponſa Solis, ſolſequium, nobis Solſia nominatur, menſes & ſecundas morantes euocat, viſum acuit: Ictero, fœdis virginum coloribus, dypſnææ, capitis & Cordis affectibus demendis vtilis: frigidos etiam humores in ventriculo conſumit. Stæchas ſubaſtringens, acris & ſubamara deijcit pituitam atramque bilem: Cerebrum, neruos, ac ſenſuum organa mundat ac roborat: vtque frigidis Cerebri conducit affectibus, ſic obeſt calidis & bilioſis. Acorus qui Galanga eſſe creditur, quum radice piperis & zingiberis modo linguam & fauces exurat, calidus habendus eſt ordine tertio. Quare Cerebri ventriculique frigidis affectibus opitulatur, magnoque vſu commiſcetur antidotis, ob inſignes eius in Galanga deſcriptas ante dotes. Nigella, quæ Gith ſeu Melanthium calfacit, ſiccatque gradu tertio. Diſtillationes arcet odorata, frontique & temporibus admota. Melilotus ex anodynis eſt, leuiter reſoluens, digerens ac molliens: quæ dolores quidem omnes, ſed capitis maximè in aceto, vel oxycrato decocta, & illita leuat. Nardus Indica, quam Nardi ſpicam appellant, & Lauendula, ſeu Nardus Celtica familiaris nobis, calfaciens ſiccanſque gradu ſecundo, lethargicis ſeu veternoſis, conuulſis, epilepticis, apoplecticis, paralyticis, omnibus denique cerebri frigidis ægritudinibus conferunt: ventriculo robur addunt, lecur & Lienem ab infarctu liberant, vterum calfaciunt, menſes, ſecundaſque pellunt, vrinam euocant, flatuſque diſcutiunt.

Sampſucus & roſmarinus.

Betonica. Fœniculum.

Calendula vnde dicta.

Stœchas.

Acorus ſeu Galanga.

Nigella.

Melilotus.

Nardus & Lauendula.

cutiunt. Cétauriú minùs, herba est ob insignem amarorem fel terræ dicta, quæ bilem pituitamque potu detrahit: qua vi quia febres expellit, febrifuga nominatur. Porrò lecoris ac lienis obstructiones tollit, menses & secundas euocat, Ischiadicos iuuat, pectoris que dote vitijs neruorum opitulatur. Alui tineas necat ex melle drachmæ pondere pota, vmbilico pariter admota: lentigines, alphos, seu vitiligines, varos papulas, achotas, & reliqua vitia cutis, imposita partibus emẽdat. *Centaurium minus.*

Nymphæa, quæ volgo nenuphar in paludibus & stagnantibus aquis nasci solita, tota refrigerat ordine secundo, sed radix & semen exsiccat: flos, quo magis vtimur, humectat: capitis a bile dolorem lenit. somnum conciliat, omnem ardorem extinguit, Veneris insomnia cohibet. Solanum Hortense, quod esculentum est, refrigerat ordine secundo, simul & astringit: qua vi capitis dolores tritum appositumque sanat, phagedænicis & serpentibus vlceribus, igneisque factis extinguendis vtile, quod & æstuationem acho gratum. Hyoscíamus albus. cui flos ac semẽ album est: papaueri album, quod esculentum est, & semper viuum refrigerandi vi capitis ardores extinguunt innocuè, dolores ab æstu & febre natos leniunt, somnum inferunt, cohibentque deliria. Nocent solanum manicum, Hyoscíamus niger & papaueri nigrum, quia dementant, & si largiùs admittantur, narcotica venenaque vi mortem inferunt. Opium autem quarto gradu frigidum, ideoque summè narcoticum, omnium efficacissimum est sopiendis doloribus & ardoribus, accersendoque sopori, quem vel naribus illitum odore solo conciliat. Sed si medicamentis inditum vt ità subeat, eius frigida vis calidioribus temperanda. Caphura, quæ gummi est vastæ arboris in Indi nascentis, Cerebrũ æstuãs, si naribus admouetur, odore recreat, cephalalgias mitigat, si temporibus frõtique cum rosarum & solani stillatitijs aquis aut succis immixta per fotum admoueatur. incandescentis lecoris inflammationes cum santallis & rosaceo illita mulcet: gonorhæam & album vteri fluorem cum succino & aqua nymphææ potu cõpescit, renes ac seminaria vasa refrigerat ideoque Venerem etiam extinguit, crumpentem cohibet sistitque sanguinem. Et quum à putredine corpora vindicet, venenis etiam ac pestilentibus affectibus medetur Ex quibus non sine causa Caphuram ordine tertio frigidam sicamque perhibent, quamuis odoratã, acrem, ac tenuem ita partium, vt ea per sese facilè in auras euolet, quæ caloris communes notæ sunt, si frigoris effectus non essent in Caphuræ vsu conspicui Mandragora tertio gradu frigida soporem & vaporosum seu stuporem infert ante sectiones vlcerumque quõdam bibi solita, radicibus in vino coctis, vt inducto potione veterno sopiretur æger. Capitis verò dolores, ac deliria præcipuè sedat procurato somno, febriumque temperat ardores, spissatis, densatis & quasi congelatis humoribus ac spiritibus: quod facit fructus odore, folioque & radice tritis, aut expresso sucro cum oxyrhodino fronti & temporibus inducto. Metuendus alioquin mandragoræ potus, quia veternum & exolutionem infert, vt antè notauimus. *Nymphæa vires.* *Solanum hortense.* *Hyoscíamus albus, papaueri albi & semper-uiuum.* *Opium.* *Caphura.* *Mandragora.*

CEPHALALGIÆ CVRATIO.

CAPVT II.

VN capite esse notat Cephalalgia sæua dolorem.
Ob cuius varias varia est curatio causas.
Nam calor aut simplex mouet hunc, & frigidus aër
Inspirandus erit, ptisana aut aqua sola bibetur,
Aut minimo commixta mero. Cibus optimus ille,
Cui fuerit lactuca comes: somnusque, quiesque
Conferet. Hinc gelido frons vnguine tota linetur
Vt roseo cum populeo: succo ve madebit
Solani, semperuiui, violæque, rosæque,
Mandragoræ, vel hyosciami, atque papaueris albi:
Sique dolor ferus est, opij, hisque addetur acetum.
Aut calor humori iunctus. Si feruida bilis,
Nymphæa, senna, violis, succoque rosarum
Quæ pallent, & ea quæ Cassia nigra vocatur
Æois aduecta locis purgabitur. Estque
Si plenum corpus, vena cruoribit aperta.
Quum dolor est capitis contractus frigore, carnes
Montanarum auium, panis conditus aniso
Et sale conducit, veteris quoque dona liæi:
Balnea sicca, labor, mediocris copia somni.
Frons lita pulueribus calidis quos succina, nuxque
Moscha dat, atque oleo lauri, myrthique virentis:
Corpore purgato primùm, si frigidus humor
Causa mali, arboreo quem mittit Agaria fungo.
Quæ sicca est intemperies, minùs afficit ægrum,
Vdaque, si nuda & simplex: sed vbi esse molesta
Ceperit, vt reliquas, hanc per contraria pelle.

Cephalalgia à causa calida humoda curatio.

Dolores capitis à frigore.

COMMENTARIVS.

DOLOR capitis omnis, vt omnis dolor, ab intemperie, vel solutione continui, quæ sunt primæ doloris species, excitari solet. Intemperies verò duplex. Vna simplex & nudæ qualitatis, quam intemperiem sine materia dicunt, vt calor frigusve solitarium, humiditas aut siccitas exuperans. Altera composita, cum humore seu materia, quum sanguis aut bilis vtrauis, aut pituitosus humor excedit modũ. Vbi peccat nuda solaque qualitas, alterantibus contrariis duntaxat vtendum. Vt si calor ab insolatu, vigilniſve Cephalalgiam excitauit, somnus, qui calorem temperat, inducendus iusculis è lactuca, portulaca, spinaciis cũ butyro, vel hædi lactantis, pulli gallinacei, vitulique carnibus, vel hordeatis, amygdalatisque sumptis. Tum, ℥. aqu. stillat. lactuc. & nenuph. ana ℥iij. syrup. violac. ℥ij. Misceantur & fiat iulep. in duas doses. ℥. decoct. hord. vel ptisan. vulgar. ʒiiij. syrup. viol. & granator. ana ʒß. Misce fiat iulep. pro dosi ℥. vnguent. popul. loti in aqua rosa. ʒj. aceti ʒij. Misce pro litu frontis & temporum hora somni. Balneum aquæ dulcis hic vtile, præsertim æstiuis diebus. Sin contra solitarium frigus Cephalalgiæ causa esse videbitur, vt si quis sub Ioue frigido noctes duxerit, iterve longum per niues egerit, sanat luculentus ignis, victus ratio calfaciens è cibis assis, & vini veteris non fumosi potus, pilens è bombace vel pilis aptatus capiti. Tum ℥. aqu. stillat. beton. calendul. melisſ. ana ʒij. syrup. è stæchad. & capill. ven. ana ʒj Misce fiat iulep. pro duabus doſſ. Intemperies humida vel sicca simplex dolorem acerbum haud inuehit, quia passiua qualitas est: quæ si molesta, contrariis alterantibus emendanda. Sed magis operosa curatio quum intemperies est cum adiuncta materia. Tum enim est alteratio vacuatioque necessaria, quum à plethora, vel cacochymia, vel vtraque simul Cephalalgia nascatur. Quare si sanguis exuperans causa doloris est, nec repugnat ætas, nec virium imbecillitas, secãda vena est, prius excluſis enęmate fęcibus. Flaua bile calorem ac dolorem excitante cholagogo purgandum ℥. medull. cass. recentis ʒj. ß. Cum saccharo fiant boli. Vel ℥. medull. cass. ʒ. vj. diaprun. solut. ʒij. aut ʒiij. Misceantur & fiant boli. Dentur è cochleari cũ syrup. violac. Vel ℥. fol. lactuc. portulac. cicho. tor. ana Mj tamarind. ping. ʒij. semin. melon. citrul. fænic. ana ʒj. fol senn ʒiij. Bulliant in aqua iustæ quantitatis, & colentur ad dosim. In qua dissolue elect. lenit. & syrup. solut. rosar. ana ℥j. Detur potio manè. Præmissis vniuersalibus si non intermittit dolor, ad topica veniendum. ℥. vnguenti rosac. Mesuę, refrigerant. Galen. ana ℥ß oxyrhodini ℥j opij gran. duo Misce pro litu frontis & temporum. Vel ℥ ole. rosar. ℥j. succi rosar. & semperuiu. ana ʒß. aceti. cæræ nouæ ana ʒij. Igni lento mandentur pro litu frontis. Vel, ℥ lactuc. rosar. rubr. flor. nenuph. & viol. ana Pj. caput vnum papaueris albi. contundantur pro fronti tali, quod irrigetur aqua rosarum & aceto ℥. decoct. lact portulac. flor. viol. & nenuph. ℥iij. syrup. violar. & nenuph. ana ℥ß. aut ʒvj. Fiat potio danda dormituro. Si pituita

Intemperiũ duplex.

Cephalalgia à calore simplici curatio.

Iulepi refrigerantes.

Liniments.

Balneum.

Litus.

Anacollema seu frontale.

Pallilude ſucco. Sin & grauis, icta frequenter
Vena ſit, & primùm Iecur hæc quæ reſpicit, inde
Quæ caput. E violis alboque papauere, flore
Nymphæa, paribuſque ferus mulcebitur ignis.
Sæpius at gelidus vapor eſt, flatuſque vel humor,
Frigidus & craſſus. Moueas quem ſæpe deorſum
His pilulis quæ phlegma trahunt, potove liquore,
Quem diaphœnicôn, diacarthamus ingrediatur
Cum ſenna, quæ ſola poteſt mundare Cerebrum, Senne vires ac proprietates.
Vt iuuenile facit corpus, ſeniumque retardat,
Educens tetros varia de parte liquores.
Inde caput radas, oleo line, caſtorcique
Euphorbique, ſed oxyrhodum miſcebis. Ab illis
Saluia mandatur, maſtix, piper atque pirethrum.
Errhina è ſuccis anagallidis, elleborique, Sternutamenta.
Sampſuci, betæque, cyclaminis, atque ſynapi
Conuenient: quibus adiungi, ſi ditior æger,
Ambra poteſt, moſchuſque, manuque hæc naribus indi.
E nuce moſchata ſuffitum finge, roſiſque Suffitus.
Purpureis, macere, electro, vernice, Sabæo
Thure, aloes ligno: ſtyracen ben atque zoinum
Iungito. ſuffitus ſyrium quo ſpiret odorem.
Ex quibus & ſpica nardi cum cortice citri Cucupha.
Pulueribus factis, carpta & bombace receptis,
Indendum capiti facile eſt aptare cucullum.
Ex ijſdem, ladano puro, & gummi tragacantha,
Ambraque & moſcho pomum bene fingis odorum. Bonum odoratum.
Si ſedare malum nequeant hæc omnia, venæ
Sectio ſit frontis, pungantur crura, nateſque, &
Brachia, corniculis fixis, humeriſque duobus
Pendeat accenſis comitata cucurbita flammis.
Figantur capiti, varijſque pyrotica membris.

COMMENTARIVS.

Cephalæa quid.

CEPHALÆA capitis morbus est chronicus & contumax. Quare præter vniuersalia remedia, quæ tum hoc, tum superiore capite memorantur vsurpanda primo, topica varij generis requiruntur, quæ diutius infensum humorem à capite propulsent: qualia sunt errhinum, ptarmicum, apophlegmatismus, gargarisma, linimentum, emplastrum, sacculus, cornicula, cucurbitulæ, lotio capitis, suffitus, cucupha seu cucullus, pomum odoratum, pyroticum seu cauteriū. Sic, ℥. succ. betæ, brassicæ maioranæ saluiæ ana ʒß. aceti scyllitic. vel alterius acerrimi ʒij. Misceantur in errhinum, quod vola manus exceptum pronocapite naribus tepidū attrahatur. Vel, ℥. fol. anemones maioran. salu. beton. ana Mj. Terantur simul, & madeāt in aqu. beton. & vini albi ana ʒij. Expressus succus aptetur in errhinum, quod acrius fiet, addito radicis ireos, cucumeris agrestis aut cyclamini succo. Ptarmicum seu sternutatorium sic describetur. ℥ maioranæ siccæ ʒj. pirethr. ʒß. euphorb. ℈j. Fiat omnium puluis: cuius portio immissa pennæ cauitati insuffletur in nares. Vim habent insignem sternutamenti ciendi castorium, ptarmica seu sternutatoria, batrachium seu ramunculus, nasturtium, pyrethrum, elleborus albus, euphorbium. Apophlegmatismus. ℥. sacchari candi, mastich. ana ʒß. pyrethr. piperis longi ana ʒj. Fiat puluis includendus nodulo, & ore continendus. Vel, ℥. fol. beton. maioran. salu. ana Mj. Pyrethr. Pj. nuc. moschat. ʒj. Bulliant in æquis partibus aquæ & vini albi, tū exprimantur. Vel, ℥. vuarū passarū expurgatarū ʒj. liquir. ʒß. semin. synapi tunsi. ʒj. piper. longi ʒß. Cum hydromelite coquantur in apophlegmatismum, seu gargarisma. Vua passa sola, mastiche, saluia, staphysagria, piper longum ore diu contenta pituitam eliciunt apophlegmatismi compositi loco, minore cum apparatu. Linimentum erit tale: ℥. ol. lil. ʒj, oxyrhod. ʒß. ol. de castoreo ʒiij. cæræ ʒij. Vel, ℥ ol. chamæm. ʒj ß. ol irin. de euphorb ana ʒij. Cum cæra pauca fiat linimētum. ℥. emplastr. de beton. & si suspicio malignę qualitatis est alue venetæ emplastr. de vigo cum Mercurio ana ʒj. Cum ol. camomil. pauco misceantur in emplastrum, quod extensum super alutam admoueatur capiti raso. ℥. milij. ʒiiij. salis vulgar. ʒij. baccar. lauri. ʒj. ß. semin. anis. fænic. ana ʒß. flor. chamæm. rosar. rubr. ana Pj. Omnia contusa tertefiant in sartagine: recondantur in sacculum, qui capiti calidus imponatur. Lotio capitis, si nullus tumor est, inflammatio nulla, nullus catarrhus huc etiam pertinet, vt inclusa Cerebro materia perspirabili cute resoluatur. ℥. fol. beton. sal. origani calament. ana Mj semin. fænic. baccar. lauri ana ʒß. flor. anth. stæchad. rosar. rub. ana Pj. Fiat decoctio pro capitis lotione seu fotu. Cucurbitulis locus esse debet post solemnes vacuationes, quæ sunt apertio basilicæ primum in magna plethora: deinde mediana cephalicæque: tum frontis, si postica pars capitis, venæ puppis: si pars antica dolet, venarum denique temporalium eius partis in qua dolor excruciat, vt in hæmicrania, quæ dimidij duntaxat capitis dolor est, cuius eadem est cum cephalæa curatio. Sunt verò cucurbitulæ strenuum

Ptarmicum seu sternutatorium.

Apophlegmatismus.

Linimentū.

Emplastrū.

Sacculus.

Lotio capitis.

Cucurbitulis quando locus esse debet.

Hemicrania.

reuulsortium, ob id inuentum, vt quæ in alto sunt foras euocẽtur: quarum vices interdum cornicula subeunt. Cucufa, seu Cucullus fit ex pluribus, vt maiorana, saluia, rosis rubris, ligno aloes, cariophillis, styrace, mastyche, nuce moschata, macere, pipere, calamo aromatico, granis kermes, citri cortice, baccis lauri, seminibus anisi, fæniculi, sandaraca, seu vernice, similibus aromaticis alijs contusis & pulueratis ad ℥ij. hac formula ℞ fol. beton salu. maioran. roris mar. rosar. rub. ana Mj. flor. anthos, stæchados, chamæm. ana Pj. Ligni aloes, caryophill. piperis macer styrac. calamitæ granor. kermes ana ʒi. Fiat puluis, qui carpta bombace exceptus aptetur in cucullum. Ex eadem fere materia suffitus fit. ℞ semin. nigell. rotar. rub. ana Pj. ligni aloes, mastich. thuris, benzoin ana ʒ j fiat puluis crassiusculè tritus pro suffitu capitis. Pomum odoratum. ℞. maioran spicę nardi rosar. rubr. ana ʒij nucis moschat. maceris schænanthi, caryophill. piper. ana ʒj. styracis calamit. benzoin, ana ℈ß. Tritis & contusis omnibus, exceptisque ladano puro, vel gummi tragacanth. fingantur globuli, moschi & amb. ana granis ferè decem additis. In contumaci summoque capitis dolore, cæteris præsidiis frustra tentatis ad Pyroticum seu Cauterium recurritur. Quod admouetur ceruici vel brachio ad musculum deltoidem, qua humeralis vena perreptat, vel inter bicipitem & deltoidem: interdum & ei parti quæ dolore premitur, vitatis maximè neruosis locis, quæ non, vt carnosa, remedium hoc impunè ferunt. Quod si minùs confert, confugiendum ad Trepanum.

Cucupha seu Cucullus.

Suffitus.

Pomum odoratum.

Pyroticum seu Cauterium.

Trepanum.

PHRENITIDIS CVRATIO.

CAPVT IV.

QVVM *sedet in tenero Phrenesis furibũda Cerebro,*
Iuscula crebra leuant, incoctis mollibus herbis
Et gelidis, vt acetosa, lapathoque, satiuo
Solano, portulaca, veneremque fugante
Lactuca, & solita placidos inducere somnos,
Butyro mixto, vituli vel carne vel hædi.
Eque sero lactis clyster mittendus in anum
Et prunis, aliisque quibus vis blanda mouendi est.
Vena secanda cito iecoraria, vel mediana,
Si plenum corpus: caput hinc quæ respicit: & si
Longa mora est morbi, media quæ in fronte videtur,

Iuscula refrigeratia.

Clysteres.

Venæ sectio multiplex.

Quæque subest linguæ. Nonnunquam vena sub aure
Cæsa latens dat opem. Sed vbi hæc celebrantur, ad ægrum
Respice, chyrurgum manibus ne lædat, adactum
Sæuiat in vulnus, nimioque cruore profuso
Author sit necis ipse suæ, summive pericli.
Cassia nigra rheo melior, quia mollior, atque
Blandius educens bilem: tamen hoc & habendum
Vtile, & infusum melius potatur vtrumque,
Lactucæ, sonchi, seridis, violæque liquori.

Potus Phreniticorum. Hic lymphæ, non vina iuuant. Sed lympha bibenda
Cocta magis succo cum sacchare iuncta limonum,
Nitidiorem mauis cui sit liquiritia mixta.
Si nequit his cessare furor, quia nox ve, dies ve
Nulla datur somno, cerebrum ne torreat ignis
Conuellatque vorax, omni sopor arte ciendus.
Lux ideo sit rara, locoque phreniticus æger
Degat in obscuro, rubeumque cucurbita pendens

Cucurbitularum & hirudinum admotiones. Ex humeris punctis calido trahat ore cruorem.
Pictaque vel nasum, vel tempora fugat hirudo.
Oxyrhodumque, pilo raso caput vngat, & vnguen
Populeum frontem, cum quo miscebis acetum,
Mandragoræ succum, solani, nenuphar sque,
Cumque croco tantillum opij. Qui pressus ab hordeo
Cremor erit cum seminibus quæ frigore pollent
Coctus, & assumptus niueo cum sacchare noctu,
Conferet ad somnum placidum: gelidusque syrupus
Nymphææ, violæque, papaueris atque rosarum.

Potio pedum. Pes sed vterque prius tepidis bene mergitur vndis:
In quibus & semperuiuum, vitisque coquatur

Potus capitis. Pampinus, atque salix, vernæ violæque, roseque.
Betonica & camomilla potest, & malua cerebrum
Lenire in tepidis immersa, incoctaque lymphis.

Pro

Admouenda capitis fotus.

Pro capitis fotu. Post quem iuuat indere sectos
Per mediam spinam, fuerit dum vita superstes
Gallinæ pullos, catulos, paphiasque columbas,
Quæ fumos retrahant, blandoque vapore furentem
Compescant Cerebri contentum in partibus ignem.

Phreniticus quare vincendus.

Aspera vincla ferat temerarius æger, vt illis
Vim minuat, minuatque minas, calor eque Cerebro
In loca decumbat, pariunt quæ vincta calorem.

COMMENTARIVS.

Quibus modis phrenitidi succurrendū.

QVIA Phrenitis morbus acutus est, præsens remedium efflagitat. Reuellendum verò clystere, venæ sectione, purgatione, cucurbitulis, ligaturis extremorum partium. Repellendum linimentis, vnguentis, frontalibus, adhibendis initio: balneo fotuque moliendum ac discutiendum in fine. Minuenda symptomata quæ grauant, vt sitis refrigerante ac humectante cibo, potu, somno: vigiliæ, tum ijs, tum hypnoticis & narcoticis. Clyster hic sit. ℞ quatuor emollient. lactuc. portulac. ana Mj. fiat decoct. in ser. lact. In lib. j. colaturæ dissolue diaprun. solut. medull. cass. ana ℥ß. mell. violac. butyr. recent. ana ℥ij. fiat clyster. Suspectus hic oleorum vsus, quod incalescat facile. Mittatur ab eo sanguis è basilica dextra primùm, hinc è mediana, cephalicaque ad vncias octo, vel nouem singulis vicibus, si robustus ac iuuenis æger est: sin puer aut senior, minùs. Purgandum hoc pacto. ℞ medull. cass. infusæ in decocto, vel aqua stillit. lactuc. & endiu. ℥j ß. In expressione dissolue syrup. solut. rosar. ℥j. fiat dosis. Vel, ℞ man. calab. infus. in decoct pulli cocti cū hordeo lactuca portulac. ℥ij. detur expressio mane, vel, ℞. cichor. tot. endiu. lactuc. ana Mj. semin. melon. citrul. cucum. ana ʒj. tamarind. pingu. ʒiij. flor. viol. nenuph. ana Pj fiat decoct. In cuius colat. dissolue elect. lenit ℥j. syrup. de cichor. composit. cum rheo ℥ß. fiat potio. Vel tale parabitur apozema. ℞. fol. oxalid. oxylapath. lactuc. portul. chondrill. cichor. tot. ana Mj. semin. quatuor frigid. maior. & minor. contus. ana ʒij pulp. prunor. damascen. iuiub. sebest. ana ℥ ʒ. flor. trium cord. & nenuph. ana Pj. Bulliant in aqua iustæ quantitatis & colentur ad lib. j. Dissolue syrup. violar. ℥ij syrup. de limon. ℥j fiat iulep in tres doses. ad cuius postremam infunde medull. cass. ℥j. ß. In expressione dissolue syrup. solut. rosar. ℥j. Detur potio manè. Somnus verò qui rarus est in hac febre conciliabitur hisce sequentib. ℞. succor. lact. ic. & portulac. ana ʒij. succor. solani hortens. & semperuiu. ana ℥j sacch. alb ʒij ß. Coquantur simul in iulepum pro duabus dosibus. Vel, ℞. fol. lactuc. Mij. semin.

Clyster.

Venæ sectio.

Medicamenta purgātia.

quatuor frigid.minor. & papau.alb.ana ʒij. flor. viol. borrag. & menuph ana P. fiat decoctio: in qua colat. dissolue syrup. violac. & papauer. rhead. ana ξij fiat iulep. in plures doses. vel, ℥ aqu. stillat. nenuph. endiu. ana ξij. syrup papau. ξj. Misceantur & fiat iulep. pro dosi, quæ detur hora somni. Iulepi vicem supplebit hordeatum incoctis quatuor seminibus frigidis aut solo semine papaueris albi cum saccharo. Lauentur pedes è foliis semperuiui, lactucæ, salicis, vitis, rosis additis, & violarum floribus in aqua sufficienti coctis. Litus repellentes & hypnotici.

Lotio pedum.

Litus somnifera.

℥. oxyrhod. ξj. vnguent. popul. & refrigerant. Gal. lotor. in aqua rosar. ana ξß. Vel, ℥ ol. rosac. papauer. & vnguent. popul. ana. ξß. aceti. ʒij. opij. grana duo. Misce pro litu frontis & temporum hora somni. ℥. cortic. papauer. albi, radic. mandragoræ maris, semin. lactuc. portulac. contusor. ana ʒij. fol lactuc. Mj. flor. nenuph. viol. rosar. rub. ana Pj. Affundatur his contusis aqua rosacea cum aceto pauco pro frontali. Vel, ℥. conserv. viol. & nenuph. ana ξj. theriac. aut mithridat. veter. ʒij. opij grana tria. Inuoluantur duplici linteo pro frontali. Rasura capillorum vtilis, qua fuliginosi calidique vapores per insensiles capitis poros abeant. Ab ea.

℥. oxyrhod. ʒij. ol. violac. recent. aut veteris loti in aqua rosar. ξj. Misce pro capitis embrocha, raso capillitio. Post aliquot dies morbi deriuandum & vacuandũ ab affecta sede. Quare tundetur vena frontis, occipitis, temporum: admouebuntur humeris cucurbitulæ, variis capitis partibus hirudines. Si que mulieri phreniticę suppressa sunt mẽstrua, saphæna secta prouocabuntur. Tum materia crassior cerebri meningibus in hærens, digerentibus sequentibus eximenda. ℥ fol. origan. calament. beton. malu. ana Mj semin. lini, fænugræci ana ξß flor. chamæn. melilot. rosar. anth. & stæchad. ana Pj. Bulliant in aqua cum aceto pauco pro fotu capitis rasi cum spongia. Dein, ℥. ol. chamæm. & rosar. ana ʒj. aceti ʒiij. Misce pro litu post fotum. Admoueri poterit horum loco pullus gallinaceus, columbinus, aut catulus per mediam spinam sectus, arietinus aut vitulinus pulmo, qui tepido calore reliquam in Cerebro materiam coquat, digerat, reseratis meatibus foras euocet, natiuumque partis calorem suo tepore foueat. Si suppressa sit, vt contingit interdum vrina, clysteribus emollientibus, fotu renum & pubis ex malua, parietaria, berula, cypero coctis in aqua: vel litu ex oleo scorpionum, amygdalarum dulcium & axungia cuniculi poterit euocari. Victus sit refrigerans & humectans quem versibus expressimus.

Embrocha.

LETHARGI CVRATIO.

CAPVT V.

LETHARGVM *sopor altus habet, neque proficit. Ergo*
Verba sonẽt, & quo studio lethargicus ardet
Gaudeat, vt miles tremulo clangore tubarũ,
Tinnitu argenti, atque auri fulgentis auarus,
Vt citus excutiat, posito languore, soporem.
Non tamen excutiet penitùs, nisi causa soporis
Demitur. Hanc ideò glande aut clystere reuelles, Clyst.
Qui pigram moueat validis laxantibus aluum. Vena sect.
Si vacuare licet, capitalis vena secetur.
Ex hyeris simplex, & quam colocynthidos acris
Pulpa capit, datur in potu. Nec Agaricus albens Purgiem
Vtilitate minor, tepida maceratus in vnda
Betonicæ, cui zingiberis sint addita grana.
Naribus inde thymum, calamintam, pullegiumque Errhinum, seu nasale.
Freos attonso capiti, piperum, laterumque
Funde oleum: caput origano thymbraque foueto. Linu, fotus.
In ceruice cucurbitulæ scapulisque probantur, Cucurbitula.
Cruribus ac lumbis affixæ, ex igne voraci.
Vina iuuant, sed mella magis, vel sacchara, cocta
Cum lympha tenui: cibus est præstantior assus, Victus.
Candidiorque Ceres & salsa sit vtilis ægro.

COMMENTARIVS.

SI Lethargus è phrenitide natus est, refrigerato nimio ab hypnoticis, Narcoticisque Cerebro, solaque relicta videtur intemperies, emendanda topicis. Sin per se nascitur, estque primarius, nec alteri succedens affectus, acriori primò clystere reuellendum. ℞ fol origani calament. parietar betæ mercur. ana Mj. semin. anis. fœnic. dauci carui,

cum. ana ʒj. fol. senn. ʒß. Coquantur & colentur ad libram vnam. Dissolue bened. laxat ʒvj. confect. hyer. simplic. ʒiij. mell. mercur. & ol. aneth. ana. ʒij salis ʒi. Vena secanda non est, si spectemus causam: at quia febris, ne crescat calor, sanguis ad vncias ex aut septem effundi potest, sequentique die purgandum. ℥ fol beton. calendul. melissæ. ana Mi. semin anis. fænic. ana ʒi flor anth. stæchad. ana Pj fol. senn. mundat. ʒvi. fiat decoct. in aqua pro dosi. In qua infunde agaric. trochisc. ʒi ß. In expressione dissolue diaphæn ʒj. syrup. capill. ven ℈j Vel, ℥ elect. diacartham. ℈ß. Cũ aqu. beton. fiat potio. Par sit dosis bened. laxat. vel diaphæn. quæ, si robustior æger, ad ʒvi, extendi potest, eth tutius semper infra consistere, quam vltrà progedi: quia medicamentum semel sumptum velis nolis agit, ideoque ab hypercathartics summè cauendum. miscendaque sæpius valida debilibus hoc modo ℥ cathol. duplicat ʒvj diaphæn ʒ ij. syrup. è stæchad. vel rosar. ℈ccat ℈j. Cum aqua beton. fiat potio. Fricationes crurũ vtiles cum linteis asperis, admotæque ceruici & humeris cucurbitulæ, quæque pituitam eliciunt è naso, palatoque, quorum formulæ datæ sunt capite de Cephalæa. Rato, si æstas est, capillitio: detonso, si fauit hyems, fouendum ita caput est. ℥. fol origan. thymi puleg. ana Mj. flor. anth. stæchad. salu. rosar. rub. ana Pj Coquantur in aqua & vino rubro austero cum aceti tantillo pro fotu capitis cum spongia ℥ ol. anethin. chamæm. rutac singul. ℈j. pulu. nuc. moschat. cariophill. ana ʒj. Vel ℥. ol. rutac. lil. ana ʒi. petrol. ʒij. cæræ ʒiij. Misce pro litu capitis post fotum. Conseruæ salui æcalendulæ melissæ. anth. acori vel solæ ex vsu erunt, vel hoc modo compositæ. ℥ conserv. salu calẽdul. rosar. ana ʒj. mithridat. veter. ʒij. cortic. citri. conditi ʒiij. specier. elect. de gemm. & aromat. rosat. ana ʒß Cum syrup. è stæchade fiat opiata, vel cum saccharo conditum. Victus ratio sit calfaciens ac tenuans è cibis assis, aspertisque puluere caryophillorũ & moschatæ nucis, aut puluere ducis, albo salsoque pane, vino veteri, non meraco, seu puro puto, ne fumis suis obsit, sed aqua diluto, vel ex hydrosaccharo, vel hydromelite, simplici quidem, sed & vinoso, quod cum palato summam init gratiam, summeque discutit. phlegmaque digerit.

Vena sectio.

Purgatio.

Epithema. seu fomentum.

Litus.

Opiata.

Victus in lethargo genus.

Hydromel vinosum.

CARI ET CATOCHES, SEV Catalepseos curatio.

CAPVT VI.

COMA soporipserum Carus, vt Lethargus habetur,
Sed maiore Carus causa premit, vnde paranda
Quæ stimulent, tenuentque magis. Bene potio fiet
Ex hieris, & eis, quibus it pituita per aluum.

Plegmagoga.

Fricto sit vultus, tenuis et extrema memento.
Non capitis barbæve pilis, non parce pudendi:
Sed crines ab eis euellas partibus, ægrum
A somno vt reuoces pungentis acumine sensus.
Vtile castoreum vel in hydromelite solutum.
Aut in aquæ vita: sternutamenta probantur,
Suturæque coronali calida indita multa:
Qualia cantharidum puluis: simus atque columbæ,
Allia, nasturti commixtaque semine scylla.
Mel dato vinosum, dapibusque immitte synapi.
Coma vigil Catoche est, Catalepsis & ipsa vocata. Catoches curatio.
Quam si purpureus cruor excitat, vt faciei
Testis erit rubor aut liuor, vena ita leuabit
Præmisso clystere. Caput si sorte grauatur
Frigore, purgabis pilulis, quæ nomen & auri,
Quæque ferunt lucis, quibus & sine volumus esse:
Aut hyeris, quæ betonicæ soluantur in vnda.
Tum calidis oleis vel ut ireos illine, lauri,
Castorij, rutæ, vel anethi. Frigida prosunt,
Si calor exurens vigilis sit causa soporis.

COMMENTARIVS.

EADEM lethargi Carique materia: sed in hoc profundior sopor est à copiosiore pituita, quæ maioribus remediis discuti debet. Itaque balneis & clysteribus actibus initio mouendum ex hyera simplici & diacolocynthidos. Purgandum potione per os ex agarico, benedicta laxatiua, fœniculi foliis, additis cephalicis. ℞ fol melill. beton. ana M j. diagr. cõmun. ʒij. fol fœn. ʒvj flor. anth. & stœchad. ana P j. fiat decoc. in aqua tutiæ quantitatis. In colat infunde agar. trochisc. ℈ iij cum granis tribus zinzib. expressione facta eiusdue confect. hyer. simpl. & cathol. duplicat. syrup. rosar. cum agaric. ana ʒß. Cum aqua melill. fiat potio. Vincienda sunt arctè brachia, tricanda crura frictionibus asperis, pilus è variis corporis partibus euellendus, vt excitetur æger, & materia reuellatur. ℞ saffor. ʒiij. Cum ʒij. aquæ vitæ diluantur, fiatque potio, quæ frigidis cerebri & neruorum affectibus imprimis opitulatur. ℞. mast. pilul. cocc. & sine quibus ana. ʒij. pilul. ex agaric. ʒi. Cum aqua Purgatio.

calendul. dissoluantur in dosim. Diluantur in hoc affectu pilulæ prō potu, quia Caroticus non bene deglutit, qui sui penitùs est immemor. Nec à pilularum amarore metuendum, quum idem non gustet, sopito sensus omnis principio. Topica fient ex ijs, quæ vertibus nostris exprimuntur ℥. fimi columbini ℥j. puluer. cantharid ʒi. terebinth. mastich. ana ʒii. ol. rut. lilior. ana ℈ß. Vel, ℥. emplast. de beton. ℥i ß ol. petrol. vel è lateribus & è castor. ana ʒ i Subigātur in emplastrum molle: quod extende super alutam: admouendum syncipiti maximè, quia priores Cerebri ventriculos obsidet Carus, vt Lethargos posteriores. Catalalepseos eadem curatio, nisi quod si rubor aut liuor est vultus, vena secanda est, nec æquè calidis, validisque remediis vtendum.

Topica seu remedia localia.

APOPLEXIÆ CVRATIO.

CAPVT VII.

Apoplexia morbus acutissimus.

RIT citò, & in paucis Apoplexia clauditur horis,
Interimitque hominē. Quare citò concute corpus,
Linteoliſque frica, rigidis & comprime vinclis,
Inque loco ſtatuas luſtret quem fulgidus aër.
Si que Apoplexis erit, reſerata vulnere vena,
Plurimus ex templò cruor exeat ex humerali,
Deinde capitis venis, & eis quas lingua recondit.
Si minus iſta leuant, effundat tacta cruorem
Corniculis cutis affixis, & hirudine picta.
Eſale gemmæo cum rutæ ſemine, melle,
Pulueribuſque hyerum balaniformentur, vt illis
Acribus, officij memor extet inertior aluus.
Qui liquor ex herba eſt, cui ritè Calendula nomen,
Mixtus aquæ vitæ cum caſtoreo inditur ori,
Theriacave, hyeriſve, quibus vis ſumma mouendi eſt.
Inſeritur quoque ſal, calidum mordaxque ſynapi,
Spiritus vt redeat, tenuetur & improbus humor.
Sartago candens capiti ſuper addita confert,
Deque vigo emplaſtrum, quod molli extendis aluta,
Tum ſuperimponis capiti. Fert coſtus odore,

Nardus & Iris opem, capitique pyrotica fixa
Qua sutura patet. Moschæ nucis vnda bibatur
Et casiæ, melliſque meri quod ſpirat odorem.
Quumque paroxiſmus diſceſſerit artibus illis,
Phlegma move valida, redeat ne deinde, catharſi.

COMMENTARIVS.

QVONIAM Apoplecticus repentè ſine ſenſu motuque concidit, ne confeſtim intercepta reſpiratione ſuffocatus animum efflet, ſubitò præſidio prouidendum. Caput ergo collumque commouẽdum & agitandum eſt, fricanda brachia, cruraque frictionibus è linteis aſperis. Ligandæ manus ac pedes ligaturis dolorificis, quibus impediatur humoris congelatio, reuulſio fiat, tenuetur pituita, ſanguiſque frigidior incaleſcat. Sal in os inijciendum: ſynapi diſſoluendum in oxymelite, vel aqua vitæ, orique & naribus indendum: quo palatum etiam fricandum & irritandum eſt. Acri balano vel clyſmate mouendæ ex aluo fæces. ℞. pulu. hyer. diacolocynth. & ſalis gemm. ana ʒj. Cum melle cocto fiat ſuppoſitorium ℞ fol. origan. calament. thym. puleg. ana Mj. ſemin. aniſ. fænic. baccar. lauri ana ʒj fiat decoctio. In colat. ad lib. 1. diſſolue confect. hyer. ſimplic. & diacolocynth. ana ʒß mell. mercur & ol. anetth. ana ʒij. ſalis ʒj ß. fiat clyſter Videndum an à pituitæ copia naſcatur affectus, quod ex adipoſo corpore, capite amplo medulloſoque, pallente ac tumente vultu, arcto gutture, pulſu paruo, venis exilibus agnoſcitur. An à ſanguine, quod faciei robur ac huor, amplæ venæ, pulſus magnus ac frequens indicat. Et in hac Apoplexiæ ſpecie, quam ἀποπλῆξιν appellant, conſtantibus viribus largè ſanguis effundendus, primùm ex humerali, ſeu baſilica, dein è cephalica: poſt etiam è vena frontis, occipitis ſeu puppis, venis temporum, iis denique quæ linguæ ſubiacent, quas nigras & ranulas appellant. In altera verò ſpecie, quã à pituita fieri notauimus, venæ ſectionem plerique non admittunt. Quæ celebranda tamen, vt plenitudo vaſorum & obſtructio Cerebri minuatur, eoque modo ſit ſyſtole ac dyaſtole liberior, reſpiret, tranſpiretque Cerebrum. Sed cautiùs & parciùs cruor effundendus. Humeris, lumbis, natibus admouendæ cum multa flamma cucurbitulæ. Sed exuperante pituita ℞. pulu. hyer. ſimplic. & diacocynth ana ʒj ß. ſyrup. de hyſſop. vel è ſiæ hac ʒß Diluantur in aqua vitæ vel calendul. Vel, ℞. elect. diacartham ʒvj. ſyrup. caſſ. vel. ʒi. Cum aqu. ſaluiæ fiat doſis. Vel, ℞. benedict. laxat. ʒii. cateri ℈ iij. ſemin. rutæ, nuc. moſchat. ana ʒß Colatis permaneam Hippocratis cum aqu. beton. fiat potio. Vel, ℞. maſſ. pilul. cocc. & agaric. ana ʒi diſſoluantur in aqua hyſſopi pro doſi, quæ è cochlear, vel cyath. ſyr. [illegible] in galam.

Frictiones & ligaturæ cur in apoplexia ſunt.

Balanus.

Clyſter.

Potiones pituitam educentes.

Aquas stilititicias nucis moschatæ, cinnamomi, saluiæ, calendulæ, melissæ, vitæ, vitrioli, theriacalis, & imperialis, hydromel etiam vinosum tenuitate partium & calore non fumoso plurimùm ad hunc affectum expugnandum valere certum est: vt conferunt eorhina, ptarmica seu sternutatoria, litus, emplastra, pyrotica, quorum classis est in capite de Cephalæa. Morbus verò periculi plenissimus est, & vt noster scribit Hippocrates.

Curari nulla arte potest Apoplexia fortis:
Debilis haud facilem recipit medica arte salutem.

Multos tamen sine motu sensuque repente iacentes cum respiratione difficili sanasse nos superioribus remediis profitemur, quum initio morbi venissemus: sed eos apoplepticos veriùs quam apoplecticos: quibus ideo profusa sanguinis missio præ cæteris remediis salutem attulit, nulla paralysi subsequente.

PARALYSEOS CVRATIO.

CAPVT VIII.

EST vbi pars resoluta, calente linatur oliuo
Præmisso clystere: cruor, si copia poscit
Effluat è venis capitis linguæque, bibatur
Hæc aqua quam reddunt cum sacchare cinnama dulcem,
Hydromelique potens cum sacchare & Iride coctum.
Vinum nervosis partibus offensiu. Offendit neruosa merum: cibus vtilis assus.
Saluia, maiorana, calendula, primula veris,
Serpillum, origanum, lauruſque, ebuluſque, thymuſque,
Juniperuſque in aqua pariter cum vulpe coquantur,
Balneaque his fiant, in quæ paralyticus æger
Descendat, Stuphæ paribus conduntur ab herbis.
Ex quibus incoctis, silicumque calore solutis
Aër, effumet, tepido quem clausus in antro,

Ore,

Ore, poriſque cutis trahat in ſeſe æger apertis.
Balſama contulerint, his ſi illita membra fouentur, — *Peruuinum balſamum.*
Quale quod aduectum Peruuinis nuper ab oris.
Aſſatum leporis Cerebrum, cui iungitur anthos
Conſerua, atque nucis moſchatæ puluis, habetur
Vtile. Purgetur corpus medicamine, ſennam — *Purgatio.*
Quod capit & Turbith, & cui dat Agaria nomen.
Nec vomitus nocet hic. Quæ Sarſaparilla vocatur, — *Sarzaparille, Guaiacique decoctũ.*
Si cum Guaiaco tepida maceretur in vnda
Potaque ſit, fundet craſſos in corpore ſuccos,
Quos cutis in tenues abiget ſudore meatus.

COMMENTARIVS.

1 PARALYSEOS multæ quidem cauſæ ſunt, vt priùs attigimus: ſed ferè ſemper pituita. Cuius generationem impedit victus ratio ealfaciens ac ſiccans è Perdicibus, columbis, alaudis, cothurnicibus, & alijs euchymis auibus aſſis: biſcocto pane, vel cocto cum aniſi, fæniculique ſemine. Potus ex hydromelite ſimplici, vinoſove, vel hydroſaccharo cum cinnamomo. Luculentus etiam ignis è communibus lignis, iniectis in eum ſaluia, maiorana, Iunipero, lauro ſiccis ad ſuffitum, pituitam craſſam diſcutit ac tenuat. Quam per aluum primò clyſter excludat: tùm ea cathartica quæ ſequuntur. ℞ fol. beton. calend. meliſſ. chamædr. an. Mi. ſemin. aniſ. fænic. coriandr. præparat. an. ʒß. flor. anth. & ſtæch. an. P i. fol. oriental. ſeu fol. ſennæ mundat. vnc. ſemis. Fiat decoct. In colat. infunde agaric. trochiſc. drach. duas, cum ſcrup. nucis moſchatæ. Diluatur in expreſſione cathol. duplic. & ſyrup. capill. ven. an. vnc. vnam prodoſi. Vel, ℞ radic. apij fænic. pæon. matis an. ʒiij. fol. chamædr. chamæpith. primul. veris an, M i. ſemin. fænic. ʒj. flor. ſalu. Pi. fiat decoct. In colatura diſſolue cathol. duplic. ʒvj. elect. Diacartham. ʒij. aut ʒiij. ſyrup. ſolut. roſar. cum agaric. ℥j. vel, ℞ catholi duplic. ℈ß. elect. diacarth. ʒij. trochiſc. alhandal. ℈j. fiat cum aqua calendulæ doſis, ſumenda manè. Vel, ℞. maſſ. pilul. cocc. & ſine quibus an. ʒß. pilul. de Agar. ℈j. cum aqua ſalu. formentur pilul. quinque, deglutiendæ veſperi. Balnea, vel ſtuphæ parabuntur in coctis herbis cephalicis & nerualibus, noſtris verſibus expreſſis. Aut ingredietur æger ſulphureas & nitroſas aquas: bibetve decoctum è ligno ſancto vel Sarzaparilla, quibus, reſeratis cutis meatibus, frigidus & craſſus humor, qui neruos opplet & obſtruit, incaleſcat, attenuetur, & in auras euolet. Opiatæ concinnabuntur ad robur è conſeruis roſarum, anthos, ſtæchados, enulæ campanæ, ſaluiæ, cum Theriaca, mithridatio veteri, diamoſcho dulci. Pars affecta linetur oleo

Victus genus in Paralyſi.
Suffitus.
Purgantia.
Balnea, vel ſtuphæ.
Lignum ſanctũ ſeu Guaiacum.
Opiatarum materia.
Litus.

chamæmælino, laurino, rutaceo, vulpino, lumbricorum, terebinthinæ: vel è castoreo, de euphorbio, de lateribus, quæ postrema nimio calore suspecta sunt, nec, nisi tentatis prioribus, admouenda. Tutius est, magisq; roborans Peruuinum: balsamum vel id quod veri balsami vice describitur ab Hollerio. Vel hoc nostrum sequens, paratu facilius. ℥ radic. ireos, enulæ campan. galang. crassæ, quam Acorum esse perhibent an. vnc. vnam, fol. attractil. hyperic. salu. maioran. calendul. lauendul. primul. veris, chamædr. an. Mi. baccarum iuniper. lauri an. vnc. semis. flor. anth. stæchad. salu. calēdul. an. P. ij. Cōtusis omnibus effunde olei optimi, loti in aqua rosar. lib. 1. ß. aquæ vitæ lib. semis. Sinantur hæc triduo macerari. Deindè coquantur ad dimidij succi consumptionem. Exprimatur liquor, qui additis vncijs duabus olei nucis moschatæ, terebinthinæ Venetæ lib. vna recoquatur in vase duplici. Coletur tandem, & in ampulla vitrea recondatur. Inungatur hoc balsamo paralytica pars, superiecto linteo duplici cum agnina aut vulpina pelle. Si copia sanguinis, ictus, casus, cōtusio Paralysin intulit, venæ conducit apertio, in pituita redundante suspecta. Si bilis, cholagogis pugnandum, calidique litus, fotusque metuendi. Sunt ex alijs causis quas lib. 2. scrutati sumus varia pro re nata proferenda remedia, quæ solers medicus ex tempore seliget.

Balsamum authorum ad paralysin.

Ex variis causis varia curatio.

VERTIGINIS CVRATIO.

CAPVT IX.

QVI *vapor in Cerebro est cæcæ vertiginis author*
Turbidus, à calido si gignitur, eluе blando
Clysmate materiam, quæ clausa reconditur aluo.
Incide & venam mediam, si vasa cruore
Plena tument, venasque dein sub vtráque micantes
Aure, calens humeris, tibijsque cucurbita fixa
Proderit, oxyrhodóque vnctum caput, atque rosarum,
Granatique liquor mali commixtus aceto,
Coctus & in dulci, quem canna dat Indica succo.
Quo lympham condire licet: quæ sola bibetur,
Non perfusa mero. Nocet hic Bacchusque, Venusque.
Attamen à crudo vertigo vbi nata, lyæus
Et senior, fumóque carens benè cedet in vsum,
Sit modò cum Nymphis. Bulbus, faba, lensque, cicerque,

Vinum vetus coquendis cruditatibus vtile, quod tamen in vertigine

Quique cibi flatus pariunt, nisi iungis anisum,
Hyssopum, marathrumve, nocent. Cibus ille paretur,
Qui siccus, succique boni est, velut assa columba,
Gallina & perdix. Pilulis purgare Cerebrum
His quæ phlegma cient bilemque perutile, & una
Exonerare grauem stomachum, qui sæpe vapore
Elato sit causa mali. Quare ille tabellis
Firmandus Rhodijs, quas olim condidit Abbas.
Absynthóque in aqua cocto, rubeóque fouendus
Austeróque mero, quibus addere santala possis.

lympha diluti debet, ne fumus oppleat Cerebrum.

Tabellæ diarrhod.

Fotus.

COMMENTARIVS.

VERTIGO, spirituum est in anterioribus Cerebri sinibus turbulenta commotio. Quos quicquid gignit, aut genitos excitat, externum internumve sit, causa vertiginis habendum est, quam sequentibus tollemus. Si rotæ, trochive motus in orbem, aut aquarum, aliorumve similis impetus Cerebrum oborta caligine commouet, nec rotam, nec trocho ludat, nec vndam spectet, quisquis his offensus Scotomate prehenditur. Si calidus in Cerebro vapor à venis arteriisque suscitatus, eundem affectum parit, venæ sectione primùm è Cephalica: dein è vena frontis & arteria temporum plenitudo, calorq;, præmisso clystere, dematur, admoueaturque pyroticum occipiti, quod inion appellant. Si partium inferiorum vitio nascitur, & per inediam, humoribus acrioribus redditis & exagitatis, tenuis in Cerebrum vapor ascenderit, cibandum. Si crassus humor, ab obstructione, vel imbecilla coctione flatulentum spiritum excitarit, ℞. mass. interior. pilul. de hyera simplici ʒj. pilul. de agaric. ʒß. cum syrup. capill. ven. fiant pilul. ſ. molles. Si coniectura est regurgitantis ab hepate & mesenterio bilis, ℞. mass. pilul. aurear. & è rhubarbarb. an. scrup. 2. Subigantur simul in aqua cichor. fiantque pilulæ quinque, vorandæ vesperi. Ventriculum lecurque roborant hæ tabellæ. ℞. specier. elect. diarrhod. & aromat. rosat. an. ʒß. pulu. trium santal. corall. rubr. an. scrup. 1. Cum saccharo dissoluto in aqua rosar. & absynth. fiant tabellæ pond. ʒij. Sumantur quotidie duæ: vna manè, altera vesperi.

Quid Vertigo.

Vertiginis curatio, pro causarum varietate.

Pilulæ.

Tabellæ.

& lætific. Galen. an. ʒß. semin. pæon. mar. viſci quern. cranij human. corall. rubr. an. ſcrup. 1. raſur. coruuc. vngul. alces an. ſcrup. ß. Cum ſaccharo diſſoluto in aqua hyſſopi fiant tabellæ pond. drach. vnius. Sumantur duæ quotidie: vna manè, altera veſperi. Ligni ſancti, ſeu guaiaci, Sarzaparillæ, Chynæque decoctum in hoc affectu perutile, quia calfacit, tenuat, & ferinam humoris noxij qualitatem emendat. Victus autem hic ratio debet eſſe tenuis, calfaciens & ſiccans, & ſic aſſa quam elixa magis conferunt. Pueros autem imprimis torquet epilepticus affectus; qui maioribus remedijs laceſſendi non ſunt. Coralium, aut Smaragdum, aut Pæoniam collo geſtent, lac optimum guſtent è nutrice boni habitus. Aut ſi non lactant, cibis euchymis & paucis alantur: quoniam hoc vitium vt plurimùm à cibi copia naſcitur. Sanat autem interdum eos ætas prouectior, vt loci victuſque mutatio ex Hippocrat. aphor. 45. lib. 2. aphor. Videndum autem an ſenſus obiecto repentino & inſigni, vt tubarum clangore, ſtrepitu, terrore, cauſiſque ſimilibus, quod infantibus interdùm accidit, Epilepſia naſcatur: an ab acri, tenuique vapore. Quod contigiſſe ventriculi ſympathia meminit Galenus cuidam grammatico: qui quoties vehementius docebat, vel cogitabat, vel eſuriebat, vel irascebatur fiebat epilepticus. Quem oblato pane in vino albo madente, propinatoque bis aut ter exhyera piera medicamine, ſic hominem erexiſſe gloriatur, vt reliquum vitæ cum integra ſanitate decurrerit.

Decoctum Guaiacinũ & huic ſimilium cur hic vtile.

Pueriles morbi curatio.

Galen. lib 5. de loc. affect. cap 1.

INCVBI CVRATIO.

CAPVT XI.

Incubum curandi modus.

INCVBVS *vt ceſſet, tenebras lux diſſipet, ægrum*
Accurrens medicus quatiat, releuetque ſopore:
Contrahat & digitos, & in vnum cogat aceruum.
Clymate fumoſos reuocet, pellatque deorſùm
Qui claudunt cerebrique vias, Cordiſque vapores.

Vena quando ſecanda.

Si plenum corpus, dubitet ne tundere venam.

Cathartica.

Tùm pilulis hyeræ purget, cyanique lapilli,
His & quæ gratæ ſtomacho. Nec agaricus albens,
Hyſſopi & marathri tepida maceratus in vnda
Cum ſenna noceat. Quæ deſcripta errhina proſunt,

Et quæ decliui deducunt phlegma palato. *Apophlegmatiſmi.*
Cruribus atque humeris admota cucurbitâ: puluis
A paſtu è gemmis, coriandro, coralióque
Purpureo, rubeiſque roſis, cum ſemine nigro
Pæoniæ. Niueo moueantur pectine crines.
Victus ab eupeptis dapibus, mulſáque petatur, *Victus ratio.*
Et vino tenui, breuis eſto cæna, nec illis
Juncta cibis, ſoleant nebulis quæ opplere Cerebrum.

COMMENTARIVS.

IN Incubo, quem Ephialtem, & Pnigalion etiam dici lib. 2. retulimus, hic ordo tenendus eſt, quem noſtris verſibus ſequimur, Nimirum vt ſtatim ad ægrum lumen afferatur, quo craſſæ, nigræque nebulæ, quæ terroris & imaginationis offenſæ cauſæ ſunt, diſſipentur & euaneſcant. Inijciatur clyſter, qui pituitam reuellat. Tùm venæ ſectione plenitudo minuatur. Purgetur corpus idoneis catharticis, apophlegmatiſmis, & errhinis Cerebrum. ℥. decret. carminat. lib. 1. hyer. ſimpl. bened. laxat. an. ʒß. mell. mercur. & ol. commun. an. ʒij. ſalis ʒi. miſce. fiat clyſter. Secabitur baſilica primùm, hinc cephalica: tùm ſaphæna, maximè ſi ſuppreſſi menſes, aut ſolita non fluit hæmorrhois, aut ſolennis aliqua deeſt vacuatio. Cautiùs tamen in materia frigida mittendus ſanguis. Cathartici taliserit formula. ℞ cathol. duplic. ʒiß confect. hamech. ʒij. Infundantur in aqua beton. In colatura diſſolue ſyrup. Saporis regis ʒi. ſyrup. laxat. roſar. cum agaric. ʒß. fiat potio. Commendat Ætius cum Dioſcoride Paulóque pæoniæ nigræ grana quindecim, quæ cum vino lympha diluto, vel aqua meliſſæ ſumi poterunt. Cæna paſca ſit, ex aſſis potiùs quàm elixis. Conqueſtus eſt apud me quondam barbitonſor chyrurgus, ab aliquot annis viduus, quod plerumque nocturnis horis ſentiret ſibi defunctam coniugem incumbere ſenſim, eiuſque mole frigida penè ſuffocari. Quod exiſtimans à craſſo nigróque vapore, quem ex diuturno mærore contraxerat, aut è putris ſeminis exhalatione contingere, ſecundas ſuaſi nuptias: quibus contractis, ſe ille ſenſit ab Ephialte liberatum.

Quia nocturnus hic affectus eſt, lumen efflagitat.

Clyſter.

Venæ ſectio.

Potio purgans.

Hyſtoria barbitonſuri chirurgi.

calendul. dissoluantur in dosim. Diluantur in hoc affectu pilulæ pro potu, quia Caroticus non bene deglutit, qui sui penitùs est immemor. Nec à pilularum amarore metuendum, quum idem non gustet, sopito sensus omnis principio. Topica fient ex ijs, quæ vertibus nostris exprimuntur ℥. fimi columbini ℈j. pulver. cantharid ʒi. terebinth. mastich. ana ʒii. ol. rut. lilior. ana ℈ß. Vel, ℥. emplast. de beton. ℈i ß ol. petrol. vel è lateribus & è castor. ana ʒi. Subigãtur in emplastrum molle: quod extende super alutam: admouendum syncipiti maximè, quia priores Cerebri ventriculos obsidet Carus, vt Lethargos posteriores. Catalepseos eadem curatio, nisi quod si rubor aut liuor est vultus, vena secanda est, nec æquè calidis, validisque remedijs vtendum.

Topica seu remedia localia.

APOPLEXIÆ CVRATIO.

CAPVT VII.

Apoplexia morbus acutissimus.

EXIT citò, & in paucis Apoplexia clauditur horis,
Interimitque hominẽ. Quare citò concute corpus,
Linteoliſque frica, rigidis & comprime vinclis,
Inque loco ſtatuas luſtret quem fulgidus aër.
Si que Apoplypſis erit, reſerata vulnere vena,
Plurimus ex templò cruor exeat ex humerali,
Dein capitis venis, & eis quas lingua recondit.
Si minus iſta leuant, effundat tacta cruorem
Corniculis cutis affixis, & hirudine picta.
Eſale gemmæo cum rutæ ſemine, melle,
Pulueribuſque hyerum balaniformentur, vt illis
Acribus, officij memor extet inertior aluus.
Qui liquor ex herba eſt, cui ritè Calendula nomen,
Mixtus aquæ vitæ cum caſtoreo inditur ori,
Theriaca ve, hyeriſve, quibus vis ſumma mouendi eſt.
Inſeritur quoque ſal, calidum mordaxque ſynapi,
Spiritus vt redeat, tenuetur & improbus humor.
Sartago candens capiti ſuper addita confert,
Deque vigo emplaſtrum, quod molli extendis aluta,
Tum ſuper imponis capiti. Fert coſtus odore,

Nardus & Iris opem, capitique pyrotica fixa
Qua sutura patet. Moschæ nucis vnda bibatur
Et casiæ, melliſque meri quod ſpirat odorem.
Quumque paroxiſmus diſceſſerit artibus illis,
Phlegma move valida, redeat ne deinde, catharſi.

COMMENTARIVS.

QVONIAM Apoplecticus repentè ſine ſenſu motuque concidit, ne confeſtim intercepta reſpiratione ſuffocatus animum efflet, ſubitò præſidio prouidendum. Caput ergo collumque commouẽdum & agitandum eſt, fricanda brachia, cruraque frictionibus è linteis aſperis. Ligandæ manus ac pedes ligaturis dolorificis, quibus impediatur humoris congelatio, reuulſio fiat, tenuetur pituita, ſanguiſque frigidior incaleſcat: Sal in os inijciendum: ſynapi diſſoluendum in oxymelite, vel aqua vitæ, orique & naribus indendum: quo palatum etiam fricandum & irritandum eſt. Acri balano vel clyſmate mouendæ ex aluo fæces. ℞. pulu. hyer. diacolocynth. & ſalis gemm. ana ʒj. Cum melle cocto fiat ſuppoſitorium ℞ fol. origan. calament. thym. puleg. ana Mj. ſemin. anis. fœnic. baccar. lauri ana ʒj. fiat decoctio. In colat. ad lib. 1. diſſolue confect. hyer. ſimplic. & diacolocynth. ana ℥ß mell. mercur & ol. aneth. ana ʒij. ſalis ʒj ß. fiat clyſter Videndum an à pituitæ copia naſcatur affectus, quod ex adipoſo corpore, capite amplo medulloſoque, pallente ac tumente vultu, arcto gutture, pulſu paruo, venis exilibus agnoſcitur. An à ſanguine, quod faciei robur ac liuor, amplæ venæ, pulſus magnus ac frequens indicat. Et in hac Apoplexiæ ſpecie, quam ἀποπλῆξιν appellant, conſtantibus viribus largè ſanguis effundendus, primùm ex humerali, ſeu baſilica, dein è cephalica: poſt etiam è vena frontis, occipitis ſeu puppis, venis temporum, iis denique quæ linguæ ſubiacent, quas nigras & ranulas appellant. In altera verò ſpecie, quã à pituita fieri notauimus, venæ ſectionem plerique non admittunt. Quæ celebranda tamen, vt plenitudo vaſorum & obſtructio Cerebri mitigatur, eoque modo ſit ſyſtole ac dyaſtole liberior, reſpiret, tranſpiretque Cerebrum. Sed cautiùs & parciùs cruor effundendus. Humeris, lumbis, natibus admouendæ cum multa flamma cucurbitulæ. Sed exuperante pituita ℞. pulu. hyer. ſimplic. & diacocynth ana ʒj ß. ſyrup. de hyſſop. vel è ſtœchad ℥ß Diluantur in aqua vitæ vel calendul. Vel, ℞. elect. diacartham ʒvj. ſyrup. capill. ven. ℥j. Cum aqu. ſaluiæ fiat doſis. Vel, ℞. benedict. laxat. ʒj. cattet. ℈ j. ſemin. rutæ, nuc. moſchat. ana ʒß Colatis per manicam Hippocratis cum aqu. beton. fiat potio. Vel, ℞. maſſ. pilul. cocc. & agaricat. ana ʒj diſſ. ... in aqua hyſſopi pro doſi, quæ è cochlear, vel cum ſy... in guiam.

Frictiones & ligaturæ cur in apoplexia fiunt.

Balanus.

Clyſter.

Potiones pituitam cũmentes.

Aquas ſtilitiias nucis moſchatæ, cinnamomi, ſaluiæ, calenduſæ, meliſſæ, vitæ, vitrioli, theriacalis, & imperialis, hydromel etiam vinoſum tenuitate partium & calore non fumoſo plurimùm ad hunc affectum expugnandum valere certum eſt: vt conferunt coryzina, ptarmica ſeu ſternutatoria, litus, emplaſtra, pyrotica, quorum claſſis eſt in capite de Cephalæa. Morbus verò periculi pleniſſimus eſt, & vt noſter ſcribit Hippocrates.

Curari nulla arte poteſt Apoplexia fortis:
Debilis haud facilem recipit medica arte ſalutem.

Multos tamen ſine motu ſenſuque repente iacentes cum reſpiratione difficili ſanaſſe nos ſuperioribus remediis profitemur, quum initio morbi venißemus: ſed eos apolepticos veriùs quam apoplecticos: quibus ideo profuſa ſanguinis miſſio præ cæteris remediis ſalutem attulit, nulla paralyſi ſubſequente.

PARALYSEOS CVRATIO.

CAPVT VIII.

EST vbi pars reſoluta, calente linatur oliuo
Præmiſſo clyſtere: cruor, ſi copia poſcit
Effluat è venis capitis linguæque, bibatur
Hæc aqua quam reddunt cum ſacchare cinnama dulcem,
Hydromelique potens cum ſacchare & Iride coctum.
Vinum nerwoſis partibus inſenſũ. Offendit neruoſa merum: cibus vtilis aſſus.
Saluia, maiorana, calendula, primula veris,
Serpillum, origanum, lauruſque, ebuluſque, thymuſque,
Juniperuſque in aqua pariter cum vulpe coquantur,
Balneaque his fiant, in quæ paralyticus æger
Deſcendat, Stuphæ paribus conduntur ab herbis.
Ex quibus incoctis, ſilicumque calore ſolutis
Aër, effumet, tepido quem clauſus in antro,

Ore,

Ore, porisque cutis trahat in sese æger apertis.
Balsama contulerint, his si illita membra fouentur, — *Peruuinum balsamum.*
Quale quod aduectum Peruuinis nuper ab oris.
Assatum leporis Cerebrum, cui iungitur anthos
Conserua, atque nucis moschatæ puluis, habetur
Vtile. Purgetur corpus medicamine, sennam — *Purgatio.*
Quod capit & Turbith, & cui dat Agaria nomen.
Nec vomitus nocet hic. Quæ Sarsaparilla vocatur, — *Sarzaparille, Guaiacique decoctũ.*
Si cum Guaiaco tepida maceretur in vnda
Potaque sit, fundet crassos in corpore succos,
Quos cutis in tenues abiget sudore meatus.

COMMENTARIVS.

1 PARALYSEOS multæ quidem causæ sunt, vt priùs attigimus: sed ferè semper pituita. Cuius generationem impedit victus ratio calfaciens ac siccans è Perdicibus, columbis, alaudis, cothurnicibus, & alijs euchymis auibus assis: biscocto pane, vel cocto cum anisi, fæniculique semine. Potus ex hydromelite simplici, vinosove, vel hydrosaccharo cum cinnamomo. Luculentus etiam ignis è communibus lignis, iniectis in eum saluia, maiorana, Iunipero, lauro siccis ad suffitum, pituitam crassam discutit ac tenuat. Quam per aluum primò clyster excludat: tùm ea cathartica quæ sequuntur. ℞ fol. beton. calend. meliss. chamædr. an. Mi. semin. anis. fænic. coriandr. præparat. an. ʒß. flor. anth. & stæch. an. Pi. fol. oriental. seu fol. sennæ mundat. vnc. semis. Fiat decoct. In colat. infunde agaric. trochisc. drach. duas, cum scrup. nucis moschatæ. Diluatur in expressione cathol. duplic. & syrup. capill. ven. an. vnc. vnam prodosi. Vel, ℞ radic. apij fænic. pæon. maris an. ʒiij. fol. chamædr. chamæpith. primul. veris an. Mi. semin. fænic. ʒj. flor. salu. Pi. fiat decoct. In colatura dissolue cathol. duplic. ʒvj. elect. Diacartham. ʒij. aut ʒiij. syrup. solut. rosar. cum agaric. ℥j. vel, ℞ catholi duplic. ℈ ß. elect. diacarth. ʒij. trochisc. alhandal. ℈j. fiat cum aqua calendulæ dosis, sumenda manè. Vel, ℞. mass. pilul. cocc. & sine quibus an. ʒß. pilul. de Agar. ℈j. cum aqua salu. formentur pilul. quinque, deglutiendæ vesperi. Balnea, vel stuphæ parabuntur in coctis herbis cephalicis & nerualibus, nostris versibus expressis. Aut ingredietur æger sulphureas & nitrosas aquas: bibetve decoctum è ligno sancto vel Sarzaparilla, quibus, reseratis cutis meatibus, frigidus & crassus humor, qui neruos opplet & obstruit, incalescat, attenuetur, & in auras euolet. Opiatæ concinnabuntur ad robur è conseruis rosarum, anthos, stæchados, enulæ campanæ, saluiæ, cum Theriaca, mithridatio veteri, diamoscho dulci. Pars affecta linetur oleo

Victus genus in Paralysi.
Suffitus.
Purgantia.
Balnea, vel stuphæ.
Lignum sanctũ seu Guaiacum.
Opiatarum materia.
Litus.

chamæmælino, laurino, rutaceo, vulpino, lumbricorum, terebinthinæ: vel è castoreo, de euphorbio, de lateribus, quæ postrema nimio calore suspecta sunt, nec, nisi tentatis prioribus, admouenda. Tutius est, magisq; roborans Peruuinum: balsamum vel id quod veri balsami vice describitur ab Hollerio. Vel hoc nostrum sequens, paratu facilius. ℞ radic. ireos, enulæ campan. galang. crassæ, quam Acorum esse perhibent an. vnc. vnam, fol. attract. hyperic. salu. maioran. calendul. lauendul. primul. veris, chamædr. an. Mi. baccarum iuniper. lauri an. vnc. semis. flor. anth. stæchad. salu. calēdul. an. P. ij. Cōtusis omnibus effunde olei optimi, loti in aquarosar. lib. 1. ß. aquæ vitæ lib. semis. Sinantur hæc triduo macerari. Deindè coquantur ad dimidij succi consumptionem. Exprimatur liquor, qui additis vncijs duabus olei nucis moschatæ, terebinthinæ Venetæ lib. vna recoquatur in vase duplici. Coletur tandem, & in ampulla vitrea recondatur. Inungatur hoc balsamo paralytica pars, superiecto linteo duplici cum agnina aut vulpina pelle. Si copia sanguinis, ictus, casus, cōtusio Paralysin intulit, venæ conducit apertio, in pituita redundante suspecta. Si bilis, cholagogis pugnandum, calidique litus, fotusque metuendi. Sunt ex alijs causis quas lib. 2. scrutati sumus varia pro re nata proferenda remedia, quæ solers medicus ex tempore seliget.

Balsamum authorum ad paralysin.

Ex varijs causis varia curatio.

VERTIGINIS CVRATIO.

CAPVT IX.

QVI vapor in Cerebro est cæcæ vertiginis author
Turbidus, à calido si gignitur, eluе blando
Clysmate materiam, quæ clausa reconditur aluo.
Incide & venam mediam, si vasa cruore
Plena tument, venasque dein sub vtráque micantes
Aure, calens humeris, tibijsque cucurbita fixa
Proderit, oxyrhodóque vnctum caput, atque rosarum,
Granatique liquor mali commixtus aceto,
Coctus & in dulci, quem canna dat Indica succo.
Quo lympham condire licet: quæ sola bibetur,
Non perfusa mero. Nocet hic Bacchusque, Venusque.
Attamen à crudo vertigo vbi nata, lyæus
Et senior, fumóque carens benè cedet in vsum,
Sit modò cum Nymphis. Bulbus, faba, lensque, cicerque,

Vinum vetus coquendum eruditatibus vtile, quod tamen in vertigine

Quique cibi flatus pariunt, niſi iungis aniſum,
Hyſſopum, marathrumve, nocent. Cibus ille paretur,
Qui ſiccus, ſuccique boni eſt, velut aſſa columba,
Gallina & perdix. Pilulis purgare Cerebrum
His quæ phlegma cient bilemque perutile, & vna
Exonerare grauem ſtomachum, qui ſæpe vapore
Elato ſit cauſa mali. Quare ille tabellis
Firmandus Rhodijs, quas olim condidit Abbas.
Abſynthóque in aqua cocto, rubeóque fouendus
Auſteróque mero, quibus addere ſantala poſſis.

lympha dilui debet, ne fumus oppleat Cerebrum.

Tabellæ diarrhod.

Fotus.

COMMENTARIVS.

Quid Vertigo.

VERTIGO, ſpirituum eſt in anterioribus Cerebri ſinibus turbulenta commotio. Quos quicquid gignit, aut genitos excitat, externum internumve ſit, cauſa vertiginis habendum eſt, quam ſequentibus tollemus. Si rotæ, trochive motus in orbem, aut aquarum, aliorumve ſimilis impetus Cerebrum oborta caligine commouet, nec rotam, nec trocho ludat, nec vndam ſpectet, quiſquis his offenſus Scotomate prehenditur. Si caliðus in Cerebro vapor à venis arteriſque ſuſcitatus, eundem affectum parit, venæ ſectione primùm è Cephalica: dein è vena frontis & arteria temporum plenitudo, calorq;, præmiſſo clyſtere, dematur, admoueaturque pyroticum occipiti, quod inion appellant. Si partium inferiorum vitio naſcitur, & per inediam, humoribus acrioribus redditis & exagitatis, tenuis in Cerebrum vapor aſcenderit, cibandum. Si craſſus humor, ab obſtructione, vel imbecilla coctione flatulentum ſpiritum excitarit, ℞. maſſ. interior. pilul. de hyera ſimplici ʒj. pilul. de agaric. ʒß. cum ſyrup. capill. ven. fiant pilul. ſ. molles. Si coniectura eſt regurgitantis ab hepate & meſenterio bilis, ℞. maſſ. pilul. aurear. & è rhubarbarb. an. ſcrup. 2. Subigantur ſimul in aqua cichor. fiantque pilulæ quinque, vorandæ veſperi. Ventriculum Iecurque roborant hæ tabellæ. ℞. ſpecier. elect. diarrhod. & aromat. roſar. an. ʒß. pulu. trium ſantal. corall. rubr. an. ſcrup. 1. Cum ſaccharo diſſoluto in aqua roſar. & abſynth. fiant tabellæ pond. ʒij. Sumantur quotidie duæ: vna manè, altera veſperi.

Vertiginis curatio, pro cauſarum varietate.

Pilulæ.

Tabellæ.

EPILEPSIÆ CVRATIO.

CAPVT X.

CVM premit herculei vehemens accessio morbi,
Sit caput erectum; tremuli infera membra Caduci
Asperiore frica panno, manibusque, vel arte
Diducas dentes, & aperto viribus ore
Theriacam succo rutæ miscere memento.
Quo penna imbuta linguam, tenerumque palatum
Tangito: castoreum vel in oxymelite solutum
Scillitico indè gulæ: suffitum benque zoino,
Et nigra pice fac: oleumque imponito penna
In fauces, vomitumque cie. Nasalia constent
Elleboro nigro & pyrethro. Purgabitur autem
Ex hyeris corpus, & ijs, quæ phlegma deorsùm
Præcipitare solent. Sinuato in poplite vena,
Malleolo ve tumens, aut Saluatella secanda,
Sollicitanda vel est hæmorrhois, occipitique
Figendus cauter, scapulisque cucurbita, cæsa
Vt cute deindè trahas flamma populante cruorem.
Viribus occultis dat opem cum semine radix
Pæoniæ, viscum quernum, humanumque Cerebrum
Quod tegit os, leporumque coagula, Corque lupinum,
Vulturis ac talpæ, milui Jecur, atque Cerebrum
Vulpis, hyrundinis & pullorum in ventre lapillus
Inuentus, testes Apri, Gallique salacis:
Coralium, Cerui cornu, pernicis & Alces
Vngula, cornu etiam tardè gradientis Aselli.
Puluere quæ dentur cum sacchare, vel mithridatis
Antidoto, vel conserua quæ dicitur anthos:
Cinnamea vel aqua, vel aqua cum theriacali,

Epilepsiam curandi modus.

Suffitus.

Errhina.

Vena sectio.

Hæmorrhoidum apertio.

Cauterium.

Cucurbitulæ cum scarificatu.

Occulta vi Epilepsiæ cõferentia.

Vel quæ Guaiaci est, Chynæ, vel Sarsaparillæ.
Fert & in hoc caro mustellæ solatia morbo.
Nec fas lactantes illis vexare puellos,
Quæ fortes agitare solent. Sed Iaspide collum
Cingatur, vel pæonia, viridive Smaragdo.
Non venerem nôrit nutrix, neque munera bacchi,
Sed vel aqua sola, vel quæ cum melle paratur
Viuat, & euchymis dapibus. Cibus optimus hic est
In morbo, quisquis tenuis siccusque Caduco.

Modus curãdi pueros Epilepsia torqueri solitos.

Victus genus.

COMMENTARIVS.

Epilepticus paroxismus. horrorum plenus.

1 IN Epileptico paroxysmo, qui vehemens esse solet, plenusque terroris, hæc afferenda sunt, quæ primis versibus attigimus. Deindè pituita, quæ communis est materia, præsertim vbi primarius affectus est, his, aut similibus repurganda. ℞. radic. ireos, & pæoniæ maris an. ʒij. fol. Hyssop. capill. ven. beton. melisſ. an. mi. flor. calendul. anth. & stæchad. an P 1. semin. fænic. ʒj. fol. senn. mundat. vnc. semis. fiat decoct. In colat. infunde agaric. trochisc. scrup. 4. aut ʒij. cum scrup. 1. nuc. moschat. In expressione dissolue elect. diacarth. ʒij. syrup. estæchade ℥j. fiat dosis. Vel, ℞. radic. angelic. pæon. maris, enulæ campan. galang. crass. polypod. quern. an. ʒiij. fol. beton. chamærd. chamæpith. hyssop. thymi, puleg. visci quern. an. Mi. semin. cartham. fænic. liquirit. passul. mundat. an. ʒij. fiat decoct. In Colat. infunde turbith gum. nosi, & fol. senn. mundat. an. ℈ß, agaric. trochisc. ʒiij, zingib. gran. sex, cinnam. scrup. 1. In expressione dissolue syrup. laxat. rosar. ℥ij. fiat apozema pro duabus dosibus. Sæpiùs in hoc affectu cacochymiæ iuncta plethora est, ideóque vacuandum aperta basilica, cephalica, vena frontis: dein Saluatella, malleolique vena quo maior à Cerebro reuulsio fiat. E quo materiam auertent humeris admotæ cucurbitulæ, fixum in inio pyroticum, apophlegmatismi, quæque pituitam è natibus trahunt, errhina, seu nasalia dicta, de quibus actum, capite de Cephalææ curatione. Coquent phlegma reliquum oxymel simplex, compositum, scylliticum, syrupus rosarum siccarum & stæchados, cum aquis hyssopi, melissæ betonicæ, calendulæ per plures dies, hac iulepi formula. ℞. aqu. hyssopi beton. melisſ. an. vncias duas. syrup. de hyssop. & oxymelit. simplic. an. vnc. vnam. misceantur, & fiat iulep. in duas doses. Robur addent sequentes opiatæ. ℞. conserv. rosar. anth. buglos. borrag. an. vnc. 1. pulueris radic. pæoniæ maris, cranij human. an. drach. duas. rasur. cornuceru. coral. confect. alkermes an. drach. 1. specier. elect. è gemm. drach. semis. Cum symp. de hyssopo fiat opiata. Vel, ℞. specier. elect. aromatic. rosat.

Epilepticus paroxismus.

Medicamenta purgãtia.

Apozema laxatiuum.

Phlebotomiæ varia.

Pituitam coquentia.

Iulepus.

Opiata.

& lætific. Galen. an. ʒß. semin. pæon. mar. viſci quern. cranij human. corall. rubr. an. ſcrup. 1. raſur. coruuc. vngul. alces an. ſcrup. ß. Cum ſaccharo diſſoluto in aqua hyſſopi fiant tabellæ pond. drach. vnius. Sumantur duæ quotidie: vna manè, altera veſperi. Ligni ſancti, ſeu guaiaci, Sarzaparillæ, Chynæque decoctum in hoc affectu perutile, quia calfacit, tenuat, & ferinam humoris noxij qualitatem emendat. Victus autem hic ratio debet eſſe tenuis, calfaciens & ſiccans, & ſic aſſa quam elixa magis conferunt. Pueros autem imprimis torquet epilepticus affectus; qui maioribus remedijs laceſſendi non ſunt. Coralium, aut Smaragdum, aut Pæoniam collo geſtent, lac optimum guſtent è nutrice boni habitus. Aut ſi non lactant, cibis cuchymis & paucis alantur: quoniam hoc vitium vt plurimùm à cibi copia naſcitur. Sanat autem interdum eos ætas prouectior, vt loci victuſque mutatio ex Hippocrat. aphor. 45. lib. 2. aphor. Videndum autem an ſenſus obiecto repentino & inſigni, vt tubarum clangore, ſtrepitu, terrore, cauſiſque ſimilibus, quod infantibus interdùm accidit, Epilepſia naſcatur: an ab acri, tenuique vapore. Quod contigiſſe ventriculi ſympathia meminit Galenus cuidam grammatico: qui quoties vehementius docebat, vel cogitabat, vel eſuriebat, vel irascebatur fiebat epilepticus. Quem oblato pane in vino albo madente, propinatoque bis aut ter exhyera piera medicamine, ſic hominem erexiſſe gloriatur, vt reliquum vitæ cum integra ſanitate decurrerit.

Decoctum Guaiacinũ & huic ſimilium cur hic vtile.

Pueris morbi curatio.

Galen. lib 5. de loc. affect. cap 1.

INCVBI CVRATIO.

CAPVT XI.

Incubum curandi modus.

INCVBVS *vt ceſſet, tenebras lux diſſipet, ægrum*
Accurrens medicus quatiat, releuetque ſopore:
Contrahat & digitos, & in vnum cogat aceruum.
Clymate fumoſos reuocet, pellatque deorſùm
Qui claudunt cerebrique vias, Cordiſque vapores.
Si plenum corpus, dubitet ne tundere venam.
Tùm pilulis hyeræ purget, cyanique lapilli,
His & quæ gratæ ſtomacho. Nec agaricus albens,
Hyſſopi & marathri tepida maceratus in vnda
Cum ſenna noceat. Quæ deſcripta errhina proſunt,

Vena quando ſecanda.

Cathartica.

Et quæ decliui deducunt phlegma palato. *Apophlegmatiſmi.*
Cruribus atque humeris admota cucurbitâ: puluis
A paſtu è gemmis, coriandro, coralióque
Purpureo, rubeiſque roſis, cum ſemine nigro
Pæoniæ. Niueo moueantur pectine crines.
Victus ab eupeptis dapibus, mulſáque petatur, *Victus ratio.*
Et vino tenui, breuis eſto cæna, nec illis
Iuncta cibis, ſoleant nebulis quæ opplere Cerebrum.

COMMENTARIVS.

IN Incubo, quem Ephialtem, & Pnigalion etiam dici lib. 2. retulimus, hic ordo tenendus eſt, quem noſtris verſibus ſequimur, Nimirum vt ſtatim ad ægrum lumen afferatur, quo craſſæ, nigræque nebulæ, quæ terroris & imaginationis offenſæ cauſæ ſunt, diſſipentur & euaneſcant. Iniiciatur clyſter, qui pituitam reuellat. Tùm venæ ſectione plenitudo minuatur. Purgetur corpus idoneis catharticis, apophlegmatiſmis, & errhinis Cerebrum. ℞. decret. carminat. lib. 1. hyer. ſimpl. bened. laxat. an. ℥ß. mell. mercur. & ol. commun. an. ℥ij. ſalis ℥i. miſce. fiat clyſter. Secabitur baſilica primùm, hinc cephalica: tùm ſaphæna, maximè ſi ſuppreſſi menſes, aut ſolita non fluit hæmorrhois, aut ſolennis aliqua deeſt vacuatio. Cautiùs tamen in materia frigida mittendus ſanguis. Cathartici talis erit formula. ℞. cathol. duplic. ℥ißß confect. hamech. ℥ij. Infundantur in aqua beton. In colatura diſſolue ſyrup. Saporis regis ℥j. ſyrup. laxat. roſar. cum agaric. ℥ß. fiat potio. Commendat Ætius cum Dioſcoride Paulóque pæoniæ nigræ grana quindecim, quæ cum vino lympha diluto, vel aqua meliſſæ ſumi poterunt. Cæna paſca ſit, ex aſſis potiùs quàm elixis. Conqueſtus eſt apud me quondam barbitonſor chyrurgus, ab aliquot annis viduus, quod plerumque nocturnis horis ſentiret ſibi defunctam coniugem incumbere ſenſim, eiuſque mole frigida penè ſuffocari. Quod exiſtimans à craſſo nigróque vapore, quem ex diuturno mærore contraxerat, aut è putris ſeminis exhalatione contingere, ſecundas ſuaſi nuptias: quibus contractis, ſe ille ſenſit ab Ephialte liberatum.

Quia nocturnus hic affectus eſt, lumen efflogitat.
Clyſter.
Venæ ſectio.
Potio purgans.
Hyſtoria barbitonſoris chirurgi.

MELANCHOLIÆ CVRATIO.

CAPVT XII.

QVVM niger in Cerebro ſedem ſibi legerit humor,
Clyſter. Purgatio lenis. Hunc reuoca clyſtere, vel hoc medicamine blando,
Quod lenitiuum tibi det, vel ſenna, ſerumque,
Incoctis malis, quæ pendula curta vocantur,
Semine cum marathri & citri, linguaque bouilla.
Vena ſectio. Deindè ſeca venam capitis, mediam-ve, vel illam
Quæ cubiti eſt primo, ſecur eſt ſi prima, Lienve
Cauſa mali. Sin lunaris purgatio ceſſans,
Eſt è malleolo cruor effundendus aperto.
Si nequis hinc ſedare malum, grauiore catharſi
Purgatio validior. Eſt opus ex hyeris, vel ea quæ dicitur hamech:
Aut Diapruno: aut hæc ſi non ſatis, elleboriſmo.
Cautius inda dabis, ſed habent catapotia vires
Inſignes ex Armenio, cyanóque lapillo.
Pilulæ de fumaria. Hæc etiam, quibus herba dedit fumaria nomen.
Tundendæ capitis venæ, ſopor arte parandus
E violis, & lactuca, cum nenupharinis
Floribus. In tepida corpus benè mergitur vnda.
Corque quod exhilarat benè ſumitur, vt quod habetur
E gemmis, Chermes confectio, Theriaceque,
Bugloſſi vel aqua, vel odoro pota lyæo.
Sanus erit victus vituli caro, capreolique:
Vt caro pullorum, quibus eſt fœcunda coloni
Area, & alba Ceres, aqua dulci iuncta falerno.

COM-

COMMENTARIVS.

QVIA Melancholiæ causa frigidus & siccus humor est, humectantibus in eam agendum. Ideoque iusculis aletur æger è capis, pullis gallinaceis, hædulis, veruecibus lactantibus, vitulis, phasianis elixis, & alteratis lactuca, portulaca, bugloſſo, borragine, non assis, nec frixis. Bibet hydrosaccharum, seu bochetum, aut tenue vinum aqua dilutum. In humido lætoque versabitur aere, gratisque fouebitur odoribus, è floribus, maximéque violarum. Hauriet vaporem decoctiæ althææ, maluæ, violarum, florum chamæmeli, salicum, lactucæ. Syrupum è nymphæa, papauere, violis à cæna sumet, vt concilietur somnus, vincensque in Cerebro siccitas temperetur. Purgatio frequens è Cassia, manna, senna quoque, sed emendata bugloſſo, borragine, lupulo, lactuca, floribus violarum & nenupharis. In affectu contumaci progressus fiet ad fortiora remedia, nempè pilulas Indas, è fumaria, lapide armeno, & cyanæo, seu Lazuli, confectionem hamech, & elleborismum: sed sensim & cautè, ne talia siccitate sua morbum exasperent. Hoc ideo modò describetur potio. ℞. radic. polypod. quern. ʒiij. fol. beton. lactuc. portulac. summit. bugloſſ. borrag. an. M1. cortic. ellebor. nigri, semin. anis. fœnic. an. scrup. 2. fol. senn. vnc. semis. flor. Viol. nenuph. an. P. 1. fiat decoctio in sero lactis. In colat. dissolue cathol. duplic. infusi & colati, & syrup. Saporis regis an. vnc. 1. fiat dosis. Vel, ℞. confect. Hamech ʒij. diaprun. solut. scrup. 4. elect. leuit. ʒvj. Cum aqua meliss. fiat potio. Vel ℞. mass. pilul. è fumar. & pilul. Indar. an. scrup. 2. Cum aqu. beton. fiant pilul. 5. deglutiendæ vesperi. Vel ℞. pilul. sine quibus, & pilul. de lapide armeno an. ʒß. Cum aqu. lactuc. fingantur pilul. tres, à somno vorandæ. Vena primis diebus aperiri debet satis copioſè, si ruber est vultus, plethorica dispositio. Sin oculi caui sunt, horrida, nigraque facies, pulsus paruus & rarus, exiles venæ, temperandum ab hoc remedio, minúsque cruoris effundendum. Frequenti autem vtendum balneo, quo cutis aspera siccaque fiat mollior, humectentur interiora, quæque latitant excrementa fuliginosa, perspirabili cute foras abeant atque vanescant. Obseruandum autem in melancholia morbo si mulieribus, suppressi menses, aut viris hæmorrhoides, vt arte prouocentur, Melancholicis enim si varices aut hæmorrhoides superueniant, sanatio ex Hippoc. Aph. 25. lib. 6.

Victus genus in melancholiæ morbo.

Melancholia

Purgationes blandæ.

Fortiora remedia.

Potiò purgãt, mediæ naturæ.

Pilulæ melenagogæ.

Quandò hic secãda vena.

Vtilitas balnei.

MANIÆ CVRATIO.

CAPVT XIII.

Vena sectio.

FERVIDVS interdũ sanguis caput occupat, humor
Aut niger, aut flauus nimijs ardoribus assus,
Vndè furor. Quo ne pereat mens obruta tandem,
Sanguinis in nimio feruore à clysmate primùm
Purgatio. Incipe: tùm mediam, capitis dein cædito venam.
Cumque sero lactis, cum lactuca, tamarindis,
Et manna, sennaque ferus facito exeat humor.
Syrup. violac. è succo borrag. é cichor. fumaria. Sed bilis quæcumque mouet damnosa furorem,
Sacchareo è violis, atque è borragine succo,
Hoc & quem dederint fumaria, & intyba cedit.
Si tamen ista minùs possunt, data Cassia confert,
Sennaque cum lupulis, & eo medicamine, pruna
Quod capit, adiuncto, quem dat rosa pallida succo.
Balneum frequens. Rariùs irriguæ renouetur apertio venæ.
Sæpiùs at corpus tepidis mollescat in vndis.
Vna melancholiæ lex victus atque furoris.
Ni quod in hoc debet minor esse, aut nullus Iacchi,
Sed pitisanæ potus, vel aquæ cum sacchare coctæ.

COMMENTARIVS.

Melancholia primaria triplex. 1 MELANCHOLIAM primariam, quæ mentis est alienatio, seu delirium sine febre, triplicem antè notauimus. Nempè Melancholiam morbum, Lycanthropiam, Maniam. In quibus ferocissima Mania, de qua nunc agimus. Qua quisquis implicitus tenetur, videtur interdum sano similis, prudens ac sciens. Eum tamen adire medicus non debet, nisi prouidè cauteque, ne repentino insiliente furore vim eius experiatur, quem antè videbat mitem & placidum. Vnius inter cæteros à me visos in vico Diui Dionysij memini, qui sibi diuinos honores per me sibi tribui volenti quùm minùs assurgerem, apprehensa toga, mihi vim inferre voluit: & colaphum impegisset, nisi validis ma-

Maniacorum hystoria.

nibus eum à conatu desistere coegissem. Nec mirum, si Maniacus in quosuis, etiam notos & propinquos insurgit, quùm interdùm etiam in se sæuiat. Decumbebat olim in ponte nummulariorum honesta mulier, aurifabri coniux furore percita: quæ nobis huic astantibus futurum aiebat, vt se Sequanæ fluuio præcipitem daret. Monuimus virum, vt fenestras incumbentes flumini ferro clauderet. Nobis inauditis, fenestrisque patentibus deiecit se, fuitque fluminis obruta vorticibus. Quùm itaque mania ferus affectus sit, vt antè signauimus, blandis remedijs temperandus atque mulcendus, qualia sunt è purgantibus Cassia, in sero lactis: manna in iure pulli dissoluta: diaprunum, electuarium lenitiuum, syrupus Saporis regis: elleborus vix vnquam, & si præparatus in iure pingui, datusque cum syrupo violaceo, nenupharino, reliquisque vim eius retundentibus. Vtilis venæ sectio basilicæ, cæphalicæ, saluatellæ, cibus ac potus refrigerans & humectans, frequensque balneum, quod corporis meatus reserans fuliginem arceat: vt arcebit aqua tepida Capiti superaffusa. Per hanc enim transpirabit, digeretur, dissipaturque calidus ac siccus, siue bilioſus humor in Cerebro maniam inferens. Sed à calido, seu tepido fotu linendum subindè caput est oxyrhodino, quo refrigeretur, roboretutque Cerebrum. Conferet vt in Melancholia syrupus de pomis, de fumaria, de nenuphare, de violis & è papauere, cum aquis endiu. buglossi, fumar. lupulorum. Vinciendi verò maniaci, tùm vt lædere desinant, sibique temperent, monenturque, quùm in lucidis interuallis erunt, sui furoris: tùm vt vinculorum dolore materia noxia reuellatur à Cerebro, inque dolorificas partes abeat, atque transferatur.

Huius operis lib. 2. cap. 11.

Elleborus suspectus.

Vena sectio.

Balneum.

Lotio capitis.

Oxyrhodinũ.

Maniaci cur vinciendi.

CATARRHI CVRATIO.

CAPVT XIIII.

Catarrhi diuisio.

ASSOLITVS *genus humanũ vexare Catarrhus,*
Aut leuis, aut grauis est: gelidi penetrabilis idem,
Aut calidi soboles. Quandò leuis & calidus, tùm
Claude rosas molli lino, capitisque foueto
Suturas, vnguen roseum cum nenupharino
Iunge oleo, quibus exiguum miscebis aceti,
Hisque lines frontem. Mensa pyra cocta secunda,
Mala cydonia, quodque arcet fumos coriandrum
In cœna, & roseum dabis atra in nocte liquorem.
Nec verò his solis calidumque, grauemque Catarrhum
Posse putes sanare. Sed est vbi multa saburra

Leuis Catarrhi curatio.

Quibus claudenda in Catarrho cœna.

Grauis Catarrhi curatio.

Humorum malè corpus habens, vacuare neceſſe eſt,
Effuſo primùm reſerata ſanguine vena, — vena ſectio.
Si plenum corpus: dein conueniente catharſi
Humores nocuos liquidam reuocare per aluum. — Purgatio.
Vt pilulis, fuluo nomen quibus extat ab auro,
Atque diapruno, nouit quod ſoluere ventrem.
Hocque, diagredium quod habet, ſuccumque roſarum.
Conferet hinc mollem demittere corpus in vndam.
Quæ ſi fortè minùs poſſunt, tenuiſque, vel acris
Fluxio continuam tuſſim facit, hæcque ſopore — Curatio tuſſis ab acri fluxione.
Priuat anhelantem crebris ſingultibus ægrum,
Aſperat & fauces, ſiſtet tragacantha, lutique
Armenij puluis, Turcæque notata ſigillo — Catarrhum ſiſtentia.
Terra, ſabæum thus, electrum, ſpicaque, vernix,
Caphura, quæque roſæ conſerua eſt ſicca, ſyrupus
Quem myrthillorum vocitant cum nenupharino,
Quique papauer habet, ſopor it quibus altus in artus,
Denſatur tenuis, miteſcit & acrior humor.
Frigidus at quandò eſt, leuioraque damna Catarrhus — Catarrhi frigidi curatio.
Immittit, milium ſatis eſt cum furfure macro
Et ſale. Contundes milium, ſalque, vſtaque in igne
Furfure cum frixo iunges: impletus ab illis
Sacculus, indetur capiti, & ſiccabit abundè.
Sin pituita grauat Cerebrum, ſubitamque ruinam
Parturit, hanc etiam pars ſuſtinet ima cadentem: — Purgantia ſuſtinentem & Cerebrum.
Aluus liberior citò ſit, medicamine ſumpto
Ex illis, quæ ſenna, & Agaricus, & Colocynthis,
Et Turbith capiunt. Hinc & naſalia dicta, — Errhina, & apophlegmatiſmi.
Et quæ deuexo deducunt phlegma palato,
Suffitus, cucuphaque citum reuocentur in vſum.
Brachia vincla premant cum cruribus, atque fricentur — Vincula, & frictiones extremarum partium.
Iſta loca offenſis quæ longè à partibus abſunt.

Cornicula in longo, & vesicatoria morbo,
Et seto, & rutila comitata cucurbita flamma,
Stygmáque quod linquit sua post vestigia cauter,
Sæpè solent dubiam reuocare admota salutem.
Fit propiorque salus victu tenuante. Tamen sint — *Victus genus in Catarrho.*
Prandia longa satis, sed nulla, aut paruula cæna.
Rara quoque in potu fumosi cura lyæi.
Nocturnus veniat somnus, procul esto diurnus.
Vtentur Phœbi radij, Phœbesque bicornis,
Æolijque vagum turbantes aëra venti.

COMMENTARIVS.

CATARRHVS caloris sine sit, an frigoris soboles, animaduertitur ex signis, quæ lib 2. cap. 12. dedimus. Sique caloris & plenitudinis signa comparent, ℞. fol. alth. malu. parietar. betæ, mercur. an. Mi. furfuris macri, hord. integr. an. Pi. fiat decoct. In colat. ad lib. 1. dissolue cathol. vnc. 1. semis. mell. & ol. commun. an. vnc. duas. salis ʒj. fiat clyster. Eo reiecto cibetur æger, paulòque post, si premitur, educatur è basilica dextra sanguis ad vncias nouem, si vir est: sin puer aut senex, minùs. Vtque vires ferre posse videbuntur, sequenti die. ℞. fol. lactuc. portul. cichor. tot. an. Mi. semin. fænic. coriandr. præpar. an. ʒi. liquirit. ras. ʒij. flor. viol. & nenuph. an. Pi. fol. senn. mundat. vnc. semis. fiat decoct. In colat. infunde rhei elect. ʒij. nuc. mosch. scrup. 1. In expressione dissolue syrup. solut. rosar. vnc. 1. mann. calabr. vnc. semis. Detur dosis manè. Si catarrhus indè non sedatur, nec est plenitudo sublata, Mediana, vel Cephalica secetur, hisque catapotijs corpus repurgetur. ℞ masst. interior. pilul aurearum ʒi. pilul. imperial ʒß. Cum aqua roster. formentur pilul. quinque molles, deglutiendæ vesperi vel à primo somno. Conserua rosarum quotidie dormituro dabitur, quantitate nucis iuglandis. Vel eius loco sequens Hypnoticum. ℞ syrup. nenuph. vnc. 1. syrup. papau. vnc. semis. Cum vnc. 3. ptisanæ fiat Iulep. Vel, ℞. semin. quatuor frigid. maior. mundat. papauer. alb. coriandr. præparat. an. ʒj. flor. trium cord. & nenuph. an Pi. Bulliant in aqua. & colentur ad vnc. 4. Dissolue iulep. rosac. & papauer. rhœad. an. ʒvj. fiat iulepus, sumendus hora somni. Si catarrhum à pituita, seróque frigido nasci conijcimus, ℞ fol. beton. melisf. summit. hyssopi an. Mi. semin. anis. fænic. coriandr. præparat. an. ʒj. turpeth. gummosi fol. & senn. mundat. an. vnc. 1. fiat decoctio: de cuius colatura cape lib. semis. In qua dissolue syrup. laxat. rosar. & iulep. rosac. an. vnc. vnam. fiat apozema pro duabus dosibus, quæ ma-

Catarrhi à calore & plenitudine curatio. *Clyster.* *Vena sectio* *Potio purgans.* *Iulepi somnum concilians.* *Curatio à Catarrho causa frigida.* *Apozema.*

Pilulæ. tutinis alternis hauriantur. Vel, ℥ cathol. duplic. ʒvj. elect. dicartham. ʒij. syrup. solut. rosar. cum agaric. vnc. 1. Cum aqu. beton. dilue pro dosi. Vel, ℥ mass. pilul. de agaric. scrup. duos pilul. cocc. & sine quibus an. scrup. 1. fiant pilul. quinque deglutiendæ vesperi. Sistetur tùm fluxio sequentibus. ℥. conserv. rosar. antiquæ vnc. 1. semin. anis. fænic. coriand. præparat. an. ʒj. pulu. elect. diair. & diatragacanth. frigid. an. ʒij. boli armen. terræ sigill. an ʒj. Cum saccharo rosato fiat conditum. Ex quo dentur cochlearia duo, vel tria dormituro. Suffitus fiet è mastiche, thure, styrace, benjoin, succino seu carabe, vernice, ligno aloes & rhodio, nuce moschata, macere, ambra, myrrha seorsim: vel hac formula, ℥ mastich. succin. vernicis, rosar. rubr. an. vnc. semis, styracis calamit. benjoin an. ʒiij. caryoph. nuc. moschat. mac. an. ʒj. Tritis omnibus fiat puluis ad suffitum. Contineatur ore, mandaturque saluia, nasturtium, pirethrum, vua passa, mastich, synapi, quibus è Cerebro pituitosus humor eliciatur. Ex ijsdem in aqua coctis in eum finem gargarisma parabitur, addito saccharo cando, vel glycirrhiza. Si contumax affectus, cucurbitulæ variis locis admouebuntur, vt & cornua, sero, pyroticum.

Potio.

Conditum.

Suffitus materia.

Suffitus forma.

Masticatoria.

Agenda in contumaci catarrho.

RHEVMATISMI CVRATIO.

CAPVT XV.

Clyster.

Venæ sectio.

Purgatio.

SI carnes subito dolor & calor igneus vrens
Rheuma dat, iniecto balano, clysmo ve per anum.
Fax abeat: cubiti dein vena secetur abundè,
Purgetur corpus proprio medicamine: nempè
Si liquor exuperet bilis, mannáque, Rheoque,
Pallentisque rosæ succo. Si phlegma redundat,
Albente hoc, regio quem mittit agaria fungo:
Et reliquis quibus assolita est pituita moueri.

Topica remedia.

Pars ea firmetur, vaga tum quam fluxio tentat,
Vt si forte genu, vario adstringente repelle.
Quale vel oxyrrhodum est, vel quod rosa donat oliuum,
Cum semperuiuo. Valet hordi iuncta farina,
Desiccans rubrum, quod & è calchitide constat.
Si dolor est vehemens, molli cataplasmate leni,

Quod mica panis niueo cum lacte paretur,
Butyro mixto, ẽZoique, roſæque liquore.
Stet ſuper oxycratum partem, quæ feſſa dolore eſt,
Siſtat vt vndantem, ſolitum deſcendere riuum.

Cataplaſma.

COMMENTARIVS.

Rheumatiſmus quid.

RHEVMATISMVS Catarrhi ſpecies eſt, fluxio nempè in partes potiſſimum externas irruens, robore viſcerum, & partium internarum, quod ſuperuacaneum eſt foras excludentium. Quia verò natura tùm imperfectè mouet, viget dolor, iniecto clyſtere ſanguis educendus pro viribus, ætate, conſtitutione temporis, magnitudine morbi, cæteriſque circunſtantijs à nobis expendi ſolitis. Sæpius verò cauſa ſerum eſt. Quod ſi bilioſum, ſumatur manna, caſſia, tùm ℥ elect. leuit. ʒvj. elect. de ſucco roſar. ʒij. ſyrup. roſar. pallid. ʒi Cum aqua cichor. fiat potio. Sin pituitoſum. ℥ cathol. duplicat. infuſ. in aqua beton. vnc. iß. cum ʒij. elect. diacartham. In expreſſione diſſolue ſyrup. laxat. roſarum cum agaric. vnc. i. fiat doſis, manè ſumenda. Protopicis hæc erunt quæ verſibus deſcripſimus. In ingenti verò dolore, ℥. lactis vaccini lib. ſemis. micæ panis vnc. ʒ. vitellos duorum ouor. aqu. ſtillat. ſolani, ſemperuiui roſar. an. vnc. duas. croci ſcrup. i. opij gran. quatuor, butyri quod ſufficit in cataplaſma, quod aptetur parti dolenti cum linteo. Sed in omni cauſa præſtantiſſimum oxycratũ. Diuturnus interdum hic affectus eſt, ægreque cedens: quem ferè per biennium expertus, diuina virgula ſuperaui tandem, adnittentibus illuſtriſſimis medicis, mihique chariſſimis Baſino ſeniore, Altino, Belliquerco, præceptore in humanioribus artibus olim meo, SanIacobæo, Seguino, Collerio: quorum conſilio partitis vicibus vncię ſanguinis plus centum detractæ, cholagoga ſæpius iterata è caſſia, manna, electuar. lenit. diapruno. Hypnotica in vigiliis ſummiſque doloribus: ad alendum lac aſininum, vaccinum, hordeatum, amygdalatum: euchyimi cibi, elixi potiùs quàm aſſi: gelatina frequens. Potus erat ſæpè ptiſana vulgaris: interdum aqua ſola, qua delectabar, ſolabarque: nonnumquam & cum ea vinit antillum. Balneum in declinatione profuit, in Catarrho & arthritide ſuſpectum. Morbus ab humeris in genuum Eryſiperas tranſiit, mihi ſoli ex dolore lancinante cognitum, quod ſeptimo menſe foras prominens, acerbitatem minuit, fuitque in eo verus Hippocratis Aphoriſmus, Eryſipelas extra ferri bonum.

Rheumatiſmi cauſa.

Varia cathartica.

Cataplaſma.

Quid actum in authore Rheumate.

OPHTALMIÆ CVRATIO.

CAPVT XVI.

Collirium.

SI tunica hæc oculi, quæ coniunctiua vocatur,
Igne rubet, succus plantaginis atque rosarum,
Spumeus & liquor oui, & lac muliebre dolorem
Auferet, instilles citò si, neque fluxio magna est.

Venæ sectio, præmisso clysmate.

Sin grauis, iniecto primum clystere, secanda
Regia quæ vena est, tum quæ mediana vocatur;
Denique quæ capitis nomen de nomine ducit.

Purgantia medicamenta. Catholicum.

Purgetur primum blando medicamine corpus,
Quale hoc est, lenitiuum quod iure vocamus,
Cassia, manna, Rheum, quod & omnia trudit in aluum,
Junge Diaprunum laxans, succumque rosarum,
Aut Diaphænicum, pariter si phlegma redundat,
Nec cedit primis Ophtalmia sæua diebus.

Pilulæ.

Vtere tùm pilulis, quibus auri nomen, & illis,
Quas alephanginas vocitant, quas lucis, & acris,
Seu pircæ pilulas hyeræ. Nec agaricus albens
Ex massa coniunctus eis, potus-ve nocebit,
Si nequis hinc tanti nodum dissoluere morbi,

Cucurbitularum, & sanguisugarum admotio.

Puniceo humeros accensa cucurbita reddat.
Vicinasque oculi partes exugat hirudo,

Venæ frontis apertio.

Vena-ve tundatur, media quæ in fronte videtur,
Temporibusque micans. Oculis collyria Rhasæ
Co[illegible]tulerint, fronti verò cataplasma, quod extet
F[illegible]yrrha cum thure, volatilis adde farinæ
Quo[illegible]libet, excipiasque albo tractabilis oui.
Si min[illegible]ùs ista queunt, cauteria syncipitique,

Occipitique

Occipitique aptata solent afferre salutem.
Balnea sunt primis morbi malè tuta diebus, *Balnea.*
Quæ tamen effrænos cohibent in fine dolores.

COMMENTARIVS.

QVVM Ophtalmia sit oculi phlegmone, sanguis influens auertendus sectione venæ, cubiti primò, vel medianæ si magna plethora: deinde cephalicæ. Sique grauior & contumacior affectus est, vena puppis incidenda, venæve temporum: vel arteriotomiæ loco sanguisugæ sunt admouendæ. Purgandum corpus initio clystere, tùm Cassia, Manna, Rheo, Diapruno, reliquisque, quæ facili versu promimus. Repellendum astringentibus, vt bolo armena, terra lemnia, farina volatili, cum aqua plantag. solan. rosar. & albumin. ouor. admotis fronti cum aceto, si fluxio sit per venas & arterias extrà cranium, vt sæpe fit, quùm adnata tunica, quæ phlegmonem in Ophtalmia patitur, ortum habeat à Pericranio. Alioquin si per venas intrà cranium materia flueret, quod ex interno dolore capitis, & sternutatione frequenti colligendum, non esset repellendum, ne ferretur humor in neruos opticos, vndè consequi posset Amaurosis, aut huic affinis affectus. Sit igitur hoc anacollema, seu frontale. ℞. farinæ volat. vnc. 2. bolí armen. vnc. 1. aqu. rosar. & solan. an. vnc. 2. cum duobus album. ouor. fiat frontale. Vel, ℞. desiccant. rubr. & vnguent. rosac. an. vnc. 1. cum oxythod. fiat emplastrum molle pro frontali. Vel ℞. muccag. semin. cydon. & psill. extract. in aqu. rosar. & solan. vnc. 4. caphur. gran. sex, vel opij gran. duo. Vel, ℞. aqu. stillat. rosar. & plantag. an. vnc. 2. collyr. alb. Rhas. ʒij. cum oui albumine simulagitentur in collyrium. Lac mulieris anodynum est, vt pomum coctum sub cineribus, & forma cataplasmatis admotum, vel solum, vel cum lacte tritum. Vacuato corpore balneum vtile. Quo si non lenitur dolor, ad pyroticum accurre. Victus ratio sit tenuis ac refrigerans. Interdicatur vino primis diebus. Degat æger in obscuro, quia lux humores commouet, spiritusque resoluit. Somno pariter indulgeat, qui concoquit humores acres, motuque priuat oculos. Animi denique vitet affectus, quibus agitati spiritus accenduntur.

Ophtalmia, oculi phlegmone.
Vena sectio multiplex.
Fluxio in Ophtalmia vel interna, vel externa.
Anacollema, seu frontale.
Collyrium.
Lac mulieris anodynum, vt omne lac.

SVFFVSIONIS, SEV CATARRHACTÆ Curatio.

CAPVT XVII.

CONSENSV *Stomachi suffusio nata, leuatur* *Suffusionis ex consensu stomachi curatio.*
His pilulis, hyeræ quas dicimus. Altera verò
Quæ vitio est Cerebri, si qua medicabilis arte,

Coccia, quæque mouent catapotia phlegma, ſerumque
Flagitat, adiecto rutæ, marathrive liquore.
Collyria. *E ſucco Chelidoniaco cum melle parentur,*
Felle capræ, agnorum, gallinarumve, ſuumve,
Accipitriſve, aut felle gruis Collyria. Mellis
Aquæ ſtillatitiæ pro catarrhactis. *Diſtillata potens aqua ſola, è melle roſato*
Seu fiat, ſeu communi. Vis maior in illa
Quæ Scyllam recipit. Sagapenum ritè probatur
Hac in aqua, aut pueri lotio, marathrove ſolutum.
Balſamaque, & puluis Sepiæ contuſus ab oſſe,
Varia remedia. *Saccharis & candi. Capitis ſit frictio crebra,*
Vincla premant extrema, cucurbitaque admoueatur
Ceruici primò leuis: indè cruore profuſo.
Stentque coronali ſuturæ cauſtica nigra.
Si concreta manet nubes, neque tempore cedit,
Hanc oculiſta manu, vacuato corpore demat.

COMMENTARIVS.

QVID Hypochyſis & Hypochyma, ſeu Suffuſio, quotuplex, quænam eius cauſæ ſignaque: quis eius locus, quæ curabilis aut non, *Lib. 2. cap. 16.* ante nouimus. Nunc eam quæ curari poteſt attingimus. Quæ ſi ventriculi ſympathia fit, prouocetur vomitus. At melior ex hyera picra repetita purgatio, quæ crudos humores concoquat & expurget. Vel, ℞. *Maſſa pilularum.* maſſ. pilul. de agatic. ʒß. pilul. cocc. lucis, & ſine quibus an. ʒii. puluer. hyeræ picræ, ſeu ſimplic. & thei elect. an. ʒi. nuc. moſchat. ʒß. Cum ſucco fœnic. & euphraſ. fingatur maſſa mollis. E qua cape ℈iiij. formenturque pilulæ quinque, quæ quarto quoque ferè die deglutiantur. Hic verò variam collyriorum materiam tradimus, quæ ex ægri ſenſu, morbique ſtatu variabitur. Et quoniam oculus corporis eſt pars nobilis, cui- *Collyria varia.* us ſenſus eximius, à collyrijs leuioribus auſpicandum & ſenſim ad acriora tranſeundum. Vt, ℞. ſuccor. euphraſ. & fœnic. an. vnc. 2. ſuccor. verben. & pimpinnell. depurat. an. vnc. 1. ſacchat. cand. pulu. vnc. ſemis. *Aquæ ſtillatitiæ mellis communis, roſati, ſcyllitici pro Catarrhactis.* Vel, ℞. aqu. ſtillat. rutæ, chelidon. fœnic. an. vnc. 1. aqu. mell. roſat. vnc. ſemis. Vel, ℞. aqu. ſtillat. mell. ſcyllit. & euphraſ. an. vnc. 1. fellis agni, capræ, vel gallinæ ʒj. puluer. oſſis Sepiæ ʒß. Miſce pro collyrio. Aqua mellis communis, roſati, ſcyllitici commmendatur: ſed poſtrema virium maiorum eſt: reliquæ blandiores. Pueris lactantibus ſuffuſſione laborantibus nutrix premat dentibus fœniculi ſemen: vel ſagapenum,

ammoniacum, galbanum, quod eorum oculis insufflet & inspiret. Quia verò crassior humor est morbi causa, victus ratio sit tenuans, imprimisque cœna parcior. Vitetur vinum & fumosa. Vel si vini permittitur vsus, sit id tenue, vetus, paucum, aqua multa dilutum. *Victus genus.*

AMAVROSIS, SEV GVTTÆ SERENÆ Curatio.

CAPVT XVIII.

PILVLA fulgente quibus priuatio visus,
Aut hebes est acies, si nerui obstructio tanti
Causa mali, citò ne accurrat nouus humor ad illum,
His quæ dicuntur catapotia coccia, prægnans *Pilula ad Amaurosig.*
Expurga Cerebrum, vel eis quæ lucis habentur.
Deinde cucurbitulas humeris affige, sub aure *Cucurbitulæ.*
Caustica. Manduntur benè pullegiumque, thymumque. *Cauteria.*
Pulus & elleborii in nares, pyrethrique probatur *Masticatoria.*
Inditus: admoto Cerebrum firmare cucullo *Errhina.*
Vtile, perque cutis sudores ire meatus, *Cucullus, seu Cucusa, pileus est intersutus pro capite.*
Siue vapori feris thermis, hausto ve liquore
Guaiaci ligni, Chynæ, vel Sarsaparillæ.
Fertur aqua cæcus visum reparasse sequenti.
Pimpinella, apium, marathrum, verbena, chamædris,
Saluia, gallinæ morsus, chelidonia, ruta, *Nobilis ad visum aquæ descriptio ex Hollerio.*
Dicta quoque à centum nodis, caryoque philata
Sumantur, cuiusque herbæ sit vt vncia succi,
Par pondus caryophillûm, niueæque farinæ
Quæ volat. Adde piper cum moschata nuce, lignum
Quod dicunt aloes, tres drachmas singula donent.
Omniaque in pueri lotio mergantur: at vt sit
Maluatici vini pars sexta. Repone vitrato
Vase, quod obtura. Quùm venerit hora soporis,
Instilles oculis vnam guttamve, duasve.
Somnus obest nimius, ratio & nimis humida victus.

Victus genus. *Præfertur cibus assus, & vnda è melle, merumvè*
Immixtum tenuanti herbæ, cui Euphrasia nomen.

COMMENTARIVS.

Difficultas Amaurosim curandi. AMAVROSIS quæ ab optici nerui nascitur obstructione sanari nequit, si pridem est contracta: quia qui neruum opticum occupat humor, diuturnitate crassescit, & ita cogitur, vt resolui non possit. Si recens, vix etiam curabilis, quoniam eò remedia non pertingunt. Si tamen aliquis curationi locus, in his consistit quæ sequũtur: nempè pilulis lucis, coccijs, alephanginis, ex Agarico sæpe repetitis, cucurbitulis cum scarificatu, Pyroticis sub auribus, & ad posticam capitis partem, errhinis, apophlegmatismis, cucuphis, thermis seu laconico, potionibus hydroticis: distillatis etiam aquis oculis admotis è fæniculo, verbena, rosis, chelidonia, ruta: vel è Pica vsta, cum aqua marathri seu fæniculi, vel aqua rosarum, euphrasiæ, mellis cum felle piscium, quod clementissimum, gallinæ, capræ, suis, accipitris, & aliorum animalium, de quibus capite de Suffusione. Quùm autem felleum quid in oculum instillatur, præsens esse debet medicus, vt si dolor & acrimonia nimis ægrum affligit, eum aqua rosarum, oui albumine, lacteque temperet. Memini verò me homini, cui per quatuor dies fuerat adempta lux, restituisse visum in vico mõtis Martyrum, clysteribus acriter reuellentibus, venæ sectione, cathartics bilem pituitamque ducentibus, cucurbitulis cum multa flamma humeris affixis, admotoque ceruici pyrotico: qui recidiuam subindè passus non est.

Remedia.

Aduertendũ.

Hystoria viri, cui restitutus est visus.

QVÆ ROBORANT OCVLOS, eisque proprietate conferunt.

CAPVT XIX.



ÆPE leui causa languet, quia mollis ocellus,
Et genus omne mali patitur. Sed roborat illum
Herba potens marathrũ, chelidonia, ruta, calẽdis
Quæ floret, primasque tenens Euphrasia. Cõfert
Felque fecurque capræ, fel Perdicis, Gruis, atque
Viperei capitis cinis, & Pica vsta, Cerebrum
Nocte volantis auis, & hyrundinis. Addito Cancri
E collo gestandi oculum, felisque, lupique,
Cornicis, Picæ. Qui fibram perforat auris
Visum acuit. Qui Sapphyrum, claramque Smaragdum

Omne mali genus est morbus similaris, organicus, & communis.

Calendula.

Vespertilionum intellige.

Sæpè videt, dat opem fessis ac robur ocellis,
Cæruleo qui lætantur, viridique colore.
Vt sanantur, vbi liuent-ve rubent-ve, cruorem
Hos super instilles si Turturis, atque columbæ.

COMMENTARIVS.

CHELIDONIVM facultatis est detergentis & calidæ. Quare confert ijs, quibus crassum quid ac nebulosum in pupilla colligitur, id digerens atque discutiens, vt & fæniculum, ruta, calendula: in quibus præter exuperantem calorem & siccitatem, quibus attenuant, peculiaris etiam qualitas, seu proprietas occulta spectatur, qua oculis imprimis opitulantur. Sed chelidonij succus, quoniam acer est ac mordax, leni quodam, vt muliebri lacte mulcendus in collyrium. Notandumque lac omne, præsertimque muliebre verum anodynum esse: quod vsurpandum, quoties acerbissimus dolor incumbit oculis. Euphrasia verò miris celebratur laudibus, quod senum oculos iuueniles faciat, fuerintque nonnulli qui eius vsu visum amissum recuperarint: alij quùm nequirent sine ocularibus legere, reliquerunt hæc & per se legerunt, quùm Euphrasia sunt vsi. Paratur in hunc finem vinum euphrasiatum vindemiarum tempore, manipulis herbæ huius cum vino in dolium iniectis. Vel eius pulùis cum vino, vel oui vitello quotidie sumitur. Refert autem Euphrasiæ flos oculi speciem, tacitè natura vim eius in oculi morbos indicante.

Chelidonij vires, ac proprietates.

Lac omne, præcipuèque muliebre verum anodynum seu dolores leniens.

Euphrasiæ vires, & facultates.

Vinum euphrasiatum.

PHLEGMONES AVRIVM curatio.

CAPVT XX.

QONTINVA *cum febre dolor qui lancinat aurem*
Hoc grauior, propiorque trucis solet esse pericli,
Quo magis internus. Quare furibunda Phrenitis
Ne citò contingat, balano vel clysmate primum
Iniecto, semel atque iterum mediana secanda est,
Quæque caput spectat, consultis viribus ægri.
Venter & inferior sumpto medicamine molli
Laxandus, noua ne Cerebrum calida aura lacessat.
Pendeat ex humeris accensa cucurbita cæsis,

Ab aurium phlegmone phrenitis cõsortij lege quandòque fit.

Vena sectio.

Purgatio.

Cucurbitularum admotio.

Topica remedia.

Quæ retrahat nimium ſupera de ſede calorem.
Oxyrhodum primò tepidum mittatur in aurem,
Decoctæque roſæ vapor atque papaueris, ardor
Si ſummus, placidique deeſt præſentia ſomni.
Sacculus aut geminus, ſi vis ſedare dolorem,
Althæa maluáque tumens cum lacte coquatur,
Atque dolenti auri vicibus tepidè admoueatur.

Cataplaſma ſuppuratorium.

Si neque placatur dolor his, puſque eſſe neceſſe eſt,
Ex lini ac fænugręci cataplaſma farina
Fiat, hydrælæo poſito, velut Anſeris, atque
Gallinæ liquida pinguedine. Tergeat vlcus

Vlcus tergentia.

Hydromæli, vel mixtum mel cum lacte canino:
Abſynthique, roſarum ſiccarumque ſyrupus.
Myrrha nouam carnem generet cum thure Sabæo.
Sit cibus è ſolis liquidis, mera lympha bibatur.

COMMENTARIVS.

Sarcotica, ſeu carnem gignentia.

Vena ſectio.

Blanda cathartica.

Ad doloris auris acerbitatem remedia topica, Cur in auris phlegmone repercutientia.

IEvenis meningum Cerebri affluens in aurem ſanguis inflammationem parit: quæ ſubita remedia requirit, quia partis principis vicinia periculum includit, metum phrenitidis incutiens. Itaque clyſter indatur in anum, ab eoque reddito, reſtauratis exiguo cibo viribus baſilica primò ſecetur, hinc mediana, poſtremo Cephalica, ſi plethorici corporis ſigna comparent. Sin ſecùs, à mediana, vel cephalica ducatur exordium. Admoueantur humeris cucurbitulæ: ſed præcedat blanda purgatio. ℞. medull. caſſ. vnc. 1. ſemis. puluer. cinnam. ℈1. Cum ſaccharo fiant boli. Vel, ℞. mann. calabr. vnc. 2. quæ diluantur in iure pulli, alterati cum lactuca, portul. gingidio ſeu cærefolio, bugloſſo, borragine. Vel, ℞ fol. lactuc. portulac. cithor, totius an. Mi. flor. viol. & nenuph. an. Pi. fiat in aqua decoctio. In colatura cuius infunde, leuiterque coque fol. ſenn. mundat. vnc. ſemis, nuc. moſch. ſcrup. 1. Expreſſione facta diſſolue elect. lenitiui infuſ. & colati, & ſyrup. ſolut. roſar. an. vnc. 1. fiat doſis. Si dolor acer eſt, pungens ac lancinans, vndè delirij metus. ℞. oxyrhod. vnc. 1. aqu. ſtillat. roſa. & ſolan. an. vnc. ſem. Vel, ℞ mucillag. ſemin. cydon. & pſill. extractæ in aqu. plantag. & roſar. vnc. 4. Immergatur in his bombax ſeu goſſipium, aut linteum multiplex, ex quo expreſſus liquor immitatur in aurem dolẽtem. A repercutientibus metuendum, ne ex parte minùs nobili materia reiectetur in partem magis nobilem, quæ Cerebrum eſt. Sed tum ideò repellentibus vti

cogimur, vt phrenitidis aut mortis imminentis periculum ex doloris magnitudine vitemus. Quin & interdum his opij grana duo vel tria miscemus, vt eo narcotico sedato dolore minuamus incendium. Nec in talibus tamen diu morandum, sed his malactica miscenda sunt. ℥. oxythod. vnc. 1. butyr. recent. & pinguedinis Anseris, vel gallinæ an. vnc. sem. Vel in solis malacticis & pepticis insistendum, quibus suppuratione procurata desinat auris inflammatio. ℥. rad. alth. malu. lil. an. vnc. 1. semin. lini, fænugi. an. vnc. sem. flor. camomil. Pi. Impleantur his saculi duo, qui bulliant in aqua & lacte, vel hydrelæo, tum admoueantur alternatim auri dolenti tepidè. Solum interdum hydrelæum satis est, aut lac ab vbere mulctum. Vel, ℥. vnguent. basilic. vnc. 1. ol. chamæm. & amygdal. dulc. an. vnc. sem. Misce. Immittantur guttæ aliquot ex bombace in aurem dolentem. Pure facto detergendum ex hydromelite cum canino lacte, vel absynthij succo, vel syrupo rosarum siccarum. Obducenda denique cicatrix ex thuris & Myrrhæ suffitu: vel ijsdem in ænomolite coctis. Quæ describi possunt hoc modò. ℥ myrrhæ, thuris an. vnc. sem. Contundantur simul in puluerem crassiusculum, ex quo portio quædam proijciatur in prunas, eiusque fumus per emissarium, seu syphonem inferatur in aurem. ℥ oliban. vnc. sem. myrrh. ʒii. Sensim coquantur in ænomelite. Vapor in aurem per emissarium, seu canalem, (infundibulum vocant) excipiatur.

Reperientibus miscenda malactica, seu mollientia.

Suppurantia

Hydrelæum, compositio est ex aqua & oleo.

Detergentia.

Ænomeli, compositio ex vino & melle.

FLATVS, ET OBSTRVCTIONIS aurium curatio.

CAPVT XXI.

Surditatis causæ.

INTERDVM *aut pituita, aut flatus in aure dolorem*
Excitat, & surdos fieri contingit vtrinque.
Ergo vbi tinnitu premitur, grauitate vel auris,
Purgetur corpus pilulis hyeræue, vel indis,
Imperialibus, hisque, quibus dat Agaria nomen.
Allia dein, cepæque simul, porrique terantur
In succos, qui laurino, rutæue coquantur,
Castorei-ue oleo, aut quod amygdala fundit amara.
Cum bombace duæ vel tres solatia guttæ
Ferre solent, tepidè quando instillaueris auri.
Iunge merum vel aquæ vitæ: colocynthidos illi

Pilulæ ad flatus & obstructiones.

Ad flatus & obstructiones aurium topica.

Tantillum adijcias, euphorbi, caſtoreique,
Et per ſyphonem vapor excipiatur in aurem.
Errhina contulerint é ſampſuco, elleboroque.
Si minus iſta queunt, ligni decoctio ſancti
Suppetias dat, & emplaſtrum Vigo quod dedit olim,
Iuncto mercurio ceruici humeriſque locandum.
Mel valet in potu, quod vini ſpirat odorem,
Inque cibo niueus panis conditus aniſo:
Aſſatæ carnes, & in his turrita columba,
Syluestris gallus, gallináque, dædala Perdix,
Quique alit innumeros adipoſo corpore veruex.

Sternutatoria.

Victus genus.

COMMENTARIVS.

Aurium, auditusque vitia, horumque cauſæ.

DEPRAVATVS auditus ijs eſt, quibus aures tinniunt: minuitur ſurdaſtris, aboletur ſurdis. Cauſa eſt flatus in tinnitu: in ſurdaſtris & ſurdis craſſior materia, vias auris obſtruens. Hæc ſi pituita, repurgandum corpus eſt catapotijs ſine quibus, cocciis, exagarico: tùm allij, porri, cæpe ſuccus in aurem inſtillandus cum nuce moſchata: vel oleũ, in quo iſta bullierint: quæ valent etiam, ſi doloris aurium cauſa flatus eſt. Vt & oleum anethi, lauri caſtorei: quæque doloribus aurium proprietate conferunt oleum ſcorpionum & lumbricorum: quæ iuuare magis exiſtimantur, ſi in iis ſcarabæi, cochleæ, blattæ ferbuerint. Nec verò tantum à pituita meatus aurium obſtruitur, ſed etiam ab aliis cauſis, quibus oppponendum remedium. Vt ſi quid liquidum in aurem, ierit, vt aqua, vinum, acetum, extrahatur per ſyringam, aut per ſpongiam, linteumve ſiccum exugatur, ebibaturque. Si feſtuca vel lapillus, inuiſcetur candela cærea, oblita terebinthina: ſternutatio tuſſiſque moueatur, claudantur nares, vt diuertatur ſpiritus ad aures, quo noxium excludant. Si quod animalculum aures obturet, bulliat in aqua, vel aceto, vino-ve, capræ vel alterius animalis fel, aut Colocynthis, vt huius decocti vapore ſuffocetur. Si carnis exceſcentia ſurditatem adferat, indito penicillo ſi penetrare videatur altius, & in profundum efferri, relinquatur: ſin ſuperficiaria ſit, exedatur cathareticis: aut rumpatur eſcharoticis & cauſticis.

Obſtructionis aurium à pituita curatio.

Obſtructionis aurium varia cauſa, eorumque remedia.

Cathareticum id eſt quod ſuperfluam carnem ſenſim exedit: quã rumpit eſcharoticum & cauſticum.

PAROTIDIS

PAROTIDIS CVRATIO.

CAPVT XX.

NOn licet vt nata est, quam primùm inhibere Parotis
Illis quæ reprimunt. Sed si dolor vrget acutus,
Admoueas tumidæ quæ blanda ac molla parti.
Butyrum extractum niueo de lacte iuuabit:
Aut oleum de se quod fundit amygdala dulcis,
Quodve chamæmælum, quod candida lilia, iuncto
Si libet Oesypo. Dabit aut cataplasma farina
Frumenti, lini cum mulsa seminis, hordi
Et fænugræci. Vel in hydromelite coquetur
Malua, chamæmælum, bismaluæ: suillus in illis
Et vitulinus adeps mollit, purique mouendo
Vtilis, est vt adeps quem dat gallina vel Anser.
Qui tamen vt calidus magis est, ita discutiendi
Vi valet, vt veteres adipes, oleumque vetustum.
Sola quidem ista leuant, criticus si sit tumor, atque
Illic quicquid habet vitij natura recondit.
Sin in eo latitat feritas, ac pestifer humor,
Cantharidum puluis trahit hunc, fimus atque columbæ,
Coctaque dictamni radix, althæaque mixto
Fermento, ac tenui laurus quod donat oliuo.
Si neque pus fit ab his, humorve resoluitur, ima
Parte dolorifici figas cautera tumoris.
Vena sed antè fuit turgente humore secanda,
Exagitanda etiam medicamine pigrior aluus.

Quæ repercutiunt & astringunt in Parotide noxia.

Malacticæ & peptica, seu mollientia & coquentia, pus mouere solita.

Superiora remedia, communia sunt & critica Parotidi: sequentia pestilitis.

COMMENTARIVS.

Quid Parotis.

PAROTIS tumor est glandularum sub auris fibra: quæ quia laxæ sunt, facilè materiam à Cerebro transmissam recipiunt. Quæ vera est, eaque coniuncta cum febre, rubore, dolore, quia plenitudinis est soboles, venæ sectionem requirit, æmemate præmisso. Quæ repellunt, protopicis non vsurpanda, ne recurrat humor in Cerebrum: sed anodynis, & suppurantibus vtendum, vt litu è butyro, oleo amygdalarum dulcium, chamæmælino, liliaceo. Vel hoc cataplasmate. ℞ rad. alth. vnc. 4. semin. lini & fænugr. an. vnc. 1. flor. camomill. Pij. caricas incisas octo. Bulliant in aqua, donec tabescant. Terantur, cribentur. Addatur suilli adipis quantum sufficit in cataplasma: quod extende super linteum duplex, admouendum parti tumenti. Vel, ℞. fol. oxalid. sub cineribus coct. Miij. vnguent. basilic. vnc. 2. fermentiacris vnc. 1. Cum butyro quantùm satis fiat cataplasma. Si mendosa, seu notha Parotis est, repurgato corpore linenda pars oleo chæmælino, liliaceo cum Anseris adipe, quibus immisceas diachylum commune, vel potiùs ireatum. Quùm enim materia crudior sit, ægréque suppurabilis, discutientia miscenda sunt, quibus aut coquatur, & in pus abeat, aut resoluatur. Si tumor malignus est ac pestilens, emollientibus attrahétia miscenda sunt. Vt, ℞ radic. alth. malu. lilior. an. vnc. 3. radic. Angelic. Dictãni an. vnc. 2. semin. anis. fænic. baccar. lauri contus. an. ℥ij. Bulliant in aquæ sufficienti quantitate, deindéque trita cribrentur, traductanturque per setaceum. Adde farin. semin. lin. & fænugr. an. vnc. 2. fermenti acris & fimi columbini an. vnc. 1. puluer. Cantharidum ℥j. Cum oleo laurino fiat cataplasma. Tumorem discuti resoluique bonum, si febris, calor, dolor, diaphoreticis abierit. At maturari certiùs, & in pus abire, quo materia tota secedat. Quod si non fit, pyroticum admouendum. Si Parotis est critica, quod agnoscitur, si coctionis signis apparentibus & remissiore morbo superuenit, blandis vtendum topicis, quibus humor, qui in emunctoria Cerebri delatus est, sensim abeat.

Cataplasma mollitens ac suppurans.

Parotidi notha congrua topica.

Cataplasma mollitens & attrahens.

Parotis critica.

MEDICÆ DECADOS LIBRI sexti Finis.

FRANCISCI PORTI

CRESPEIENSIS VALESII,

MEDICIQVE PARISIENSIS

Medicæ Decados

LIBER SEPTIMVS.

AFFECTVM QVI NARES occupant Curatio.

CAPVT I.

Pulipi curatio.

PVLYPVS occludens nares, vbi priuat odore,
Si nec aqua forti, nec puluere mercuriali,
Vitriolove potest tolli, mucrone secetur.
Sectio tuta tamen non est, si Pulipus vlcus
Concipit in Cancrum vergens. Sed id vnguine plumbi
Mulcebis cum solanique, rosæque liquore.

Fœtoris narium & ozenæ à venere contractæ curatio.

Fœtor vbi in nare est veneris contage relictus,
Puluere Guaiaci, hesperio cum melle medendum.

Ozena quid, eiusque curatio.

Vlcus ab influxu, nares quod fœdat, habetur
Ozæna; à venere hæc si fit, par cura sequatur.
Sin simplex hanc humor edax, simplexque putredo
Gignit, ab eximio quem punica mala recondunt
Auxilium succo petito, dulcisque, acidique,
Austerique vt sit parilis commixtio succi,
Tangaturque illo malè pars affecta frequenter.

Mala punica trium generum.

Sica Rosa & contusa potest, immissaque parti
Illud idem, caro si mollis quæ concipit vlcus.

Coryzæ veteris curatio.

Cui benè succurrent etiam, veterique Coryzæ
Compositi è myrrha, verniceque, benque zoino,
Mastiche, thure, rosis, molli resinaque trochisci

Phlebotomia & purgatio præmittenda.

Quam Terebinthus habet, qui sæpe calore soluti
Prunarum, nares soleant offundere fumo.
Non tamen antè manum admoueas affectibus istis,
Quam venam scindas, vitium si sanguinis, atque
Corpus ab impuro redimas humore catharsi.
Primaque quùm prægnans Cerebrum sit causa malorum,
Hoc crebris purga pilulis, potuque frequenti,
Quo ruat in præceps pituita molesta deorsum,
Quisquis & acer erit, vel eo vitiosior humor.

COMMENTARIVS.

Quid Polypus.

POLYPVS, vt antè notatum est, carnosus est præter naturam in maribus tumor, Polipi carni similis. Qui quoniam à crassis humoribus oritur, tenuantibus atque discutientibus demi debet, quibus astringentia miscenda sunt quæ siccent, & fluxionem arceant. Sed antè varijs cathartici cacochymia tollenda. Quis autem humor maximè peccet, è Polypi colore dignoscendum. Si namque ruber, sanguis iniecto clystere demendus. Si albicat, mouenda pituita phlegmagogo pharmaco. Si nigricat, melancholicus humor sæpe repurgandus. Sed niger Polypus attingendus non est, quia non differt à Cancro: sed vnguento de plumbo cum rosaceo leniendus. Vtque Polypi rubri vel albi curatio succedat, post phlebotomiam, multiplicemque purgationem è pilulis coccijs, aggregatiuis sine quibus: vel potu è catholico, electuar. Diacartham. syrupo solut. rosar. cum agaric. dissolutis in aquis hyssopi, beton. calend. similibus alijs, fricetur caput cum linteis asperis quotidiè manè: reliquo tempore tectum sit, & calidis munitum, ne frigidum ambiens obsit Cerebro, fluxionique sternat viam. Gargarismata fiant è betonica, maiorana, saluia, Pyrethro, nasturtio. Teneatur in ore mastiche, vua passa, saluia, staphysagria, quibus pituita deriuetur è naribus, & per os eliciatur; frequensque sit vsus in cibis synapi, præsertim hyeme. Frontale sit astringens ad intercipiendam, sistendamque fluxionem. Victus ratio sit tenuans, ex assis potiùs quàm elixis: imprimisque cæna frugalis. Potus hydromel, aut hydro saccharum. Topica remedia sunt hæc. ℞. ol. myrthill. vnc. 2. pulu. rosar. & myrthill. an. ʒj. vnguent. ægiptiac. vel apostol. ℥ß. Cum cera quantùm satis coquantur in vnguentũ prolitu Polypi. Maiorũ sunt viriũ, agũtq; citiùs aqua fortis, oleũ

E Polypi colore dignoscẽdus humor peccans.

Quibus in Polyp. purgandum.

Frictiones.

Gargarismata.

Apophlegmatismi.

Frontale.

Victus genus.

Vnguentum

Alia remedia topica.

vitrioli, mercurij: quibus ne nimiùm incalescat Polypus, hincque fluxio consequatur, quæ malum exasperet, addantur succi malorum granatorum omnis generis, acidorum, dulcium, & acido dulcium, siue maturorum & immaturorum, qui æquali pondere macerentur, & exprimantur vnâ. Hos succos, Ozænis & Polypis præstantissimum pharmacum reperit Galenus: quibus si non abscedit tumor, aut minuitur, abscindendus Chyrurgi manu, si mollis, albicans aut ruber est: si durus & nigricans relinquendus, ne efferatus Cancri modo serpat altius, fiatque malignum ac depascens vlcus: non æquè curatu facile, vt quod à lue venerea contractum est. Quod Narbonési melle cum Guaiaci puluere, repurgato priùs, vt decet corpore, sanari potest, aut sarzaparillæ decocto, litu, vel emplastris merculiaribus. Quæ remedia sequuntur, Ozenæ, Coryzæ, Polypóque conferunt. ℞. fol. agrimon. marrubij odorati, cærefol. pimpinel. beton. an Mi. rosar. rubr. P. ij. hord. integ. Pi. cytini, balaust. an ʒij. Coquantur in hydromelite, colenturque demùm ad lib. in Errhinum, quod supino capite indatur in nares: quæ vnguento sequenti dein illinantur. ℞. Cerus. Lythargyri an ʒvj. plumbi vsti & loti ʒiij. aloes, myrrh. gallar. an. ʒj. Cum vino & oleo myrthino coquantur in vnguentum. Item, ℞. mastich. olyban. myrrh. sandarachæ, seu vernicis, pulueris rosar. rubr. & myrthill. an. ʒij. benzoini, styracis calamit. an. vnc. sem. Cum terebinthina cogantur in trochiscos, quorum vnus & alter inijciatur in prunas, vt excitetur fumus qui feratur in nares pro suffitu.

Malorum granatorum varij succi.

Qui Polypus sanabilis, aut non.

Curatio depascentis vlceris à lue venerea.

Errhinum.

Vnguentum astringens ac desiccans.

Trochisci.

HEMORRHAGIÆ CVRATIO.

CAPVT II.

SI cruor emanat tenera de nare, sinatur,
Si solitus fluere aut crisis est, aut menstrua cessant,
Aut hæmorrhois: à morbis quia vindicat illis,
Quos paritura fuit suppressio. Siste fluorem
Sanguinis, hunc symptomaticum si senseris. Ergo
Quum Plethora grauis mouet hunc, ea vena secetur
Quæ cubiti est, naris directa è parte fluentis:
Dein capitis venæ, si res, viresque requirunt.
Figaturque humeris, natibusque cucurbita, fronti
Hæreat & Cataplasma, quod astringentia multa
Component, velut armeniæ quę bolus habetur,
Argilla, vt tritici, atque volatilis alba farina,

Hæmorrhagia quando sinenda.

Quando sistenda.

Vena sectio.

Cucurbitula.

Astringentia varia.

Cum ſucco liquido plantaginis atque roſarum,
Parte etiam teretis niuea, quæ glutinat, oui.
Deſiccans rubrum, ſolidatque quod inguine ruptos
Emplaſtrum, & fragilis quam neuit Araneatela.
Stercus odoretur lentè gradientis Aſelli,
Vrticæ porrique liquor de nare trahatur,
Caphuraque. Oxycratum Iecori, partique pudendæ
Conuenit admotum: valet hoc & in ore retentum.
Non molli iaceat pluma, ſed ſtramine duro,
Nec pronus cui ſanguis abit de nare: ſupini
Decubitus reuocant, iectâque vincla per artus
Extremos valde arcta, & frictio crebra deorſum.
Myrtheus, atque roſæ, granatorumque ſyrupus,
Oxycratumque per os iulepi more bibatur.
Symphiti conſerua pares ſumatur in vſus
Atque roſæ, adiecto coralli puluere rubri,
Sacchareo & ſucco quem mala cydonia fundunt.
Iuſcula quæ ſpiſſant tenuem ſunt danda cruorem,
In quibus & lactuca, & portulaca coquantur.
Exulet hinc Bacchus. Chalybem quæ continet vnda,
Potio ſit cum iulepo haud malè grata roſato.

Emplaſtrum contra ruptu-ram.

Aſtringentis ſyrupi.

Vini vſus in hæmorrha-gia noxius.

COMMENTARIVS.

Hæmorrhagia communi nomine ſanguinis eſt fluor: proprie fluor à naribus.

HÆMORRHAGIA ſanguinis fluorem ſonat, è quacumque parte corporis, vt è naribus, ore, pulmone, thorace, Iecore, venis hæmorrhoidibus. Propriè tamen id ſanguinis profluuium ſignificat, quod confertim prodit è naribus, quùm ſimpliciter, non addito nomine partis, hæmorrhagiæ nomen exprimitur. Talis hæmorrhagia ſinenda eſt ſi critica, ſi præter ſolitum hæmorrhoides aut menſtrua ſuppreſſa, ſi plethoricum corpus, & iuuenilis ætas, ſi fundere ſanguinem deſijt aliqua conſuetudo. Supprimenda verò, ſi nihil ex ijs eſt, nec leuis metus, ne eximmodico fluore virium ſequatur infirmitas atque proſtratio. Supprimitur verò phlebotomia, cucurbitulis, ſanguiſugis, vinculis extremarum partium, frictionibus deorſum ductis: aſtringentibus admotis fronti, temporibus, naribus etiam, quę quia glutinant Anacollemata dicuntur: qualia ſunt argilla, bolus armena, terra lemnia, ſa-

Hæmorrhagia quæ ſinenda.

Quibus hæmorrhagia ſuppreſſa.

rina volatilis, farina tritici, myrrha, thus, cochleæ cum oui candido liquore. Corallum, lapis Iaspis, Onyx, Hæmatites, vt & clauis quæque, viribus actuque frigida, appenduntur gutturi, collique vertebris, quibus densatur, refrigeraturque sanguis, eiusdemque fit in inferiora reuulsio. Cogitur sanguis, sursumque ferri vetatur refrigerato corporis habitu syrupis rosarum siccarum, Myrthillorum, cydoniorum, nenupharis, iulepi forma sumptis cum aqua plantaginis endiuiæ, lactucæ, portulacæ. Si producitur affectus, talis opiata concinnetur. ℞. conserū. symphiti, rosar. nenuph. an ʒj. boliarmen. terr. sigill. coralli rubr. lapidis hæmatit. an. ʒi. trochisc. è Carab. ʒß. Cum syrup. myrthino vel cydon. fiat opiata. Sumatur bolus quantitate nucis auellanæ bis aut ter in die. Si præterea quid in hac annotatione requiris, è versibus pete: in quibus vt cæteris, curandi ordinem ex professo retinemus.

Anacollemata, seu glutinantia.

Syrupi refrigerantes & astringentes.

Opiata siccans & astringens.

DOLORIS DENTIVM curatio.

CAPVT III.

DENS mouet immanem, nerui ratione dolorem,
Quem nequeat si vena patens, molliſque catharsis
Tollere, quæ morbis duo præmittenda medendis:
Radicis cortes in aceto capparis acri
Cum galla coquitur. Vel in hoc Colocynthis amara,
Aut Staphysaguia cum calida radice pyrethri
Egelida vel hyoscyami, dens atque fouetur.
Quæ gelida obtundunt, vrunt quæ causticа neruum,
Hincque calore adimunt, nimio vel frigore sensum.
Ergo oleum de vitriolo, laterumque, thimique,
Aut opij granum carioso imponito denti.
Extractum chyma arte citò cohibere dolorem
Sensimus hoc oleum, vulgo quod dicitur ambræ.
Sed fluor vt cesset Cataplasmate tempora firma
Antè luto armenio, niueóque volubilis oui,
Vel rubeo emplastro, quo desiccare solemus.
Si dens erosus, crebra & recidiua dolorum est,
Præstat eum ferro titubantem euellere sede,

Duo in curando morbo præmittenda, vena sectio & purgatio.

Quare calida frigidáque dentis doloris remedio sint.

Oleum de vmbra, seu de succino.

Frontale.

COMMENTARIVS.

Causa doloris dentium.

PHLEGMONE dolorque dentis vel in eius est substantia, vel in neruo, vel in gingiua, quorum antè causas signaque distincta dedimus. Causa fluxio est ab acriore calidioreque sero, quo partes interdùm eroduntur. Vel à pituita, salsa vel acida. Quare ne crescat inflammatio præmittenda phlebotomia: deindè purgandum è cassia, pilulis aureis, è rhabarbaro Cõmunibus in calidiore causa: catapotijs lucis, coccijs, ex agarico, siue electuar. Diacarth. in frigidiore. Tùm ad topica veniendum. Præter eaquæ canimus probat mirificè Galenus ex Archigene dentem vstum ac tritum deindè cum aceto coctum & ore retentum: aut pulegij, scyllæque decoctum, quibus attrahatur foras materia doloris. Aut solanum, aut hyoscyami radicem in aceto coctam, quibus stupefiat pars, hincque conciliato sopore crassescat coquaturque serum. Quibus si nihil succedit, euellendus dens, maximè si cariosus, estque dolor intolerabilis.

Canimus dens vstus ac tritus.

DEPRAVATI GVSTVS, BALBVTIEI, & linguæ paralyseos curatio.

CAPVT IIII.

Deprauati gustus curatio.

SI deprauato gustu malè lingua sapores
Nouit, amarescitque, dato medicamine bilem
Elue. Sin salso est, acidove imbuta liquore,
Fac pituitosus fluat, aut niger humor in aluum.

Balbutiei curatio.

Si balbos liquidi fluor haud satis arripit alui,
Sollicitetur ab his, quibus it pituita deorsum,
Vt diaphanico, atque alijs, quæ plurima passim
Diximus. Hinc toto labatur corpore sudor

Guaiacinæ decoctio.

Decocto ligni guaiaci, aut sarsaparillæ.
Corpore sed pleno medianam tundito venam,
Hasque dein venas, quas humida lingua recondit.
Par cura existat linguæ paralyseos. Atque
Si fluor à Capite est, illud siccare memento

Pulueres inspergendi capiti

Pulueribus quos Ambra dabit, rosa, santala, vernix,
Thus,

Thus, macer & Styrax, & moschus, & indica nardus,
Cortice cum citri, schænanto, benque Zoino:
Hosque comæ inspergas, niueoque cotone receptos
Consuto includas pileo, tegito hocque Cerebrum.
Contulerint collo cauteria iuncta, vel vnguen
Vulpino ex oleo, aut quod habet de Castore nomen.
Mansaque quæ neruis vt Stœchas & Accorus addunt,
Saluiaque & Libanotis, & hinc confectio, vires.
Sit ratio victus eadem quæ dicta Catarrhi.

vel includenda pileo capitali

Cauteria. Accorus, stœchas, saluia, rosmarinus, mastiche, pituitam per os eliciunt. Ex ijsdem conserua fiunt.

COMMENTARIVS.

DEPRAVATVR gustus, quùm de saporibus malè lingua iudicat, quoniam alieno humore corpus eius, aut illius vestiens membrana polluuntur: amaro, si bile: acido salsove, si pituita. Quare purgatio necessaria, per cholagoga, si bilis dominatur è lactuca, portulaca, scariola, similibus refrigerantibus hepaticis cum sennæ folijs, & syrupo solut. rosar. quia coniectura est à lecore ventriculoque vaporem bilioſum efferri, qui linguam proluat. Sin pituita, phlegmagogis è senna & agarico, mixtis herbis cephalicis, quia probabile tùm pituita turgere Cerebrum, vt turget in balbis blæsisque: quibus ideò laxior aluus esse debet: laxior & in Paralysi, quæ fit ab humida linguæ intemperie, qua loquendi gustandique vsu priuantur, relaxatis ligamentis, & ambobus neruorum generibus impeditis: his nempè qui à septima coniugatione nati motum, & à tertio pari gustandi, saporesque iudicandi munus afferunt. In quibus affectibus repurgato corpore per ea quæ dicta sunt, perque frequentes pilulas, præmissa venæ sectione in plethora, decoctum Guaiacinum vtile, quo pituita liquetur, perque poros insensiles abeat, sequaturque siccitas. Cerebro denique robur addendum est, ne pituitam in posterum in linguæ corpus effundat hisce sequentibus. ℞. rosar. rubr. vnc. i. succini, vernicis, thuris, seu benzoini mastich. an. ʒij. nuc. moschat. maceris, myrrh. an. ʒi. mosch. ambar. an. gran. sex. fiat pulvis capillis inspergendus. Veleo puluere bombax impleatur: consuatur cucupha, seu pileus, apteturque capiti. ℞. conserv. florum salu. rosar. anthos & stœchados an. vnc. i. cortic. citri condit. ʒij. puluer. electuar. aromatic. rosat. & diarrhod. Abbatis an. ʒj. nuc. moschat. macer. caryoph. an. ʒß. Cum iulepo rosac. fiat opiata: de qua quotidiè vesperi sumatur nucis auellanæ quantitas. Oleum vulpinum & è castoreo colli vertebris illitum humorem discutit linguæ vicinum, neruisque confert, ideóque paralysi linguæ: sed mastichino, vel terebinthinæ iunctum oleo magis roborat. Pyroticum admotum primis colli vertebris pituitam à Cerebro deriuat, coquit ac digerit: ideóque fluxionem à lingua remoratur & impedit.

Gustus quàndò depranatur.

Humoris bilioſi purgatio.

Purgatio pituitæ. Humiditas linguæ nimia quid agit.

Decoctum guaiacinum.

Pulvis capillis inspergendus, aut pro Cucupha, seu pileo capitali

Opiata.

Cauterium.

INFLAMMATIONIS TONSILLARVM, & Vvulæ, seu Columellæ curatio.

CAPVT V.

Venæ sectio.

Cucurbitulæ cum scarificatio.

Succus mororum, & malorum granatorum.

ANTIADAS, *seu Tonsillas tumor igneus vrit*
Interdùm. Qui ne serpat, citò vena secetur
E cubito primùm: post hæ, quas lingua recondit,
Figenda collo est, pronoque cucurbita mento,
Non simplex modò, sed crebrò cute vulnere cæsa.
Colluat oxycrato, vel aqua plantaginis æger
Os, simul & fauces. Adidem valet vnda rosarum,
Aut aqua, quæ recipit cum galla sal, & alumen,
Vt quem mora ferunt & punica grana liquorem.
Vtile clysma frequens, & quæ deriuet in aluum
Potio pallentem, solitam turgescere bilem.
Vuula, quæ σταφυλὴ, parili sanabitur arte.
Nec si non sanetur, eam discindere ferro
Antè putes, gracili è cauda quam pendeat. Vuæ
Scissio plena metus, quia vox minuetur ab illa,
Vitalesque magis torpebunt frigore partes.

COMMENTARIVS.

Duæ in radice linguæ glandulæ.

Venæ sectio multiplex.

DVÆ glandulæ sitæ sunt in radice linguæ, quas Tonsillas, & Amygdalas appellant, Antiadas etiam, & Paristhmia. Quæ quùm phlegmone tentantur, præmisso clystere, brachij vena secanda primùm est, indè nigræ venæ, quæ linguæ subiacent, non omissis in humeris mentoque cucurbitulis, vt auertatur fluxio: quam etiam his sequentibus sistere conabimur. ℞. aqu. stillat. plantag. & oxalid. an. vnc. 3. syrup. myrth. & granat. an. vnc. 1. Misceantur & fiat iulep. in duas doses. ℞.

Iulepus.

Oxycratum.

aqu. communis lib. ß. aceti rosac. vnc. 1. Misce, fiat oxycratum, quo sæpe colluantur os & fauces. Vel, ℞. aqu. stillat. plantag. & rosa. an.

Gargarisma.

vnc. 4. diamôr. & syrup. rosarum siccarum an. vnc. 1. misceantur in gargarisma. Vel, ℞. succi moror. immaturorum aut granat. vnc. 1. ci-

tin. balauſt. alumin. gallæ an. ʒij. ſacchar. vnc. ʒ. Coquantur in aquæ libra pro gargariſmate. Si phlegmone minatur abſceſſum, ℞. caricas inciſas ſeptem, ſeminis lini, fænugr. liquirit. raſ. an. vnc. ſem. paſſul. mundat. vnc. 1. Coquantur in aqu. lib. 1. pro gargariſmate. Pure facto (quod prono capite reiectandum eſt, ne regurgitet in fauces) os colluendum aqua decoctionis hordei, cum iulepo roſaceo. Phlegmone ſedata, nec faucibus æquè tumentibus inſtituenda purgatio, qua ſublatis noxijs humoribus impediatur morbi recidiua. Locus enim Antiadum, ſeu Tonſillarum eſt decliuis & anguſtus, ideóque fluxionem facilè recipiens. In quo ſi moratur ac perennat vlcus ſordidum ac putre, malique moris, communibus remedijs minimè cedens, luis venereæ ſuſpicionem afferet, maximè ſi quædam alia huius morbi ſigna præceſſerint, aut comitentur: ideóque remedia quærentur in venerei morbi curatione. Tonſillarum autem & Gargareonis, ſeu Staphylomatis & Vuulæ ſimilis eſt curatio, quam eadem cauſa nempè fluxio ſolet parere.

Quando purgandum.

Vlcus ſordidum in Tonſillis ſi diuturnum & malis moris vndè.

ANGINÆ CVRATIO.

CAPVT VI.

QVM *ruit in fauces tumor, Anginamque procurat,*
Clyſma dari, venamque dein aperire iubeto
Quæ mediana, & quæ ſubiecta eſt Ranula linguæ:
Nec mora, colluat his, modò quæ dictauimus æger
Iſthmia, ſeu fauces: vel aqua quæ continet vuas
Cum malicorio, atque roſis, nucibuſque cupreſſi.
Si dolor eſt, lac adde aſinæ, vaccæve, Capræve,
Aut fænugræci minimùm. Si ſtrangulat intra,
Fiat vt externus tumor, apta cucurbita collo
Impoſita, & mento. Vel ſuccida lana, tepenti
Plena oleo: quale eſt quod lilia, quod camomilla
Fundit: hyrundinis aut nidi cataplaſma, vel vſtæ
Millepedes, quarum cum puluere, melleque collum
Illine. Si ſit hians os, panis cruſta voretur.
Spongia vel filo ſuſpenſa feratur ad imas,

Clyſter. Vena ſectio.

Gargariſmata.

Cucurbitula.

Cataplaſmata.

Modus interitus vomicæ in faucibus rumpendæ.

Qua tumor est, fauces: disrumpet tracta tumorem,
Effluet & sanies: quæ prono est ore sinenda
Fre foras: tussique leui, linguaque iuuanda.
Ferre famem leuat hic. Sed ne resoluta cadat vis,

Victus genus Cynanchicorum.

Victus ab hydromeli, vel aqua, liquidisque petatur
Iuribus, expressis vt carnibus, atque gelatis.

COMMENTARIVS.

Angina cito curanda.

1 ANGINA vera, quam in faucibus inflammatio parit, à multo bilioso que nata sanguine, præsidium statim, initioque requirit. Nam acutus est morbus, citóque suffocans, quia cibi, potus, ac spiritus viam intercludit, sine quibus vita stare non potest. Auertendus itaque sanguinis ad Laryngem impetus venæ sectione, primùm è basilica, vel mediana, tùm è Cephalica, denique venis linguæ subditis: quæ non, nisi depleto corpore sunt aperiendæ, ne, fuga vacui, sanguis in eas inanitas accurrens, colli venas, eiusque viciniam impleat, & affectum exasperet.

Venæ sectio multiplex.

Astringentium & repellentium materia.

Gargarismata conferunt ex astringentibus quidem primis diebus, vt fluens materia repellatur ex oxycrato, distillatis aquis rosarum, solani, plantaginis, oxalidis, cum succis omphacij, mororum, granatorum actu frigidis, quorum forma data est superiori capite. Iulepi parandi erunt ex ijsdem cum iulepo rosaceo, syrupo myrthillorum, cydoniorum, granatorum, oxalidis. Sed quia non intrò pellenda, sed foras euocanda materia, chalasticis, seu relaxantibus, modicéque digerentibus, vt butyro recenti, oleo chamæmælino, liliorum, amygdalarum dulcium illinatur collum, addita lana succida. Vel cataplasma paretur adiectis cynanchicis, vt albo Canis stercore, millepedum, cochlearum, cancrorum vstorum cineribus, & hyrundinis nido, tale. ℞. radic. althææ, lilior. an. vnc. 2. flor. camomill. melil. an. Pr. semin. lini, fænugr. an. vnc. semis. ficus incisas quinque. Coquantur in aqua diu. Terantur, cribrentur. Adde puluer. millepedum & cochlear. vstarum an. ʒij. Cum ol. liliac. quantùm satis fiat cataplasma. Vel, ℞. nidum hyrundinis: albistercoris canis vnc. 1. puluer. cancror. vstorum ʒj. Cum adipe suillo, vel butyro coquantur in cataplasma, quod supià lanam succidam, aut linteum duplex extensum admoueatur collo. Præsens erit cataplasma, si cum melle nidum misceas, colloque iungas. Creber erit clysterum vsus, qui purgationis integræ vicem suppleat, donec remiserit tumor, quoniam in morbi vigore nec potioni, nec catapotijs locus esse potest, arctatis à tumore faucibus. Quùm deglutire poterit æger, instituatur potus è decocto radicis oxylapathi, graminis, oxalidis, foliorum lactucæ, portulacæ, scariolæ cum senna, dissoluta Manna calabriæ, vel infusa Cassia in vera Cynanche. Sed

Quæ materiam foras euocant.

Cynanchyca dicuntur hæc, quia Cynanches curationem arcana qualitate promouent.

Cataplasmata Cynanchica.

Creber clysterum vsus, quare.

Potio.

in notha', quæ frigidam habet cauſam, ℥. elect. diacartham. ʒiiij. cathol. duplic. ʒvj. ſyrup. laxat. roſar. cum agaric. ℥j. Cum aqua beton. fiat potio. Fames in Angina notha ferri poteſt, quùm in affectu frigido minor fiat ſubſtantiæ diſſipatio. Sed in vera non æquè tolerabilis, quod biliosis noceat inedia. Conueniunt verò iuſcula refrigerantia cum gelatina. *Pro notha Cynanche potio.*

EORVM QVÆ THORACIS affectibus conferunt.

CAPVT VII.

INGREDIMVR *quoniam morbos Thoracis, eosque*
Demere conſilium eſt, ſi quæ, iſta ſequentia proſunt.

Thoracica; *nempè quæ Thoracis morbis proprie, peculiariterque conferunt.*

Dulcia pruna, liquor tumido qui manat ab hordeo,
Cremor & hic niueus, quem fundit amygdala dulcis:
Zyzypha cum Myxis, nuclei pini, tragacantha,
Glycirrhyza, Arabum gummi, ſemenque quod albus
Emittit bombax, & mollis malua, decoræ
Flos violæque: vt & Auellanæ, piſtacia, melque,
Succus & è canna, Sacchar qui dicitur, inda.
Quæ lenire queunt, biliſque arcere furorem.

Thoracica ſuperiora lenunt bilemque temperant: ſequentia tenuant, pituitamque coquunt.

Tergendo at tenuant, purgantque è pectore phlegma
Paſſula cum ficu, hyſſopus, veneriſque capillus,
Semen & id quod Cnicus habet, ſeu Carthamus, album
Marrubium graio πράσιον quod nomine fertur,
Parua filix, radice potens, velut enula, cuique
Gentius impoſuit nomen, capitatáque Cæpe,
Allia cum Porris, Scordumque perutile Cordi,
Zingiber, origanum, calamintáque, thymbra, thymuſque,
Ireos & radix, acerque Dracunculus, Arum,
Scilla, crocus; menſes, & quæ ſolet herba potenter

1. Polypodium.
2. Gentiana.

Ariſtelochia.

Ducere cum myrrha, symphitum maius, & illa
Vngula tardigradi quæ dicitur herba caballi:
Montanumque Siler, Scabiosaque, quæque fluentem
Pimpinella bibit saniem, sistitque cruorem.
Vulpinus Pulmo, Terebenthinaque vlcera siccans
Pulmonis, cohibet diræ contagia Tabis.

Vngula caballina, quæ Tussilago.

COMMENTARIVS.

Quid Thorax.

THORAX, seu Pectus, ea propriè corporis humani pars est, quæ collo subiecta, costis vtrinque clauditur. Cuius antica facies est Sternon, septem ossibus compactum: postica dorsum, duodecim vertebris constans: infima Diaphragma: suprema claues cum omoplatis: Morbi plures eo continentur, vt Asthma, Catarrhus suffocans, Pleuritis, Peripneumonia, Phtisis, quique hoc libro describuntur à nobis Pulmonis & Cordis affectus, ideóque dicti communi nomine Thoracici: quibus opitulantur hæc, quæ narrantur hoc capite, vacuato priùs corpore per venæ sectionem, si plenitudo, febrisque: per catharsim, si fluxio Thoracem occupat. Ex his verò quædam acrimoniam humoris leniunt ac molliunt: alia detergunt, quædam incîdunt, infarctuque, crassa liberant. Pruna dulcia, zyzypha seu Iuiubæ, Myxa, seu Myxaria, quæ Sebesten, moderatè refrigerant & humectant, aluum lubricant, leniunt pectus & arteriam, bilis ardori, sitique succurrunt. Cremor hordei refrigerat, humectat, oblinit, & facile in Thoracis partes illabitur, sitim compescit, & astrictione nulla detergit. Succus amygdalarum dulcium, maluæ, bombacisque semen, glycyrrhiza temperato calore humida, tussim siccam, Asthma, sitimque mitigant, Thoracem ac Pulmonem proprietate iuuant, & ab eis humores sputis educunt. Nuclei Pini calidi humidi, molliunt, detergent, impinguant, & è pectore crassa lentáque expuitione detrahunt. Tragacantha frigida humida, tussim veterem, & omnes Thoracis asperitates lenit, vt & Arabicum gummi, sed hoc, minore quàm Tragacantha profectu. Viola, frigida, humida, temperat humores acres ac feruidos: siccosque Pulmones recreans, eorum etiam exasperatas vias lenit, & humectat. Pistacia, pineorum instar impinguant, &, vt auellanæ veteri tussi medentur. Mel & Saccharum calida sicca detergent, concoquunt, ac leniunt, & è pectore sputa promouent. At mel non nisi coctum sumi debet. Crudum enim flatulentum est, infensumque ventriculo: cui Saccharum gratum est, & ad omnia melle mitius & gratius. Vua passa blandè leniens ac detergens, Thoracis ac Pulmonis affectibus eximiè cõuenit. Ficus etiã abstergẽdi incidẽdiq; vi tussi veteri, diuturnisq; Pulmonũ vitiis opitulatur, Asthmaticosq; leuat. Hyssopus vnicè detergit, anhelatoribus vtilis, orthopnoicis, & veteri tussi, cruda cõcoquens, & expectorationi seruiens,

Morbi Thoracici.

Pruna, Iuiubæ, Sebesten.

Hordei cremoris facultates.

Amygdalarum dulcium, maluæ, bombacis, glycyrrhizæ vires.

Nuclei Pini.

Tragacantha.

Arabicum Gummi.

Viola vires.

Pistacia, & Auellana.

Mel & Saccharum.

Vua passa.

Ficus.

Hyssopus.

Croccus.

vt capillus veneris, semenque Carthami. Crocus calfacit siccátq;: qua vi pituitã attenuans, lethargicos adiuuat, educendóq; sputo conuenit. Marrubium album odoratum, seu Prassium, Origanum, calamintha, thymbra seu Satureia, Zingiber, radix Ireos, Enula, vngula caballina seu Tussillago, Scabiosa, Scordium, Cæpe, Porrum, Allium. Arum, Dracunculus, Simphytum maius, potentiùs Thoracem expurgant, quo maiore calore prædita sunt, abstergendique vi. Quæ, quia calidioris naturæ sunt, in frigidis vsurpanda pectoris morbis, vt Asthmate, & destillationibus sine febre: in calidis, vt Peripneumonia, & Pleuritide suspecta. Pimpinella verò tabidis aptissima. Cruentas enim excreationes sistit, & purulentos expurgat, vlcera deterget, siccat & glutinat, astringendi detergendique vi, qua maximè pollet. Scabiosa tabidis etiam insita vi succurrit, Pulmonem expurgans, & eius vt Pleuritidis vomicas proprietate rumpens. Pulmo vulpis aridus, tabidorum vlcera glutinat, Pulmonumque substantiam occulta vi roborat. E commemoratis verò quæ maximè leniunt, sputaque blandè mouent, prostant syrupus violaceus, Iuiubinus, è glycyrrhiza: electuarium tragacanthæ frigidum, albæ pilulæ, bechicæ, penidia. Incîdunt autem, & validè sputum educunt syrupus de hyssopo, prassio, calaminta: blandius syrupus ex vngula, seu Tussillagine. Syrupus Symphiti facit ad sanguinis excreationem, tabidisque & purulentis suppetias adfert, vt & è terra lemnia, trochisci, & trochisci de Carabe. Quod si parare placet syrupum qui leniat & incidat, ℞ passular. mundat. ℥j. caricas, Iuiubas, sebestem an. numero quinque. semin. maluæ, carthami, bombacis an. ʒij. fol. hyssop. origani, Marrubij odorati, capil. ven. adiant. Polytr. an. Mi flor. viol. & tussilag an. Pi. Coquantur in aqua sufficienti, tum exprimantur ad lib. 1. adiectóque pari sacchari pondere recoquantur in syrupum. Potiones pectorales variæ fient ex hordeo, liquiritia, passulis, Iuiubis, sebesten, cum aqua multa quæ leniant, in ordinarium potum.

Thoracica calida ex frigidis pectoris morbis vsurpanda.

Pimpinella vires.

Scabiosæ dotes.

Pulmo vulpis.

Lenientia Tecta.

Syrupus Symphiti.

Syrupus thoracicus, lenions, incidens, & abstergens.

TVSSIS CVRATIO.

CAPVT VIII.

Signa siccæ tussis.

PVLMO *quod illius latitans cauitatibus hæret*
Trudere conatur tussi. Quæ sicca putetur,
Si nihil, aut minimum de pectore surgit anhelo
Per sputum. Tussim facit hanc aut viscidus humor,

Causæ.

Aut tenuis, fumisque arteria siccior, vt quùm
Ignea febris habet. Si viscidus hanc mouet humor,

Tussis ab humore viscido, gluti-

Cum succo liquido plantaginis atque rosarum,
Parte etiam teretis niuea, quæ glutinat, oui.
Desiccans rubrum, solidatque quod inguine ruptos
Emplastrum, & fragilis quam neuit Araneatela.
Stercus odoretur lentè gradientis Aselli,
Vrticæ porrique liquor de nare trahatur,
Caphuraque. Oxycratum Iecori, partique pudendæ
Conuenit admotum: valet hoc & in ore retentum.
Non molli iaceat pluma, sed stramine duro,
Nec pronus cui sanguis abit de nare: supini
Decubitus reuocant, iectâque vincla per artus
Extremos valde arcta, & frictio crebra deorsum.
Myrtheus, atque rosæ, granatorumque syrupus,
Oxycratumque per os iulepi more bibatur.
Symphiti conserua pares sumatur in vsus
Atque rosæ, adiecto coralli puluere rubri,
Sacchareo & succo quem mala cydonia fundunt.
Iuscula quæ spissant tenuem sunt danda cruorem,
In quibus & lactuca, & portulaca coquantur.
Exulet hinc Bacchus. Chalybem quæ continet vnda,
Potio sit cum iulepo haud malè grata rosato.

Emplastrum contra rupturam.

Astringentes syrupi.

Vini vsus in hæmorhagia noxius.

COMMENTARIVS.

Hæmorrhagia communis nomine sanguinis est fluor: proprie fluor à naribus.

HÆMORRHAGIA sanguinis fluorem sonat, èquacumque parte corporis, vt è naribus, ore, pulmone, thorace, Iecore, venis hæmorrhoidibus. Propriè tamen id sanguinis profluuium significat, quod confertim prodit è naribus, quùm simpliciter, non addito nomine partis, hæmorrhagiæ nomen exprimitur. Talis hæmorrhagia sinenda est si critica, si præter solitum hæmorrhoides aut menstrua suppressa, si plethoricum corpus, & iuuenilis ætas, si fundere sanguinem desijt aliqua consuetudo. Supprimenda verò, si nihil ex ijs est, nec leuis metus, ne eximmodico fluore virium sequatur infirmitas atque prostratio. Supprimitur verò phlebotomia, cucurbitulis, sanguisugis, vinculis extremarum partium, frictionibus deorsum ductis: astringentibus admotis fronti, temporibus, naribus etiam, quę quia glutinant Anacollemata dicuntur: qualia sunt argilla, bolus armena, terra lemnia, sa-

Hæmorrhagia quæ sinenda.

Quibus hæmorrhagia supprimitur.

rina volatilis, farina tritici, myrrha, thus, cochleæ cum oui candido liquore. Corallum, lapis Iaspis, Onyx, Hæmatites, vt & clauis quæque, viribus actuque frigida, appenduntur gutturi, collique vertebris, quibus denſatur, refrigeraturque ſanguis, eiuſdemque fit in inferiora reuulſio. Cogitur ſanguis, ſurſumque ferri vetatur refrigerato corporis habitu ſyrupis roſarum ſiccarum, Myrthillorum, cydoniorum, nenupharis, iulepi forma ſumptis cum aqua plantaginis endiuiæ, lactucæ, portulacæ. Si producitur affectus, talis opiata concinnetur. ℞. conſerv. ſymphiti, roſar. nenuph. an ʒj. boliarmen. terr. ſigill. coralli rubr. lapidis hæmatit. an. ʒi. trochiſc. è Carab. ʒß. Cum ſyrup. myrthino vel cydon. fiat opiata. Sumatur bolus quantitate nucis auellanæ bis aut ter in die. Si præterea quid in hac annotatione requiris, è verſibus pete: in quibus vt cæteris, curandi ordinem ex profeſſo retinemus.

Anacollemata, ſeu glutinantia.

Syrupi refrigerantes & aſtringentes.

Opiata ſiccans & aſtringens.

DOLORIS DENTIVM curatio.

CAPVT III.

DENS mouet immanem, nerui ratione dolorem,
Quem nequeat ſi vena patens, molliſque catharſis
Tollere, quæ morbis duo præmittenda medendis:
Radicis cortes in aceto capparis acri
Cum galla coquitur. Vel in hoc Colocynthis amara,
Aut Staphyſaguia cum calida radice pyrethri
Egelida vel hyoſcyami, dens atque fouetur.
Quæ gelida obtundunt, vrunt quæ cauſtica neruum,
Hincque calore adimunt, nimio vel frigore ſenſum.
Ergo oleum de vitriolo, laterumque, thimique,
Aut opij granum carioſo imponito denti.
Extractum chyma arte citò cohibere dolorem
Senſimus hoc oleum, vulgo quod dicitur ambræ.
Sed fluor vt ceſſet Cataplaſmate tempora firma
Antè luto armenio, niueóque volubilis oui,
Vel rubeo emplaſtro, quo deſiccare ſolemus.
Si dens eroſus, crebra & recidiua dolorum eſt,
Præſtat eum ferro titubantem euellere ſede,

Duo in curando morbo præmittenda, vena ſectio & purgatio.

Quare calida frigidáque dentis doloris remedio ſunt.

Oleum de vmbra, ſeu de ſuccino.

Frontale.

COMMENTARIVS.

Causa doloris dentium. PHLEGMONE dolorque dentis vel in eius est substantia, vel in neruo, vel in gingiua, quorum antè causas signaque distincta dedimus. Causa fluxio est ab acriore calidioreque sero, quo partes interdùm eroduntur. Vel à pituita, salsa vel acida. Quare ne crescat inflammatio præmittenda phlebotomia: deindè purgandum è cassia, pilulis aureis, è rhabarbaro Cõmunibus in calidiore causa: catapotijs lucis, coccijs, ex agarico, siue electuar. Diacarth. in frigidiore. Tùm ad topica veniendum. Præter eaquæ canimus probat mirificè Galenus ex Archigene dentem vstum actritum deindè cum aceto coctum & ore retentum: aut pulegij, scyllæque decoctum, quibus attrahatur foras materia doloris. Aut solanum, aut hyoscyami radicem in aceto coctam, quibus stupefiat pars, hincque conciliato sopore crassescat coquaturque serum. Quibus si nihil succedit, euellendus dens, maximè si cariosus, estque dolor intolerabilis.

Canimus dens vstus ac tritus.

DEPRAVATI GVSTVS, BALBVTIEI, & linguæ paralyseos curatio.

CAPVT IIII.

Si deprauato gustu malè lingua sapores
Nouit, amarescitque, dato medicamine bilem
Elue. Sin salso est, acidove imbuta liquore,
Fac pituitosus fluat, aut niger humor in aluum.
Si balbos liquidi fluor haud satis arripit alui,
Sollicitetur ab his, quibus it pituita deorsum,
Vt diaphanico, atque alijs, quæ plurima passim
Diximus. Hinc toto labatur corpore sudor
Decocto ligni guaiaci, aut sarsaparillæ.
Corpore sed pleno medianam tundito venam,
Hasque dein venas, quas humida lingua recondit,
Par cura existat linguæ paralyseos. Atque
Si fluor à Capite est, illud siccare memento
Pulueribus quos Ambra dabit, rosa, santala, vernix,
Thus,

Deprauati gustus curatio.

Balbutiei curatio.

Guaiacinã decoctio.

Pulueres inspergendi capiti.

Thus, macer & styrax, & moschus, & indica nardus,
Cortice cum citri, schænanto, benque Zoino:
Hosque comæ inspergas, niueoque cotone receptos
Consuto includas pileo, tegito hocque Cerebrum.
Contulerint collo cauteria iuncta, vel vnguen
Vulpino ex oleo, aut quod habet de Castore nomen.
Mansaque quæ neruis vt Stœchas & Accorus addunt,
Saluiaque & Libanotis, & hinc confectio, vires.
Sit ratio victus eadem quæ dicta Catarrhi.

vel includendis pileo capitali

Cauteria. Accorus, stachas, saluia, rosmarinus, mastiche, pstuitam per vrinam mouent. Ex ijsdem conserua fiunt.

COMMENTARIVS.

Gustus quãdò depranatur.

DEPRAVATVR gustus, quùm de saporibus malè lingua iudicat, quoniam alieno humore corpus eius, aut illius vestiens membrana polluuntur: amaro, si bile: acido salsove, si pituita. Quare purgatio necessaria, per cholagoga, si bilis dominatur è lactuca, portulaca, scariola, similibus refrigerantibus hepaticis cum sennæ folijs, & syrupo solut. rosar. quia coniectura est à lecore ventriculoque vaporem bilioſum efferri, qui linguam proluat. Sin pituita, phlegmagogis è senna & agarico, mixtis herbis cephalicis, quia probabile tùm pituita turgere Cerebrum, vt turget in balbis blæsisque: quibus ideò laxior aluus esse debet: laxior & in Paralysi, quæ fit ab humida linguæ intemperie, qua loquendi gustandique vsu priuantur, relaxatis ligamentis, & ambobus neruorum generibus impeditis: his nempè qui à septima coniugatione nati motum, & à tertio pari gustandi, saporesque iudicandi munus afferunt. In quibus affectibus repurgato corpore per ea quæ dicta sunt, perque frequentes pilulas, præmissa venæ sectione in plethora, decoctum Guaiacinum vtile, quo pituita liquetur, perque poros insensiles abeat, sequaturque siccitas. Cerebro denique robur addendum est, ne pituitam in posterum in linguæ corpus effundat huiusce sequentibus. ℞. rosar. rubr. vnc. i. succini, vernicis, thuris, seu benzoini mastich. an. ʒij. nuc. moschat. maceris, myrrh. an. ʒj. mosch. ambar. an. gran. sex. fiat pulvis capillis inspergendus. Veleo pulvere bombax impleatur: consuatur cucupha, seu pileus, apteturque capiti. ℞. conserv. florum salu. rosar. anthos & stœchados an. vnc. i. cortic. citri condîti ʒij. puluer. electuaromatic. rosat. & diarrhod. Abbatis an. ʒj. nuc. moschat. macer. caryoph. an. ʒß. Cum iulepo rosac. fiat opiata: de qua quotidiè vesperi sumatur nucis auellanæ quantitas. Oleum vulpinum & è castoreo colli vertebris illitum humorem discutit linguæ vicinum, neruisque confert, ideóque paralysi linguæ: sed mastichino, vel terebinthinæ iunctum oleo magis roborat. Pyroticum admotum primis colli vertebris pituitam à Cerebro deriuat, coquit ac digerit: ideóque fluxionem à lingua remoratur & impedit.

Humoris bilioſi purgatio.

Purgatio pituitæ. Humiditas linguæ nimia quid agit.

Decoctum guaiacinum.

Pulvis capillis inspergendus, aut pro Cucupha, seu pileo capitali.

Opiata.

Cauterium.

INFLAMMATIONIS TONSILLARVM, & Vvulæ, seu Columellæ curatio.

CAPVT V.

Vena sectio.

Cucurbitulæ cum scarificatu.

Succus morotum, & malorum granatorum.

ANTIADAS, *seu Tonsillas tumor igneus vrit*
Interdùm. Qui ne serpat, citò vena secetur
E cubito primùm: post hæ, quas lingua recondit,
Figenda collo est, pronoque cucurbita mento,
Non simplex modò, sed crebrò cute vulnere cæsa.
Colluat oxycrato, vel aqua plantaginis æger
Os, simul & fauces. Adidem valet vnda rosarum,
Aut aqua, quæ recipit cum galla sal, & alumen,
Vt quem mora ferunt & punica grana liquorem.
Vtile clysma frequens, & quæ deriuet in aluum
Potio pallentem, solitam turgescere bilem
Vuula, quæ σταφυλὴ, parili sanabitur arte.
Nec si non sanetur, eam discindere ferro
Antè putes, gracilì è cauda quam pendeat. Vuæ
Scissio plena metus, quia vox minuetur ab illa,
Vitalesque magis torpebunt frigore partes.

COMMENTARIVS.

Duæ in radice linguæ glandulæ.

Vena sectio multiplex.

Iulepum.

Oxycratum.

Gargarisma.

1 DVÆ glandulæ sitæ sunt in radice linguæ, quas Tonsillas, & Amygdalas appellant, Antiadas etiam, & Paristhmia. Quæ quùm phlegmone tentantur, præmisso clystere, brachij vena secanda primùm est, indè nigræ venæ, quæ linguæ subiacent, non omissis in humeris mentoque cucurbitulis, vt auertatur fluxio: quam etiam his sequentibus sistere conabimur. ℞. aqu. stillat. plantag. & oxalid. an. vnc. 3. syrup. myrth. & granat. an. vnc. 1. Misceantur & fiat iulep. in duas doses. ℞. aqu. communis lib. ß. aceti rosac. vnc. 1. Misce, fiat oxycratum, quo sæpe colluantur os & fauces. Vel, ℞. aqu. stillat. plantag. & rosa. an. vnc. 4. diamôr. & syrup. rosatum siccarum an. vnc. 1. misceantur in gargarisma. Vel, ℞. succi moror. immaturorum aut granat. vnc. 1. ci-

tin. balauſt. alumin. gallæ an. ʒij. ſacchar. vnc. ʒ. Coquantur in aquæ libra pro gargariſmate. Si phlegmone minatur abſceſſum, ℞. caricas inciſas ſeptem, ſeminis lini, fænugr. liquirit. raſ. an. vnc. ſem. paſſul. mundat. vnc. 1. Coquantur in aqu. lib. 1. pro gargariſmate. Pure facto (quod prono capite reiectandum eſt, ne regurgitet in fauces) os colluendum aqua decoctionis hordei, cum iulepo roſaceo. Phlegmone ſedata, nec faucibus æquè tumentibus inſtituenda purgatio, qua ſublatis noxijs humoribus impediatur morbi recidiua. Locus enim Antiadum, ſeu Tonſillarum eſt decliuis & anguſtus, ideóque fluxionem facilè recipiens. In quo ſi moratur ac perennat vlcus ſordidum ac putre, malique moris, communibus remedijs minimè cedens, luis venereæ ſuſpicionem afferet, maximè ſi quædam alia huius morbi ſigna præceſſerint, aut comitentur: ideóque remedia quærentur in venerei morbi curatione. Tonſillarum autem & Gargareonis, ſeu Staphylomatis & Vuulæ ſimilis eſt curatio, quam eadem cauſa nempè fluxio ſolet parere.

Quando purgandum.

Vlcus ſordidum in Tonſillis ſi diuturnum & malis moris vndè.

ANGINÆ CVRATIO.

CAPVT VI.

QVVM *ruit in fauces tumor, Anginamque procurat,*
Clyſma dari, venamque dein aperire iubeto
Quæ mediana, & quæ ſubiecta eſt Ranula linguæ:
Nec mora, colluat his, modò quæ dictauimus æger
Iſthmia, ſeu fauces: vel aqua quæ continet vuas
Cum malicorio, atque roſis, nucibuſque cupreſſi.
Si dolor eſt, lac adde aſinæ, vaccæve, Capræve,
Aut fænugræci minimùm. Si ſtrangulat intra,
Fiat vt externus tumor, apta cucurbita collo
Impoſita, & mento. Vel ſuccida lana, tepenti
Plena oleo: quale eſt quod lilia, quod camomilla
Fundit: hyrundinis aut nidi cataplaſma, vel vſtæ
Millepedes, quarum cum puluere, melleque collum
Illine. Si ſit hians os, panis cruſta voretur.
Spongia vel ſilo ſuſpenſa feratur ad imas,

Clyſter. Vena ſectio.

Gargarizomata.

Cucurbitulæ.

Cataplaſmata.

Modus interiora vomicæ in faucibus rumpendæ.

Qua tumor est, fauces: disrumpet tracta tumorem,
Effluet & sanies: quæ prono est ore sinenda
Fre foras: tussique leui, linguaque iuuanda.
Ferre famem leuat hic. Sed ne resoluta cadat vis,

Victus genus Cynanchicorum.

Victus ab hydromeli, vel aqua, liquidisque petatur
Juribus, expressis vt carnibus, atque gelatis.

COMMENTARIVS.

Anginæ citò curandæ.

1 ANGINA vera, quam in faucibus inflammatio parit, à multo bilioso que nata sanguine, præsidium statim, initioque requirit. Nam acutus est morbus, citóque suffocans, quia cibi, potus, ac spiritus viam intercludit, sine quibus vita stare non potest. Auertendus itaque sanguinis ad Laryngem impetus venæ sectione, primùm è basilica, vel mediana, tùm è Cephalica, denique venis linguæ subditis: quæ non, nisi depleto corpore sunt aperiendæ, ne, fuga vacui, sanguis in eas inanitas accurrens, colli venas, eiusque viciniam impleat, & affectum exasperet.

Venæ sectio multiplex.

Astringentium & repellentium materia.

Gargarismata conferunt ex astringentibus quidem primis diebus, vt fluens materia repellatur ex oxycrato, distillatis aquis rosarum, solani, plantaginis, oxalidis, cum succis omphacij, mororum, granatorum actu frigidis, quorum forma data est superiori capite. Iulepi parandi erunt ex ijsdem cum iulepo rosaceo, syrupo myrthillorum, cydoniorum, granatorum, oxalidis. Sed quia non intrò pellenda, sed foras euocanda materia, chalasticis, seu relaxantibus, modicéque digerentibus, vt butyro recenti, oleo chamæmælino, liliorum, amygdalarum dulcium illinatur collum, addita lana succida. Vel cataplasma paretur adiectis cynanchicis, vt albo Canis stercore, millepedum, cochlearum, cancrorum vstorum cineribus, & hyrundinis nido, tale. ℞. radic. althææ, lilior. an. vnc. 2. flor. camomill. melil. an. P1. semin. lini, fænugr. an. vnc. semis. ficus incisas quinque. Coquantur in aqua diu. Terantur, cribrentur. Adde puluer. millepedum & cochlear. vstarum an. ʒij. Cum ol. liliac. quantùm satis fiat cataplasma. Vel, ℞. nidum hyrundinis: albistercoris canis vnc. 1. pulueris cancror. vstorum ʒij. Cum adipe suillo, vel butyro coquantur in cataplasma, quod supià lanam succidam, aut linteum duplex extensum admoueatur collo. Præsens erit cataplasma, si cum melle nidum misceas, colloque iungas. Creber erit clysterum vsus, qui purgationis integræ vicem suppleat, donec remiserit tumor, quoniam in morbi vigore nec potioni, nec catapotijs locus esse potest, arctatis à tumore faucibus. Quùm deglutire poterit æger, instituatur potus è decocto radicis oxylapathi, graminis, oxalidis, foliorum lactucæ, portulacæ, scariolæ cum senna, dissoluta Manna calabriæ, vel infusa Cassia in vera Cynanche. Sed

Quæ materiam foras euocant.

Cynanchyca dicuntur hæc, quia Cynanches curationem arcana qualitate promouent.

Catapiasmata. Cynanchica.

Creber clysterum vsus, quare.

Potio.

in notha', quæ frigidam habet cauſam, ℞. elect. diacartham. ʒiiij. cathol. duplic. ʒvj. ſyrup. laxat. roſar. cum agaric. ℥j. Cum aqua beton. fiat potio. Fames in Angina notha ferri poteſt, quùm in affectu frigido minor fiat ſubſtantiæ diſſipatio. Sed in vera non æquè tolerabilis, quod bilioſis noceat inedia. Conueniunt verò iuſcula refrigerantia cum gelatina. *Pro notha Cynanche potio.*

EORVM QVÆ THORACIS affectibus conferunt.

CAPVT VII.

INGREDIMVR *quoniam morbos Thoracis, eoſque*
Demere conſilium eſt, ſi quæ, iſta ſequentia proſunt.

Dulcia pruna, liquor tumido qui manat ab hordeo,
Cremor & hic niueus, quem fundit amygdala dulcis:
Zyzypha cum Myxis, nuclei pini, tragacantha,
Glycirrhyza, Arabum gummi, ſemenque quod albus
Emittit bombax, & mollis malua, decoræ
Flos violæque: vt & Auellanæ, piſtacia, melque,
Succus & è canna, Sacchar qui dicitur, inda.
Quæ lenire queunt, biliſque arcere furorem.
Tergendo at tenuant, purgantque è pectore phlegma
Paſſula cum ficu, hyſſopus, veneriſque capillus,
Semen & id quod Cnicus habet, ſeu Carthamus, album
Marrubium graio πράσιον quod nomine fertur,
Parua filix, radice potens, velut enula, cuique
Gentius impoſuit nomen, capitatáque Cæpe,
Allia cum Porris, Scordumque perutile Cordi,
Zingiber, origanum, calamintáque, thymbra, thymuſque,
Ireos & radix, acerque Dracunculus, Arum,
Scilla, crocus; menſes, & quæ ſolet herba potenter

Thoracica; nempè quæ Thoracis morbis proprie, peculiariterque conferunt.

Thoracica ſuperiora leniunt bilemque temperant: ſequentia tenuant, pituitamque coquunt.
1. Polypodium.
2. Gentiana.

Ariſtelochia.

Ducere cum myrrha, ſymphitum maius, & illa
Vngula tardigradi quæ dicitur herba caballi:
Montanumque Siler, Scabioſaque, quæque fluentem
Pimpinella bibit ſaniem, ſiſtitque cruorem.
Vulpinus Pulmo, Terebenthinaque vlcera ſiccans
Pulmonis, cohibet diræ contagia Tabis.

Vngula caballina, quæ Tuſſilago.

COMMENTARIVS.

Quid Thorax.

THORAX, ſeu Pectus, ea propriè corporis humani pars eſt, quæ collo ſubiecta, coſtis vtrinque clauditur. Cuius antica facies eſt Sternon, ſeptem oſſibus compactum: poſtica dorſum, duodecim vertebris conſtans: infima Diaphragma: ſuprema claues cum omoplatis: Morbi pluresco continentur, vt Aſthma, Catarrhus ſuffocans, Pleuritis, Peripneumonia, Phtiſis, quique hoc libro deſcribuntur à nobis Pulmonis & Cordis affectus, ideóque dicti communi nomine Thoracici: quibus opitulantur hæc, quæ narrantur hoc capite, vacuato priùs corpore per venæ ſectionem, ſi plenitudo, febriſque: per catharſim, ſi fluxio Thoracem occupat. Ex his verò quædam acrimoniam humoris leniunt ac molliunt: alia detergunt, quæ iam incîdunt, infarctuque, craſſa liberant. Pruna dulcia, zyzypha ſeu Iuiubæ, Myxa, ſeu Myxaria, quæ Sebeſten, moderatè refrigerant & humectant, aluum lubricant, leniunt pectus & arteriam, bilis ardori, ſitique ſuccurrunt. Cremor hordei refrigerat, humectat, oblinit, & facilè in Thoracis partes illabitur, ſitim compeſcit, & aſtrictione nulla detergeт. Succus amygdalarum dulcium, maluæ, bombaciſque ſemen, glycyrrhiza temperato calore humida, tuſſim ſiccam, Aſthma, ſitimque mitigant, Thoracem ac Pulmonem proprietate iuuant, & ab eis humores ſputis educunt. Nuclei Pini calidi humidi, molliunt, detergent, impinguant, & è pectore craſſa lentáque expuitione detrahunt. Tragacantha frigida humida, tuſſim veterem, & omnes Thoracis aſperitates lenit, vt & Arabicum gummi, ſed hoc, minore quàm Tragacantha profectu. Viola, frigida, humida, temperat humores acres ac feruidos: ſiccoſque Pulmones recreans, eorum etiam exaſperatas vias lenit, & humectat. Piſtacia, pineorum inſtar impinguant, &, vt auellanæ veteri tuſſi medentur. Mel & Saccharum calida ſicca detergent, concoquunt, ac leniunt, & è pectore ſputa promouent. At mel non niſi coctum ſumi debet. Crudum enim flatulentum eſt, infenſumque ventriculo: cui Saccharum gratum eſt, & ad omnia melle mitius & gratius. Vua paſſa blandè leniens ac detergens, Thoracis ac Pulmonis affectibus eximiè cõuenit Ficus etiã abſtergẽdi incidẽdiq; vi tuſſi veteri, diuturniſq; Pulmonũ vitiis opitulatur. Aſthmaticoſq; leuat. Hyſſopus vnicè deterget, anhelatoribus vtilis, orthopnoicis, & veteri tuſſi, cruda cõcoquens, & expectorationi ſeruiens,

Morbi Thoracici.

Pruna, Iuiubæ, ſebeſten.

Hordei cremoris facultates.

Amygdalarum dulcium, maluæ, bombacis, glycyrrhizæ vires.

Nuclei Pini.

Tragacantha.

Arabicum.

Gummi.

Viola vires

Piſtacia, & Auellana.

Mel & Saccharum.

Vua paſſa.

Ficus.

Hyſſopus.

Crocus.

vt capillus veneris, semenque Carthami. Crocus calfacit siccátq;: qua vi pituitá attenuans, lethargicos adiuuat, educendóq; sputo conuenit. Marrubium album odoratum, seu Prassium, Origanum, calamintha, thymbra seu Satureia, Zingiber, radix Ireos, Enula, vngula caballina seu Tussillago, Scabiosa, Scordium, Cæpe, Porrum, Allium. Arum, Dracunculus, Simphytum maius, potentiùs Thoracem expurgant, quo maiore calore prædita sunt, abstergendique vi. Quæ, quia calidioris naturæ sunt, in frigidis vsurpanda pectoris morbis, vt Asthmate, & destillationibus sine febre: in calidis, vt Peripneumonia, & Pleuritide suspecta. Pimpinella verò tabidis aptissima. Cruentas enim excreationes sistit, & purulentos expurgat, vlcera deterget, siccat & glutinat, astringendi detergendique vi, qua maximè pollet. Scabiosa tabidis etiam insita vi succurrit, Pulmonem expurgans, & eius vt Pleuritidis vomicas proprietate tumpens. Pulmo vulpis aridus, tabidorum vlcera glutinat, Pulmonumque substantiam occulta vi roborat. E commemoratis verò quæ maximè leniunt, sputaque blandè mouent, prostant syrupus violaceus, Iuiubinus, è glycyrrhiza: electuarium tragacanthæ frigidum, albæ pilulæ, bechicæ, penidia. Incîdunt autem, & validè sputum educunt syrupus de hyssopo, prassio, calaminta: blandius syrupus ex vngula, seu Tussillagine. Syrupus Symphiti facit ad sanguinis excreationem, tabidisque & purulentis suppetias adfert, vt & è terra lemnia, trochisci, & trochisci de Carabe. Quod si parare placet syrupum qui leniat & incîdat, ℞ passular. mundat. ℥j. caricas, iuiubas, sebestem an. numero quinque. semin. maluæ, carthami, bombacis an. ʒij. fol. hyssop. origani, Marrubij odorati, capil. ven. adiant. Polytr. an. Mi. flor. viol. & tussilag an. Pi. Coquantur in aqua sufficienti, tum exprimantur ad lib. 1. adiectóque pari sacchari pondere recoquantur in syrupum. Potiones pectorales variæ fient ex hordeo, liquiritia, passulis, Iuiubis, sebesten, cum aqua multa quæ leniant, in ordinarium potum.

Thoracica calida in frigidis pectoris morbis vsurpanda.

Pimpinella vires.

Scabiosæ dotes.

Pulmo vulpis.

Lenientia Tecta.

Syrupus Symphiti.

Syrupus laborans, lenions, incidens, & abstergens.

TVSSIS CVRATIO.

CAPVT VIII.

PVLMO *quod illius latitans cauitatibus hæret*
Trudere conatur tussi. Quæ sicca putetur,
Si nihil, aut minimum de pectore surgit anhelo
Per sputum. Tussim facit hanc aut viscidus humor,
Aut tenuis, fumisque arteria siccior, vt quùm
Ignea febris habet. Si viscidus hanc mouet humor,

Signa siccæ tussis.

Causæ.

Tussis ab humore viscido, glutti-

Vocisque curatio.
Hyssopo coquitur, tergente vel oxymelite.
Ab humore tenui curatio.
Si tenuis, spissat roseus cum sacchare succus
Et violaceus, & quem dat cereale papauer,
Penidiæque, & eæ, quas dat tragacantha, tabellæ.
Tussis à siccitate curatio.
Aspera quùm sicca est arteria, leniat illam
Lac oleumque, dabit quod amygdala dulcis, & hordi
Candidus expressus liquor, & liquiritia, semen
Bombacis, maluæque, in aqua cum sacchare coctum:
Pruna quibus iunges, vt dulcia Zyzypha, myxa.
Tussis ab humore copioso curatio.
Humore at nimio si Pulmo in gutture feruet,
Huic dat opem cum marrubio calaminta, vel Iris,
Scylla vel in linctu, hyssopus, veneriſque capillus.

COMMENTARIVS.

Tussis quid. TVSSIS, est efflatio vehemens, qua natura foras excludere conatur, quod in spirandi organis ei molestum est. Cuius causæ scrutandæ sunt, vt iis remedium opponatur. Interdùm enim ab intemperie contrahitur: frigida quidem, vt quùm hyeme repente tempestas aquilonia superuenit, quæ pectus refrigerat, & comprimit. Nam frigida velut nix & glacies inimica pectori, tusses mouet, venarum ruptiones, & distillationes efficit, ex Hippocratis Aph. 24. lib. 5. Fit etiam ab intemperie calida tussis, liquatis humoribus, & in partes respirationi dicatas illabentibus. Vt à sicca, quùm hectica febris exercet, in pectore genitis ichoribus. Ab humida, quùm cæli statu pluuio, vel humidiore cibo, potuque, vel à vita deside, vel à pleniore Cerebro spiritus organa turgent humoribus, quos natura denique conatur excludere. Quæ curanda contrarijs. Vt in intemperie frigida inspiratio calidi, luculentus ignis, lintei calentes admoti pectori, capitis, pedum, totiusque corporis calor, vt potus cibique calidi remedium adferunt. In calida refrigerandum. Et si quis est tenuis humor qui tussim mouet, inspissetur, & coctus excludatur. In sicca, corporis habitus humectandus per balnea, parteſque contentæ pectori iusculis humectantibus, amygdalatis, hordeatis, ptisanæ potu fouendæ, solandæque. Sin intemperies humida, sitis, fame, exercitatione mediocri minuenda, præsertim si quis obesus hanc intemperiem à crapula contraxerit. Si per consensum tussis est, partibus affectis primario succurrendum. Vt si Iecoris inflammatio, presso Diaphragmate tussim attulit, adferenda remedia quæ phlegmonem eius tollant. Si catarrhus, quæ purgent Caput acroborent per ea, quæ peculiaribus capitibus explicantur. Sin in Thorace concluſus humor tussim excitat, excludendus per ea, quæ quod tussi cõferunt, Bechica nominan-

Tussis varie causa.

Tussis ab intemperie frigida calida, humida, sicca curatio.

Tussis quæ sympathia fit curatio.

ca nominatur: qualia sunt in calida, tenuique materia syrupus violaceus, iuiubinus, papauerinus, eclegmaque papauerinum, quo rariùs, vt & cæteris eclegmatis vtimur, quod nimium spissa sint & ingrata. Syrupi de hyssopo, prassio, calaminta crassos humores incidunt & educunt, vt oxymel simplex & scylliticum, eclegma de nucleis pineis sanum, & è Scylla. Lenit syrupus è glycyrrhiza, tussilaginis, & capillorum veneris, vt tabellæ diatragacanti frigidi, pilulæ albæ, bechicæ, penidia. Si tussim infert arteriæ asperæ siccitas, præter dictas tabellas oleum amygdalarum dulcium cum sacchari candi puluere, butyrumque recens per se, vel cum saccharo communi deglutiendum. Confert magis in febribus & calidiore causa syrupus violaceus cum bacillo liquiritiæ sensim glutitus, cum quo syrupi bechici reliquisumi solent. Sic enim Epiglottide reserata syrupi, quæque liquida sunt, per asperam arteriam in Pulmones, & respirationis organa deferuntur: quorum hæc esto formula. ℞. syrup. violac. & iuiub. an. vnc. 2. Misce. Sumantur instar eclegmatis omni hora, cum bacillo liquiritiæ. Plures his affines describentur sequentibus capitibus. Purgandum autem in tussi ab intemperie cum materia: calida quidem, Cassia, Manna, Rheo, diapruno solutiuo, electuario, lenitiuo, de succo rosarum: pilulis aureis, communibus, de hyera. Sed in frigida catapotijs ex agarico, sine quibus, coccijs, electuario diacarthami, maximè si fluxurum metuimus humorem à Cerebro. Túmque Cephalicis thoracica miscenda sunt. Vt, ℞. fol. beton. lactuc. an. Mi. iuiubas, sebesten an. numero quinque. semin. bombac. fænic. liquirit. rasæ an. ʒj. passul. & fol. senn. mundat. an. vnc. semin. flor. violar. & tussilag. an. Pi. fiat decoct. In colat. dissolue manu calabr. vnc. i. fiat potio, quæ bilem educet, vt phlegma sequens. ℞. fol. hyssopi, beton. capill. ven. an. Mi. semin. cartham. contus. ʒii. traget. commun. ʒj. fol. senn. ʒvj. Coquantur in aqua. In colatur. dissolue pro dosi elect. diacartham. ℈iij. syrup. solut. rosar. cum agaric. vnc. i. Vel, ℞ mass. interior. lul. sine quibus ʒß. pilul. de Agarico ℈ij. Subigantur in aqu. Hyssop. finganturque pilul. quinque, deglutiendæ vesperi. Si tussis à Catarrho est, admoueatur occipiti denique pyroticum.

Bechica. Quæ calidam materiam inspissant. Incidentes phlegma syrupi, & laquores. Quæ leniunt. Arteria aspera siccitati quæ conferunt.

Syrupi eclegmatis modo deglutiendi. In tussi ab intemperie cum materia quid agendũ.

Potiones cathartica.

Pilulæ.

ASTHMATIS CVRATIO.

CAPVT IX.

Asthmatico conferentia cathartica.

DECREPITI *ius cum porro leuat Asthmate galli,*
Sennaque cum ficu, glycirrhiza, vngue caballi,
Origanoque, thymoque, cui Diacarthamus addet,
Aut hyera, aut fungus, quem mittit Agaria vires:

Syrupi contequentes, attenuantesque pituitam.

Et qui deriuant à pectore phlegma syrupi,
Marrubij, hyssopi, atque thymi, veneriſque capilli,
Sulphure cum pauco, fuerit ſi viſcidus humor.

Guaiaci decoctum.

Quem ſudore fugat ſancti decoctio ligni.
Sed noua ne veniat pituita, locabitur æger
In molli ſtrato, calida ſpirabit in aura,
Sublimique loco: pedibus curruque patentes
Lætus agros petet, aut curua maria alta carina,
Contentus tenui potuque, ciboque. Sed illis
Non tamen vt careat quæ ſunt iucunda palato.

Rarior victus in Aſthmate.

Huic etenim perdix conceditur aſſa, columba,
Pullus & indus, aues enchymæ, quadrupedeſque.
Panis & è pura ſimila, biſcoctus, & ille
Qui ſale condîtur, coriandro, fæniculoque.
Lene etiam, modo ſit paucumque vetuſque falernum,
Hydromelique potens, quod vini fragrat odore.

Topica.

Occipiti fixus, medioque in pectore cauter
Vtilis, & geminis admota cucurbita mammis,
Et tereti, regio Reni quæ proxima, lumbo.

COMMENTARIVS.

Quid Aſthma.

1 ASTHMA commune nomen eorum eſt, quibus reſpiratio crebrior atque frequentior. Quod ijs accidit qui curſus, & vehementes exercitationes ſubeunt. Propriè tamen Aſthma, de quo nobis hîc ſermo, chronicus, ſeu diuturnus affectus eſt, in quo continenter citrà febrem ægroti ſpiritum ægrè ducunt: quos Orthopnoicos appellant, quia ſuffocationis metu recta ceruice ſpirare coguntur. Cauſas antè duas eſſe præcipuè diximus: nempè copiam humoris viſcidi lentique, bronchijs pulmonum impacti, crudumve tuberculum in ijs genitum à craſſiore pituita. Quùm igitur Aſthma frigidum affectum eſſe conſtet, degat æger in aere calido, cibis vtatur aſſis, potuque, quem in fine verſuum attigimus calfaciente: ſeque frequenter exerceat æger in aere libero ſiccoque, quo craſſior humor diſcutiatur: quem decoctum hydroticum è guaiaco per inſenſiles cutis meatus abire & euanescere coget: at non, niſi repurgato prius corpore, ne relictus in corporis varijs partibus humor bulliens & incalescens orthopnæam augeat. Itaque ne pituita decumbens è Cerebro pharyngem, & trachetam arteriam oc-

Aſthmatis cauſa.

Decoctum è guaicoue ſiue ſaſſaparilla præſtitum attenuando eo quandoque conſert Aſthmati.

cupet, catapotia sæpe vorentur aggregatiua, seu polychresta, coccia, lucis maiora. Potiones phlegmagogæ dentur in hunc modum. ℞. radic. ireos, enul. campan. petrosel. fænic. an. ʒß. semin. carthan. contus. fænic. bombac. vrticæ, malu. an. ʒij. fol. hyssop. pimpinell. scabios. tussilag. an. M. ficus tres: iuiub. sebest. an. numero septem, glycirrh. ras. passul. mundat. an. ʒß. fol. senn. mundat. ʒij. fiat apozema pro tribus dossibus. quæ dentur tribus matutinis continuis, addendo ad singulas doses syrup. capill. ven. ʒj. Interdùm, ℞. mann. calabr. ʒij. Diluantur in iure galli veteris, cocti cum hyssopo, satureia, pimpinella, vel porro solo. Manna bechica est, in ijsque dissoluta bilem aquasque ducit. Vel, ℞. cathol. duplicati ʒj. elect. diacartham. ʒij. aut ʒiij. sirup. de hyssop. ʒß. Cum aqua scabios. fiat dosis. Vel, ℞. semin bombac. fænic. liquirit. ras. singul. ʒij. fol. oriental. ʒß. iuiub. quinque fiat decoct. In colat. dissolue syrup. laxat. rosar. cum agaric. ʒj. elect. Diacartham. ℈iiij. Detur potio manè, duabus horis antè iusculum. Veniendum hinc ad ea, quæ saburratos, infaretosque pulmones exonerent, vt syrupos hyssopi, tussilaginis, calamintæ, marrubij. ℞. syrup. tussilag. & capill. ven. an. vnc. 1. oxymelit. simplic. & scyllit. an. vnc. semis. Misce. Vel, ℞. syrup. capill. vener. syrup. marrub. seu de prassio singul. ʒ ß. sulphur. viui ʒj misce. Dentur instar eclegmatis cum bacillo liquirit. Vel ℞. terebinth. venetæ drach. duas, sulphur. viui drach. vnam, glicyrrh. ʒß. misce. fiant parruæ boli, deglutiendæ sensim cum saccharo, magnitudine pisi. Sulphur immisceri syrupis, aut cum oui vitello sumi potest à ℈j. ad ʒß si pharynx pituita turgeat, & obesus æger est: quod suspectum in macilentis, ijsque, qui ex meracioris vini haustu, quod hodiè sæpe fit, Asthma contraxère: quibus venæ sectio necessaria, quùm natum sit à plenitudine malum. Thorax his illinendus. ℞. ol. laurin. & chamæm. an. vnc. 1. terebinth styraces pinguis an. drach duas. Misce pro litu thoracis. Huc etiam faciunt oleum amygdalarum dulcium, de keiri, liliaceum, costinum, vt chalasticis discutientia misceantur. Conferunt admotæ cucurbitulæ scapulis, mammis, lumbis, cruribus, quæ deriuent, & reuellant à pectore, quùm suffocationis periculum imminet. Vt & extremorum frictiones & vincula: cauteria tùm occipiti, tùm pectori: quæ sunt dropacibus, synapismis, phænigmis, vstionibus minùs horrenda, nec minùs vtilia.

Varia pro Asthmate cathartica.

Bechica.

Sulphuris dosis.

Sulphur quibus noxium.

Litus pro thorace.

Cucurbitulæ.

CATARRHI SVFFOCANTIS Curatio.

CAPVT X.

Vena sectio. *SI ruit in fauces citò, suffocatque Catarrhus,*
Tunde citò venam. Mora nam solet esse periclo.

Clyster. *Clysma dein dabis acre, ferox declinet vt humor,*
Desinat & partes aura priuare supernas.

Varij potus. *Potus aquæ vitæ cum sacchare, scylliticum mel,*
Betonicæ vnda, thymi, hyssopi, casiæque iuuabit.

Cucurbitula. *Cumque leui flamma suspensa cucurbita collo.*
Si satis hæc non sunt, purges vt in Asthmate corpus:
Cuius par causa est, paria & symptomata, ni quod
Summa hîc sunt, sæui & volat hora breuissima morbi.

COMMENTARIVS.

1 AFFECTVS hic rarus est, ijs plerúmque succedens, quibus infarctæ plurima pituita Pulmonis cauitates Dyspnœam adferunt: ijsque, quibus Cerebrum plenum & infirmum est, maximéque generoso vino madere, & ingluuiei, inertiæque se dedere solitis. Quibus ideò celerrime secta vena remediũ est: quia tùm, nõ modò brõchia Pulmonis pituita turgẽt, sed vicinæ venæ pariter obstruuntur, vt in hac Apoplexiæ specie, quã Apolypsin appellari diximus. Ergo properè venam aperire, quod sæpe fæliciter egimus, plenitudo vasorum, suffocationis metus, quæ depletionem exigunt, suadent: minùs quidem si dum vena secatur, pulsus imbecillior vitium infirmitatem indicat: ampliùs verò, si pulsus tùm assurgit, plethoricumque corpus est. Tùm indendus clyster acrior, qui reuellat. Ad incidentia quoque properandum, quæ crassos humores findant, & sputis educant è syrupis capite superiore descriptis, quibus aquam cinnamomi vitæque miscebis, quæ maximè tenuant. Purgandi formulas, si morbus dat inducias huc è capite de Catarrho & Asthmate transferes.

Quibus, & cur in Catarrho suffocante vena secãda.

Huius affectus remedia quare capite superiore de Asthmate.

PERIPNEVMONIÆ CVRATIO.

CAPVT XI.

IN *Peripneumonia, premitur qua mollis ab igne*
Pulmo, iuuat balano fæces educere primùm, — *Quid in curatione Peripneumoniæ primùm agendum.*
Hinc venam reserare, nouus ne confluat humor,
Angustetque cauos, per quos patet aura, meatus.
Nec reserare semel satis est, vbi spiritus ægrè
Ducitur, & grauitas querula cum febre fatigat. — *Phlebotomia multiplex.*
Ter, quater audendum, nisi vis effæta videtur.
Cassia dein, lenitiuum, vel manna paretur
Cum senna & prunis, fuerit si tardior aluus. — *Purgationes blandæ.*
Sputa moue cum iuiubeo, violæve syrupo,
Hocve, cui Tussillago, & Liquiritia nomen — *Syrupi bechici.*
Indidit, hyssopus etiam, veneriſque capillus.
Sit ptisana in potu, vel sacchare mixta bibatur
Lympha: vel ex vuis & aqua sit potio passis — *Potus.*
Cum glycirrhyza. Cibus est laudabilis ouum
Sorbile, quodque gelu est vituli de carne, capique. — *Victus.*
Illitur ex oleo, quod fundit amygdala dulcis
Atque chamæmælum Thorax, lenire dolorem — *Litus.*
Assolet, althææ, maluæ cataplasmaque, constans
Butyro, & lini, fænugræcique farina. — *Cataplasma.*

COMMENTARIVS.

PERIPNEVMONIÆ quæ signa, quæ causæ sint, quæque vera sit, quæ notha, lib. 2. diximus. Quùmque vera fiat à sanguine, non dubium quin initio vena secanda sit. Biliosum verò sanguinem indicat spuma, color flauus, porraceus, prasſinus, seu viridis quùm resedit in vasculis: purum ac sincerum purpureus, atrum plumbeus, pituitosum albicans. Et si qui detractus est sanguis albet, eum potius à putredine colorem quàm à pituita credo nanciſci, putulentumque, non pituitosum appello sanguinem. Vt enim in carnosa parte quæ patitur Abſceſ- — *Sanguinis in vasculis contenti qualitas quibus signis agnoscatur.* — *Authoris iudicium de albicante,*

vena secta, sanguine.

sum, quod maturum & coctum est albet, fitque verum pus: ita quod in sanguinis massa putret, & velut abscedit, veri puris colore perfunditur, deque eo spem in morbo concipimus, verumque iudicium ferimus, quùm æquale est & compactum: sinistrum verò, quùm diuulsum, liquidum, & sine fibris, quas censemus à ferina putredine consumptas. Veruntamen color albus etiam frigidioris, ideóque pituitosioris sanguinis argumentum est, quùm in feruidiore sanguine flauior & viridior color appareat. Ergo, si sanguis in Peripneumonia croceus, aut viridis, quùm aliquandiu manserit in vasculis videatur: sputumque flauum aut æruginosum, bilioſum affectum & acutum existima, cui venæ sectione sine mora succurre. Primisque diebus, in quibus constare solent vires, ampliùs, vel ad lipothymiam deple: sequentibus verò minùs, nisi suaserit aliter morbi magnitudo, quàm vndosus & plenus pulsus, rubet vultus, ponderis in Thorace sensus, & dyspnæa notabunt. Blandus interdùm clyster in anum indetur, quo fæcibus excluſis temperetur calor, & aura putris sursum efferri desinat. Cassia bolo dabitur cum saccharo: vel cum decocto pectorali Manna dissoluta bibetur. Syrupi bechici lingentur violaceus, Iuiubinus, è glycirrhyza primis diebus: progressóque morbo syrupus tussilaginis & capillorum veneris, cum oxymelite simplici: sique vigiliæ calorem ac febrem augent, syrupus è papauere rhæade, quem hîc, & in Pleuritide cõmendant, & arcana vi conferre volunt. Amygdalatum & hordeatum, addita ʒj. seminis papaueris albi commodè vesperi dabitur. Butyraceæboli cum saccharo deglutitæ molliunt, leniunt, sputumque blandè promouent, vt hypoglottides, seu linguæ subditæ pilulæ diatragacanthi frigidi, pilulæ albæ, bechicæ, penidia, glycirrhyzæ succus. Peripneumonia quæ fit à sanguine mitior est, quæ remedijs ijsdem sanatur. Ea verò, quam pituitosus peperit sanguis, non æquè subita præsidia requirit, quia placidior: longior etiam, quia materia crudior. Quæ coquenda & expellenda per superiora syrupis tussilaginis, capillorum veneris, liquiritiæ, hyssopi, Marrubij, calamintæ, cum oxymelite. Vena secanda parciùs, purgandumque validius, vt in notha Peripneumonia, quam distillatio peperit. In qua nemo, credo purgationem non admittit, vt auertatur à Thorace fluxio, quæ manat à Cerebro. Sed & in vera Peripneumonia post multiplicem apertionem venæ, si cacochymum corpus est, non sola Cassia, mannaque, sed & catholico, sennaque purgandum, vt è distantioribus sedibus materia quæ ferri posset in Thoracem reuocetur in aluum: vt quæ Thorace continentur per anatharsin in superiora pellenda est. Id si non fit, è Peripneumonia plerumque nascitur Empyema. Quod his verbis admonet Hippocrates lib. prognost. Qui dolor in his, Thoracis nempè sedibus, affligit, neque purgatione per sputa, nec fæcum alui subductione, nec venæ sectione, nec medicamento purgante, nec victus ratione desinit, in suppurationem verti sciendum est. Quem locum hisce versibus expressimus.

Progressus ad Peripneumoniæ curationem.

Plenitudinis signa.

Syrupi papaueris rhæados.

Syrupi bechici concoquentes, & mordentes.

In Peripneumonia quæ nascitur à sanguine pituitoso, & ea quæ fit à Catarrho vena secanda parciùs, sæpius purgandum.

Sedibus his, si quis dolor est vesanus inhærens,
Qui neque sedetur sputo, ventrisque fluore,

Nec tuſa vena, neque conueniente catharſi,
Nec victus ratione, ſequi pus indè ſciendum eſt.

Quod ideò memoriæ mandatum eſſe volo, vt eorum minuatur opinio, qui non niſi poſt ſeptimum diem in Peripneumonia & Pleuritide catharſin imperari volunt, quam millies cum ægrorum ſolatio & ſalute dari iuſſimus, non primis quidem diebus, in quibus phlebotomiæ, & anacatharſi, ſeu expectorationi ſurſum per ſputa locus eſſe debet, ſed quarto, quinto, ſexto-ve die. Vt verò molliatur in Pulmone, coquaturque ſputum, præter ea quæ diximus, his illinendus thorax. ℥. ol. amygdal. dulc. & butyr. recent. an. vnc. duas. cæræ parum. Vel, ℥. ol. violacei recent. vncias duas. ol. chamæm. vnc. 1. Miſce pro litu thoracis. Vel tale deſcribatur cataplaſma. ℥. rad. alth. malu. an. vnc. tres. ſemin. lini vnc. 1. caricas inciſas decem numero. Coquantur in aqua, coctáque terantur, cribrentur. Adde pinguedinis ſuillæ, vel butyri recent. quantum ſufficit in cataplaſma: quod extenſum ſuper linteum duplex, admoueatur regioni pectoris. Peripneumonia verò plena periculi eſt magnitudine ſymptomatum, in quibus ſunt oppreſſio, dyſpnæa, febris, qua iuuenes citiùs quàm ſenes intereunt. Vicinia Cordis, cui communione vaſorum conſentit Pulmo, cuiuſque flabellum eſt, ad reſpirationem vitamque neceſſarium: ideóque cui facilè ſuos communicat affectus. Seruitute denique Cerebri, cuius Catarrho quaſi perenni riuo ſtagnans Pulmo, ſæpè languet & obruitur. Spectanda verò maximè ſputa ſunt. Malum enim non expurgari Pulmonem, ſed feruere plenum in gutture. Malum etiam ſputum album, rotundum, viſcidum, pallidum, viride, ſpumans: flauum etiam, ſi ſincerum: vt ſincerum. 1. impermixtum, & vnius coloris humoriſque prauum: nigrum deterrimum. Id verò ſputum laudabile, ſpemque ſalutis adferens, cui flauum eſt exactè commixtum pituitæ, quodque citò, faciléque ducitur è pectore. Commendatur enim in omnibus thoracis morbis libera & liberalis anacatharſis & expectoratio, quia Pulmonem ab oppreſſione vindicat, roburque ſignificat excretricis in Thorace facultatis, & Cordis. Et hæc de Peripneumonia ſatis: quibus addere ſi plura vis, ad caput de curatione Pleuritidis, quod infrà ſequitur, accurre.

In eos, qui non niſi poſt ſeptimum diem purgandum in Peripneumonia & Pleuritide ſentiunt.

Topica remedia.

Latus.

Cataplaſma.

Peripneumonia quibus periculoſa.

Prognoſticum è ſputis in Thoracis affectibus.

Mala ſputa.

Sputum laudabile.

EMPYEMATIS CVRATIO.

CAPVT XII.

Empyematis euidentia ſigna.

A Peripneumonia, vomica, lateriſque dolore,
Anginaue, dolens pars antè dolore remiſſo
Si grauis, & rigor eſt, ſequitur generatio puris.
Quod ne cuctando partes Thoracerecluſas
Vulneret, & fluidæ iaciat fundamina Tabis,

Empyemati conferentia.

Hæc dato quæ ſputum ualeant educere tuſſi.
Molliet acre, ſequax reddet uiola atque ſebeſten.
Herbaque cui nomen dedit ungula leta caballi,
Iuiuba bombacis cum ſemine, penidiæque,
Dulcis & hæc radix, quæ nunc liquiritia fertur.
Pus magis hyſſopus craſſum, ueneriſque capillus,
Oxymelique trahet, calamintáque, marrubiumque,
E quorum ſuccis fient cum ſacchare linctus.
Pota mouet ſputum ptiſana, oxymelique, uel unda
Mellea myxta thymo, cibus & quem diximus antè.
Non hic quæ ualidè purgent medicamina proſunt.
Senna nec ipſa, licet mitis, niſi cocta probatur

Blanda cathartica.

Cum prunis, myxis, uiolis, uel dulcibus uuis,
Iure uel in pingui. Manna eſt innoxia, tuta
Caſſia præ cunctis. Cui ſi terebinthina iuncta eſt,
Mollit & humores, pus concoquit atque repurgat.
Si grauitas non cedit ab his, externa fouenda

Fotus & cataplaſmatum materia.

Pars uel hydrælæo, uel aqua cum mollibus herbis:
Vt malua, althæa, cum floribus & camomillæ.
Figenda è cocta ſunt aut cataplaſmata ficu,
Althæa, malua, porroque, ſimóque columbæ,
Quæ ſuis ungat adeps, uitulive, uel anſeris, atque
Contineat, pariterque coquat gummi tragacanthæ.
Hippocrates aperit ferro latus urit & igne.
Pus at tu melius calido cautere moueto.
Si mora longa mali eſt, neque qui prius aſſidet ignis,
Lactis erit Capræ-ue, Aſinæ-ue perutilis uſus.

COMMENTARIVS.

Quid Empyema.

EMPYEMA generali nomine collectio puris eſt, in quacumque parte corporis. Propriè verò puris eſt inter Pulmonem ac Thoracem: aut ſi mauis, in uacuitatem Thoracis effuſio. Quæ ſæpè fit, quùm ex Angina, Peripneumonia, Pleuritide pus: aut pituita è Cerebro in Thoracis capacitatem illabitur. Dùm fit Empyema, febris, dyſpnæa,

rigor

rigor est, quæ cessant pure facto. Tùm in parte Thoracis fluctuationis sensus agnoscitur, quùm æger in lectulo variè se mouet & agitat. Quia verò Mediastinum, thoracem in duos sinus, dextrum, sinistrumque diuidit, pus interdùm vnicum latus duntaxat obsidet. Quodnam sit, hinc metiendum. Vertere se debet æger, ait Hippocrates lib. prognost. ac discere quonam in latere calorem, dolorem, pondusque sentiat. In quo hæc sunt, empyema residet. Quod scire conuenit, vt non toti thoraci, sed ei parti quæ pus continet aptemus topica. Pus autem intra quadraginta dies repurgandum, si tabem vitare volumus, quæ post eos dies est consequutura. Quare si acre pus in thorace reconditur, expectorabitur amygdalarum dulcium succo, cum saccharo cando, butyro recenti saccharato, syrupo violaceo, iuiubino, tussilaginis, liquiritiæ: si tenax & viscidum, syrupo de hyssopo, de prassio, de calaminta, de thymo cum oxymelite simplici vel scyllitico. Quibus vtetur æger simplicibus aut mixtis cum bacillo liquiritiæ, formulis hisce sequentibus. ℞ succi amygdalarum dulcium nuper extract. ʒj. vel ʒjß. saccharat. candi pulueriati ʒij. Misce. dentur è cochleari. Vel, ℞ butyri recentis vnc. 1. cum sacharo fiant boli sensim deglutiendæ. ℞. syrup. violar. & vngulæ caballinæ, seu tussilaginis an. vnc. 1. syrup. de hyssop. vnc. sem. Misce. Sumantur instar eclegmatis cum bacillo liquirit. Cassiæ, Mannæque communis erit ad catharsin vsus, cum aquis stillatitijs vngulæ caballinæ, scabios. pimpinellæ. Vel, ℞. medull. cass. ʒvj. terebinth. venetæ ʒiij. Cum saccharo fiant boli. Vel ℞. fol. scabios. pimpinell. tussilag. an. Mj. summit. hyssop. Pt. semin. bombac. carthami fœnic. dulc. an. ʒj. liquirit. rasi. passul. mundatar an. ʒij. fol. senn. vnc. sem. fiat decoct. In colat. dissolue Mann. calabr. vnc. 1. pro dosi. Topica superiori capite pro thorace descripta, vel hæc vsurpentur. ℞. ol. lil. & camomill. an. vnc. 1. terebinth. vnc. sem. misce pro litu thoracis. Vel, ℞. radic. lil. & alth. an vnc. 3. fol. alth. malu. porri an. Mi. caricas, allia singul. numero sex. Perfectè coquantur in aqua: terantur crebrentur. Adde simi columbini & fermenti actis an. vnc. 1. pinguedinis anseris quantùm sufficit in cataplasma, quod linteo superinductum admoueatur thoraci, qua parte grauitatis & fluctuationis sensus est. Postremum erit remedium Pyrotico, quod declui parte thoracis interendum, vbi senserit pondus & inundatio. Quùm hæc fient, pulmoni Cor roborabit addendum in lepis sequentibus. ℞. aqu. stillat. tussilag. scabios. card. morsus diab. syrup. capill. ven. an. vnc. 3. Misceantur & fiat iulep. in mel. dolcis. Vel, ℞ aqu. stillat. scabios. scord. mort. an. vnc. 2. trochiscor. de viperis vnc. 1. confect. alchermes ʒj Misceantur & fiat iulep. in mel. dolcis. Saccharum candum in ore crebrò tenebitur, sensim deglutiendum: erit enim stomachi tergendique vis, & magna cum vocis gratia. Victus [illegible], quo corpus minùm humectet, nec siccior, quàm [illegible] ferat manè cum iusculo tremulum eunuchi, in prandio elixum pullique caro: pullus gallinaceus, aut turdus, aut perdix, aut colu[illegible] ienenis in cœna, quæ Marcipane claudatur. Potus erit hydromel. vel hydrosaccharum, vulgo Bochetum: aut, si vites languidæ, vinum tenue, vetus, paucum, aqua multa dilutum.

Quibus signis colligendum in qua parte pus empyema.

Ad empyema remedia.

Remediorum formulæ.

Cataplasma.

Pyroticum adhibendum in empyemate.

Victus empyematis.

PHTISEOS, SEV TABIS Curatio.

CAPVT XIII.

HIC Tabes Phtisis est Graijs, Phtoe que vocata,

Tabes à pulmonis vlcere curinsurabilis.

Cui comes est macies cum lenta febre, feroque
Vlcere Pulmonis: genus insuperabile morbi.
Tussis enim, sine qua nequit expurgarier vlcus,
Pulmonem lacerat: pulmo sine fine mouetur,
Nec benè pertingunt in eum medicamina. Sæpe
Causa mali caput est. Jdeo purgare Cerebrum,
Et firmare modis opus est, quos diximus antè,

Tabis curatio.

Est vbi decidui causa assignata Catarrhi.
Lingere tùm liquidos dulci cum sacchare succos
E violis, è marrubio, veneriſque capillis,
Et reliquis quæ sputa mouent. Passa vua cibus sit
Vtilis, vt pini nuclei, pistacia, ficus,
Dactylus, & niueum donat quod amygdala corpus
Sacchare conditum, tergentis cremor & hordi.
Expressus vituli succus, succique gelati
Carnibus è varijs, bona queis alimenta sequuntur.

Distillati restaurantis materia.

Et de tardigrada Testudine distillatum,
De Limace, & ijs, degunt qui in flumine Cancris.
Cum gemina Perdice, capo, pullove gemello,
Conseruis mixtis borraginis atque rosarum,
Ireos & violæ, cum puluere margaritarum,
Armeniæ boli, tragacanthi, coralijque.

Lactis species.

Lac muliebre tenet primas, quod ab vbere sugi
Præstat, vt infanti mos est: valet hinc asininum

Tertia palma capræ lacti datur, vltima vaccæ.
Quæ citò corpus alunt, sanie mundare, ferumque — *Lactis dotes.*
Mulcere humorem norunt, & claudere vulnus.
Vt sumptus tremulo puluis vulpinus in ouo,
Et ptisana, adiecta plantagine: lympha rosato
Sacchare mixta: meri tenuis vel guttula, multæ
Cum pimpinella infusa superaddita lymphæ.
Balnea dulcis aquæ prosunt: sed & antè cibare; — *Balnea quæ, & quibus modo phtisicis vtilia.*
Inque ipso licet ingressu, ne languida virtus
In medijs vanescat aquis. Si segnior aluus,
Mollibus ex herbis niueo cum lacte, seroque
Et sale sit clyster. Veteris vel coctio galli
Sumatur, vel manna per os, aut Cassia nigra.
Nox vigil & curæ mœror, metus, ira, laborque,
Phœbeique nocent radij, nocet omnis & algor. — *Phtisicis quid fugiendum, quidque sequendum.*
At modicus calor vtilis est, & siccior aura,
Dulcis & alta quies, sopor & nocturnus, & aures
Quæ feriunt hominum dulci modulamine voces.

COMMENTARIVS.

PHTISICVM agnoscès è signis lib. 2. cap. 29. commemoratis: ex quibus quàm maligna febris, quantaque sit natiui caloris paupertas & inopia, è carnosarum, spermaticarumque partium siccitate collige. Ægrum cibabis alimentis mollibus, boni succi, excrementi pauci, quæque vires ocyssimè reparent: qualia sunt oua tremula, succus expressus è carne capi, perdicis, Hoedi, vituli; iuuenis, gelatina lac amigdalatũ, hordeatũ. Sed imprimis lac vtile. Quũ enim in Phtisi duo præcipuè cõsiderãda sint, macies & vlcus, lac vtrique maximè cõgruit. Butyrosa nãq; substantia sua lenit, alitque: serosa deterget, caseosa consolidat: Ideóque qua nutrit, maciem remoratur & impedit: qua lenit, humoris acris vlcus committentis ferociam obtundit, domat, sputumque promouet: qua deterget, mundat, sordes nimirum & saniem eluit: qua consolidat, vlceris labra contrahit, vnit, vlcusque sanat. Lactis verò delectus habendus est pro scopo. Muliebre namque lac, quia naturæ nostræ simillimum; ad nutriendum etiam aptissimum & potentissimum est: ad tergendum asininum præstantius: glutinat magis Caprillum & Ouillum: Vaccinum, quia butyrosæ caseosæque substantiæ plurimum habet, *In phtisi duo considerãda. Lactis dotes.*

mihi quoque nutrire plurimum ac lenire, vlcusque consolidare videtur. Muliebre verò fugendum ex mamma: reliquum lactis genus statim, vt ab vbere mulctum sorbendum est, ne mora longiore corrumpatur.

Quo tempore lac bibendū, quæque ante omnia bibatur obseruanda.

Addendum saccharum, vt eo sumpto nidor & corruptela vitetur, idque sit stomacho gratius: vel in eo chalybs, aut ferrum extinguendum. Manè verò bibendum est, ne surpersint à cæna ciborum in ventriculo reliquiæ. Non alteri cibo iungendum est, ne coaguletur atque grumescat. Nec ab eo poto dormiendum, ne fumis caput impleat grauetque. Sumatur autem ab vncijs quatuor ad octo, vel etiam ad lib. 1. si nidorosus

Dos lactis fiendi.

aut acidus ructus nullus est, ab eoque nulla ventriculi noxa sentitur. Sed vt lac dare tabidis, & in longis febribus bonum, vt eius alimento benigno marasmi causa tollatur: sic in dolore capitis, acuta febre, inexhausta siti, Diarrhœa biliosa, hypochondriorum elatione & murmure malum, ex Hippocrat. aph. 64. lib. 5. Quare tùm ab hoc abstine, cibaque tabidum euchymis succis, quorum nuper meminimus: insuper & alijs qui multi sunt alimenti: quales qui è fluuiatilibus cancris, Limacibus, testudinibus, pedibus vitulorum & vueruecum longa coctione premuntur per linteum, aut capitello destillantur: aut è balneo Mariæ, quod vtilius & gratius, excitantur & emergunt. Syrupus resumptiuus qui nutriat, detergat, leniat, glutinet talis erit. ℞. Pineol. & Pistac. an. vnc.

Syrupus resumptiuus.

1. passul. damascenarum mundat. vnc. 2. iuiubas, sebesten, ficus pingues, an. numero decem. fol. agrimon. scabios. tussilag. hyssopi, pimpinell. an. M. 1. hordei mundati Pij. semin. alth. malu. bombac. vrtic. fœnic. dulc. an ʒij. flor. violar. & tussilag, an. P1. Cum carnibus duarum Testudinum nemoralium minutim incisarum, coctio fiat in aqua iustæ quantitatis. Colatis omnibus ad lib. duas, dissolue tantùm sacchari, nempè lib. duas aquæ rosar. vnc. tres. fiat syrupus perfectè coctus è cochlea-

Marcipann.

ri sumendus. Parabitur in eundem vsum marcipanis. ℞ passular. & pineol. an. vnc. 1. amygdal. dulc. mundat. vncias tres, carnis coctæ capi vel perdicis ʒiiij. diatragacanth. frigid. ʒij. diamargarit. frigid ʒj. Cum sacchato dissoluto in aqua rosarum fiat quæ vulgo massa panis, propriè Marcipanis ab inuentore Marco medico nominatur. Distillatiè restaurantis descriptionem antè dedimus, quam in hecticæ febris curatione lib. 5. reperies. Causa verò Phtiseos abigenda. Quæ si ferinus est & exedens humor, in pulmones è capite decumbens, id agendum, quod Capite de Catarrhi curatione notauimus. Sed vas ruptum, curandum vt in sputo sanguinis, de quo postea, capite de hæmoptosi. Si pus in thorace contentum, curationem in empyemate require. Sistent verò fluxionem syrupus rosarum siccarum, nenupharinus, papauerinus: lenient

Catarrhum sistentia, lenientia, tergentia.

violaceus, iuiubinus, è glycyrrhiza, tussilagine: tergendi vim habent syrupus de hyssopo, de prassio, oxymel simplex & scyllitieum: blandiùs his hydromel & hydrosaccharum, cuius vt ptisanæ potus vtilis & iucundus. Ad glutinandum sequentes tabellæ conferunt. ℞. boli armenæ, terræ lemniæ an. ʒj. puluer. Pulmonis vulpus ʒiß. Cum sacchato dissoluto in aqua rosar. & pimpinell fiant tabell. ponder. drac. 1. Teneat vnam æger in ore, sensimque glutiat longius à pastu.

Tabellæ glutinitiæ vlcus Pulmonis.

Saccharum rosatum hic imprimis commendatur, quoniam vt saccharũ terget, vt dulce lenit, vt rosarum substantiæ particeps siccat, attringit, vlcusque ideò glutinat. Victus ratio sit refrigerans & humectans, si febrem & maciem spectemus: sin vlcus, calfaciens & siccans. Vtigitur vtrique succuramus, temperata sit. At aer sicciot vlceri magis congruit. Ideoque Galenus tabidos mittebat Thabias, vbi sicciore loci aere sanabantur. Aërem ea causa furni commendant, cuius inspiratu memorant mulieri furnatiæ phtisicæ pulmonis vlcus glutinatum, quæ dein ad viginti octo annos integra sanitate vitam prorogarit. Morbus nihilominus hîc si radices egerit in deploratis est, & ex eorum numero qui sanari vix possunt, quia partem corporis occupat, quæ quùm moueatur assiduè, vix patitur vlcus agglutinari. Sanies vlceris non nisi per tussim expurgatur: tussis autem vlceris labra disiungit. Medicamenta denique quæ vlceris siccandi glutinandique vim habent Pulmones non facilè subeunt, quùm Epiglottis viam occludat, perque deglutitionem aliquantulum quidem hiet, non penitùs aperiatur.

Saccharũ rosati dotes.

Qua victus in phtisi ratio tenenda.

Cur phtisis insanabilis.

PLEVRITIDIS CVRATIO.

CAPVT XIIII.

PLEVRITIS *si vera, cita est, neque funeris expers,*
Ni tuleris festinus opem. Simul vt latus ergo
Pungit, & aura grauis, dolor, & febris vrget acuta,
Pungentis lateris cubitalem scindito venam
Sæpius, est si vis, neque sectio prima leuamen
Nec geminata tulit. Sed & est si segnior aluus
Interea, balano vel clysmate sollicitetur,
Sumanturque per os blandissima cassia, Manna.
Dentur & hæc quæ sputa mouent: liquiritia nempè,
Seu radix, seu succus erit voluatur in ore,
Saccharcusque liquòr quem iuiuba donat, & herba
Quæ Tussillago, siue vngula dicta caballi,
Pesque Cati, qui nunc celebris, rhœasque papauer,
Purpureæ flos & violæ, veneriscque capillus.

Pleuritidis curanda modus.

Vena sectio.

Syrupi violarũ, iuiubinus, tussilaginis, pedunculi, papaueris rhœados, violarum & capillore veneris.

Nuper & è niueo butyrum lacte coactum
Lingatur, sensimque vias Pulmonis oberret.
Victus genus. *Candidus hic cremor quem fundit amygdala dulcis*
Sacchare cum multo, liquor & cineritius hordi,
Iusque capi, pulli, vituli, succusque gelatus
Instaurat vires: iter atque in pectore laxat.
Potus. *Aut ptisana, aut dulci cum sacchare lympha bibatur.*
Lacte suis vesica tumens admota, dolorem
Topica. *Lenit, vt omnis adeps: cataplasmaque quod camomillam,*
Althæam, maluamque capit, fotusque tepentes.
Si satis hæc non sunt, alio diuertito cursum
Catarthica. *Humoris, lenitiuo sennaque, vel illo*
Omnia quod purgat, vel eo medicamine, pruna
Quod recipit. Partes extremæ, vt crura fricentur;
Arctenturque manus. Et si muliebria desunt,
Aut hæmorrhois est suppressa, saphæna secetur,
Aut quæ conspicitur nodoso in poplite vena.
Initio Pleuritidis non è longinquis partibus, sed è proximo ventre vacuandum. *Sed non antè, humeri quàm vena sit icta, cruorque*
Qui latus obsedit vicina è parte reuulsus.
Si notha Pleuritis flatu generetur anhelo,
Sacculus origano plenus, nepetáque, thymóque
Stet lateri: latus aut lanis foueatur, oliuo.
Notha Pleuritidis curatio. *Laurino madidis, terebinthi, pullegijque.*
Decubitu sin humoris, clystere reuelli
Debet, vt & sumptis pilulis, alia-ve catharsi
In notha Pleuritide quando fiendæ venæ. *Conueniente per os. Figenda cucurbita parti.*
Sique dolor grauis est, cruor aut superare videtur,
Sanguinis incisa dematur portio vena.

COMMENTARIVS.

Pleura quid, & Pleuritis. ΠΛΕΥΡΑ costa est: πλευρῖτις inflammatio membranæ costas succingentis. At membrana quæ costas inuestit, duplex: interior, quæ veræ pleuritidis sedes est: & exterior, quæ nothæ. Veræ Pleuriti-

dis pathognomonica signa sunt, acuta febris, dolor lateris pungens, dyspnœa, parvus ac durus pulsus, assidua tussis, quorum causas lib. 2. cap. 30. dedimus. Materia, biliosus vt plurimùm sanguis, tumque sputa bile tinguntur: vel sanguis purus, tumque cruenta sunt: vel pituitosus, & hæc spumosa: vel nigricant si melancholicus. Quæ sine sputo Pleuritis est, quam ἄπεπτον i. incoctam appellãt, praua. Ná vel citò iugulat, vel non nisi longo tempore desinit. Quæ cum sputo statim apparente nascitur, securior & breuior ex Aph. 12. lib. 1. Aph. quia facilem indicat materiæ morbificæ coctionem. Affectus acutus est, ideóque subita præsidia requirit. Quare quamprimum incidendus clyster, quo reiecto secanda vena est, è cubito, seu basilica lateris dolentis, non semel, at sæpiùs, pro morbi magnitudine, viriumque robore. Sed etsi vires deficere videntur interdum ex pulsu paruo crebroque, nihilominus audendum est, si punctio dolorque lateris vrget, ferrique videtur ad iugulum. Probabile namque talem pulsum ab oppressione nasci, maximè si reserata vena fit auctior atque vegetior, ac spiratio liberior. Materia quæ tunicæ interna clauditur, aut musculis intercostalibus, quos nominant mesopleurios, maturanda bechicis, & Anacatharti per sputa sursum euocanda, primis quidem diebus syrupo violaceo, ziziphorum, seu iuiubino: mixto deindè syrupo glycyrrhizæ, tussilaginis, capillorum veneris. Vt, ℥ syrup. violac. vnc. 2. syrup. iuiubini vnc. 1. Misce. Tum, ℥. syrup. iuiub. & violac. an. vnc. 1. syrup capill. ven. & vngul. cabal. an. vnc. sem. Misce. Deglutiantur sensim instar eclegmatis, cum bacillo liquirit. Mitceri potest oxymelitis simplicis nonnihil ad incidendum, tenuandum, tergendumque. Syrupus è papauere rheade somnum conciliat, coquit, & proprietate iuuat, vt antè diximus, qui melius, me iudice progresso morbo dabitur, ne primis diebus materiam inspisset. Saccharum candum, violatum, pilulæ albæ, diatragacanthum sæpiùs in ore teneantur, vt è butyro pilulæ, mixto sacchari puluere. Thoracis pars dolens illinenda primum oleo violato cum pauca cæra: tum amygdalarum dulcium oleo solo, vel cum butyro, iuncto denique chamæmælino, vel adipe suillo recenti. ℥. muccaginis semin. alth. lini fænugr. extractæ in aqua tussilag. vnc. 4. axung. capi, butyr. recent. an. ʒj. cæræ parum, fiat linimentum, inducendum parti dolenti. Non est autem hic litubus, fomentis, cataplasmatis emollientibus ac lenientibus nimium insistendum, ne pleuritis in empyema degeneret, moto per ea pure: quod malum. Sed imprimis phlebotomia vacuandum, mouendaque sputa bechicis. Clysteribus primis diebus eluatur aluus, progressoque morbo cassia, Manna, senna etiam in decocto pectorali describatur, sed parciùs & cautiùs. Nec enim à Pleuritide detento benè diarrhæa superuenit. Etsi fluere aluum paulò liberiùs vel sponte, vel medicamento purgante prodest interdum, si moderata Pleuritis est, si coctionis signa comparent, si dolor vergit ad hypocondrium, & morbus periculo vacare videtur. Tumque diaprunum etiam laxans cum cassia vel electuario lenitiuo dari bolo, vel in decocto bechico cum senna dilui, sumique potest. Sit dieta tenuis ad septimum ferè

Vere pleuritidis signa pathognomonica.

Pleuritidis vere curandæ ratio.

Varij syrupi.

Litus ad veram pleuritidem.

In Pleuritidis curatione metuenda.

Hippo. Aph. 16. lib. 6.

Quando in Pleuritide purgandum, & quibus.

Victus Pleuriticorum.

diem : non tamen ex melicrato solo, vel ptisanæ succo, quod voluêre veteres, vel amygdalato : sed etiam iusculis pullorum & vitulinæ carnis, è carnium succis expressis, ex ouis tremulis & gelatina, vt vires à venæ sectione, quæ multiplex esse solet primis temporibus, atteri solitæ conseruentur: & natura fortior ad expectorandum erigat sese, & anacatharsi per syrupos bechicos humorem in pleura & Thorace contentum per sputum educat. Potus sit ptisana vulgaris ex hordeo cum glycyrrhiza : vel magistralis ex ijsdem, & iuiubis, sebesten, passulis, dactylis, cum aliquot, si placet, ficubus. Hydromeli, seu melicratum, & hydrosaccharum vtile. Nocet per se vinum, quia calfacit & fluxionem accersit. Si quis tamen huic sic assueuit, vt eo deserto langueat atq; prosternatur, quia consuetudini, quæ velut altera natura est, concedendum aliquid est, detur in pastu tenue, paucum, aqua multa dilutum : extrà pastum bibatur ptisana, vel aqua saccharata, vel in qua solæ vuæ coxerint, si sacchârum æger fastidire, quod interdùm accidit animaduertitur. Et hæc pro vera Pleuritide, quæ morbus acutus est, internas Thoracis partes occupans, & si moras agit in empyema non rarò desinens exposita sint. At in notha cuius antè causas, signaque distincta dedimus, non tam exquisita debet esse ratio victus, quia febris vel exigua vel nulla: nec vena secanda tam sæpe, nec tam sedulo : neque bechicis promouenda sputa, quùm in Thoracis capacitate materia nulla stabulet, sed externa sit. At si flatus huius esse causa cognoscitur, auena frigatur in sartagine cum vini tantillo, vel sal milium, furfur : vel semen anisi, fæniculi, carui, cumini, baccæ lauri, thymum siccum, origanum, hyssopus, rosmarinus, ijsque similia discutiendi vim habentia pariter in sartagine torreantur, sacculo claudantur, admoueantur lateri dolenti calida, calorque linteis, vt perstet diu foueatur. Vt, ℞. fol. origan: calament. rorismar. thymi, puleg. an. Mi. semin. anis. fænic. carui cumin. baccar. lauri contus. an. vnc. sem. Impleantur his sacculi duo qui bulliant in aqua & vino albo, alternatimque latus dolens huic impositi, foueant. Quibus sublatis illinatur pars oleis, vt anethino, laurino, rutaceo. Sed vbi fluxio vel humor frigidus & crudus externam etiam lateris partem occupat, clysmate primò reuellendum est, deindeque purgandum: & si febris est, aut metuitur, aperire venam vtile, ne sanguis, qui è caua vena transfertus in axillam, externas corporis partes alluit, incandescens dolorem augeat. Validiora tum remedia sunt ex vsu, qualia catapotia sine quibus, ex agarico, coccia, quæque descripta sunt capite de Catarrhi curatione. Quùm est inferior aliqua vacuatio suppressa, qualis hæmorrhoidum & mensium, vndè consequuta plenitudo quæ Pleuritidem attulisse creditur, poplitis aut malleoli venam aperire bonum, vt integra fiat reuulsio. Sed antè propiora vasa deplenda sunt, & è basilica primo dolentis lateris ἀθρόως, seu confertim educendus sanguis: tum è cephæna, sed non antè quàm respiratio fuerit liberior.

Quando vinum in Pleuritide dandum.

De notha Pleuritide.

Notha Pleuritidis curatio.

Cautio notha Pleuritidis ab externa fluxione, vel immane frigore.

CORDI

CORDI CONFERENTIA, QVÆ Cardiaca dicuntur.

CAPVT XV.

OMNE quidem morbi genus, at genus omne veneni
Præcipuè, pestisque nocens Cor molle fatigat,
Datque neci, nisi præsidijs te fortibus armes,
Quæ vi cardiaca pollent. Ebur extat vt Indum,
Os cordis Cerui, cornu quoque Monocerotis,
Puluis & hic, à quo sibi dant bezoardica famam.
Terra rubens Lemni, armeniæque, virensque Smaragdus,
Vnio, Sapphyrusque micans, hyacinthina gemma,
Caphura, Coralium, Venetinaque succina, quodque
Gens omnis sitit, argentique, aurique metallum.
Cordis & effrænos cohibet Nymphæa furores,
Cuculus & panis, quem dicimus Oxytriphillum,
Borrago, & cui lingua bouis dedit aspera nomen,
Flos violæ, rosa, ius Citri, flauique Limonis,
Punicei mali: huius item, cui nomen ab auro,
Cuique ab odore datur redolenti. Succus in vsus
Hos venit hic etiam, quem mala cydonia fundunt,
Succus & oxalidis cum semine, cuius ab esu
Lethifer haud lædit quem Scorpius intulit ictus.
Prosunt hæc calidis, gelidisque sequentia morbis.
Nardus odore beans & mordens Costus, amomum,
Versicolorque Aloes lignum, maculisque notatum,
Cinnameumque, crocus, caryophillumque, quod orbis
Alter amat, citri cortex, cessuraque nulli
Fragranti Ambra, magis placeat nisi Moschus odore.

Cor omnigenere morborũ quatitur. Nam intemperiem habet suas, obstruitur in ventriculu suu & vasis, tumet, abscedit, vlcera, vulnera patitur. Cardiaca frigida.

Buglossum, siu lingua bouis.

Aurantium malum.

Cardiaca calida.

Granum kermes. *Quodque rubore notat tinctorum lintea granum.*
Tormentilla breuis folio, sed viribus ingens,
Carduus & benedictus, & haud ingrata Melissa,
Succisa, & folio simili quæ nascitur vlmi,
Quæque Tunix quondam, nunc & Bistorta vocatur:
Et quod dictamnum dictæa crescit in Ida:
Semine cúmque acymi Zedoaria, crassa Galanga,
Angelica, & Scordi folium, Scabiosaque, sueta
Scabiosa vu. *Rumpere pestiferos admota & sumpta tumores.*

COMMENTARIVS.

Cor quid. COR viscerum omnium calidissimum est, vitalis facultatis principium. Quod vt omnibus corporis partibus, quibus suum calorē ac vitam impertit necessarium: ita ne varijs affectibus, quibus imperi solet offendatur, per ea prouidendum, quæ cardiaca vi pollere creduntur: quibus nempè facultas est, à Corde quæ noxia sunt & maligna depellere, Cordisque robur tuetiatque conseruare. Sunt autem in his frigida quædam, alia calida. Frigida sunt Ebur, quod Cordis robur tuetur & conceptum adiuuat. Os Cordis Cerui, pro quo vt potè raro Cerui cornu reponimus, affectioni cardiacæ, syncopeque confert, & Cor hominis quadam substātiæ similitudine roborat. Cornu vnicornis, Vnio, lapis bezoardicus vim eximiam habere creduntur ad muniendum Cor, omnemque veneni & pestilentium morborum perniciem obtundendam. Terra Lemnia, bolus armena, Corallus pestilentibus febribus, & serpentum ictibus opitulantur, putredinem, sanguinis fluorem, dysenteriam, catarrhumque cohibent. Succinum Cor, stomachumque roborat, cardialgiæ, cordisque palpitationi medetur. Sapphyrus & hyacinthus virulentarum bestiarum morsus, & malignos Cordis affectus obtundunt, vt Smaragdus, qui melancholicos etiam affectus, mæroremque potus, appensusque collo discutit. Aurum metallorum temperatissimum, in bracteolas seu folia sectū melancholicos & sine ratione mæstos exhilarat, cardiacos adiuuat, stomachum, Corque roborat. Eadem argento vis, sed ignauior atque retusior, quòd id ab auri temperie deficiat, sitque malignitatis metallicæ quodammodo particeps Caphura malignos affectus à calidiore causa natos extinguit, leipothymiæque subuenit. Flores violarum & nymphææ frigidi humidi Cordis ardorem temperant, somnumque conciliant. Rosa frigida sicca Cor odore beat ac reficit, astringētique vi roborat. Mali Medici seu Citrij, Aurantij, Punici succus acidus, frigidus & siccus est: putredini venenoque resistit, partiam principum, maximéque Cordis robur tuetur, ad Cardialgiam, qua ventriculus à bile pungitur vtilis. Easdem vires habet Oxytriphilon, quod trifolium acetosum, Alleluya, panis cuculus ab herbarijs nominatur. Quem æmulatur oxalis, Cordi stomachoque

Cardiaca quæ sint. Cardiaca frigida. Ebur. Os Cordis Cerui, Cornu Cerui. Cornu vnicornu, lapis bezoardicus, Vnio, seu margarita. Terra lemnia seu sigillata, Bolus armena, Corallus. Succinum. Sapphyrus Hyacinthus, Smaragdus Aurum. Argentum. Caphura. Flores violarum & nymphææ. Rosa. Mali Citrij, aurantij, punici succus. Oxytriphilon, oxalis cuius semen.

grata, cuius semen serpentum ictibus remedio est. Malum rodolens & Cydonium Cor stomachumque roborat, syncopé tollit, venenorum vim abigit, aut hebetat & infringit. Et hæc quidem cardiaca frigida sunt, calidis Cordis affectibus conferentia. Calida sequuntur, quæ frigidis morbis opitulantur, contrarijs, ijsque manifestis, vt etiam calidis affectibus leuamento sunt occultis qualitatibus. In quibus Amomum, Nardus, Costus odoris suauitate Cor recreant. Lignum Aloes frigidis Cordis affectibus confert, syncopem arcet, cardiacos adiuuat. Cinnamomū putredinis saniem absorbet, venenis resistit, vt Citri cortex, & Caryophillum: Crocus etiam, qui pariter coquit ac digerit Corque roborat, sed extrà modum sumptus offendit, lethalemque vim habere proditur. Moschus & Ambra tenuium sunt partium, humores calfaciunt, incidunt, tenuant, Leipothymiæ conferunt, vireſque resolutas farciunt ac reparant, Cor firmant, & odore spiritus suscitant: sed capiti graues. Imbecillum quippè Cerebrum feriunt, ijs maximè qui bilioso temperamento sunt. Coccus baphica, seu granum infectorium, Arabibus kermes, seu Chermes, colore rubens, astringentis & amaræ facultatis proprietate Cor roborat. Quam hinc ortam puto, quod suo colore rubro spiritum & sanguinem ad sese similitudinis ratione trahit, attractum cogit astringendi vi sua, coactumque firmat, in Corde, spiritus & sanguinis vitalis arce retinens, quodque serosum ac putridum in hoc est, amarore & calore siccans & absorbens. Tormentilla sicca subastringens, tenuiumque partium vermes enecat, dysentericos sanat, vulnera glutinat, sanguinis eruptiones cohibet, exanthæmata delet, venenis ac pestilentiæ resistit. Carduus benedictus ventris tormina sedat, comitiali morbo subuenit, & Quartanæ febri: sanat vlcera contumacia, cum à lue venerea, tùm aliundè nata. Sed imprimis insignis est aduersus pestem & venena lethalia, cuius decoctum & aqua stillatitia sudores cuocat. Melissa, seu melissophillon, Latinis Apiastrum, quod apes hac herba delectentur, & ab odore citri Citrago dicta, calida sicca secundo gradu syncopen à frigida causa discutit, mærorem arcet, phalangiorum & scorpionum ictus obtundit, odoris fragrantia, saporis austeritate, partium tenuitate Cor exhilarat, vitaleſque roborat spiritus. Succisa, quam morsum Diaboli vulgò nominant, carbunculis pestilentibus vtiliter imponitur: herbaque, radix, succus, & eiusdem aqua stillatitia succurrit his, qui malignis ac pestilentibus febribus obsidentur, vt & Vlmaria, quam reginam prati solent appellare. Tunix, seu Bistorta subamara, calida siccaque serpentum & scorpionum ictus retundit: cuius ideò succus etiam in pestilentem luem & vomitiones per se, & cum albo vino bibitur. Dictamni radix & folium, Bistortæ vires æmulantur: menses etiam & secundas, & mortuum fœtum excludunt cum vino, drachmarum duarum pondere. Decoquuntur ad luem gallicam. Epilepsiam, reliquosque frigidos morbos, occultum quid ac deleterium habentes. Attrahendi vim insignem habent, quum sagittas & ferrum è vulneribus excutiant. Zedoaria calida sicca secundo gradu flatus discutit, diarrhæam, Lienteriam, vomitusque compescit: Corque firmare putanda est, quia venenorum vim vltrà grassari prohibet. Ocymum Cor exhilarat,

Malum rodolens & Cydonium.
Cardiaca calida.
Amomum, Nardus, Costus.
Aquallochum, xilaloe, seu lignum aloes.
Cinnamomum, citri cortex, caryophillum, crocus.
Moschus & Ambra.
Kermes, seu granum tinctorum, quibus ex causis cardiacum.
Tormentilla.
Carduus benedictus.
Melissa.
Succisa, & Bistorta.
Tunix.
Dictamnum.
Zedoaria.
Ocymum, seu basilicum.

Scabe, seu Scabiosa.

ciusque defectionem cum aceto tollit. Bugloſſi & Borraginis vires antè retulimus. Scæbe, seu Scabioſa, vt thoracis abſceſſus rumpit, ita peſtilentiũ morborum virus è Corde foras exeludit, eorumque bubones & carbunculos maturat atque diſcutit.

Compoſita cardiaca frigida.

E cardiacis frigidis emergunt ſyrupus violaceus, nenupharinus, de pomis, de limonibus, de ſucco aceroſæ, ſucco citri, ſyrupus malorũ granatorum & oxyſaccharum. Aquæ ſtillatitiæ nenupharis, oxalidis, oxytriphili, roſarum. Electuarium è gemmis, diamargariton frigidum, manus Chriſti perlata, trochiſci de caphura. Conſeruæ roſarum, violarum, nenupharis, ex quibus cum pulueribus cardiacis, vt raſura Rhinocerotis, vnicornis, eboris, cornucerui, Margaritarum, coralli vtriuſque, ſuccini,

Opiata cardiaca frigida.

ſemine citri, fragmentis Hyacinthi, Smaragdi, Sapphyri, vel electuarijs commemoratis parabuntur opiatæ, tabellæ, condita, qualia quæ ſequuntur. ℞. conſeru. violar. & nenuph. an. vnc. 1. conſeru. bugloſſ. borrag. & roſar. an. vnc. ſem. fragment. Hyacinth. ſappyhr. Margarit. electar. & raſur. vnicorn. an. gran. ſex. puluer. diamargarit. frigid. ℈j. Cum ſyrupo de ſucco citri quantum ſufficit fiat opiata: vel cum ſaccharo conditum. ℞. raſur. cornucerui ʒß. Margarit. elect. ℈j. ſcobis monocerotis & ebor. an. gran. decem. Cum ſaccharo diſſoluto in aqua roſarum concinentur tabellæ, quas manus Chriſti nominant. Vel ℞. margarit. elect. raſur. eboris & cornucerui an. ʒß. raſur. Rhinocerotis gran. ſex corall. rubr. terræ lemn. an. ℈j. Cum ſaccharo ſoluto in aqua bugloſſi fiant tabellæ ponder. ʒj. Ex ijſdem aquis & pulueribus Epithema tale parabitur. ℞. aquar. oxytriph. roſar. an. ℥iiij. puluer. elect. diamargarit. frigid. & trium ſandal. an. ʒj. caphur. gran. quatuor. Fiat Epithema regioni Cordis admouendum. Vel,

Tabellæ.

Epithema cardiacum frigedum.

Cataplaſma.

℞. conſeru. roſar. violar. nenuph. an. vnc. 2. theriac. & mithrid. veter. an. ʒij. pulu. diamarg. frig. ʒj. Cum aceto pauco fiat emplaſtrum, admouendum regioni Cordis, & carpis manuum. His & ſimilibus admotis frigidis vtemur, vbi febris ardens & maligna Cor obſidet, veuenique calidi poti coniectura eſt, vel Syncope, Cordiſve palpitatio à calida cauſa naſcitur. At ſi Cor frigus occupat, & facultatem vitalem atterit, cardiacis calidis tùm vtendum, qualia ſunt ſyrupus meliſſophilli, ſeu meliſſæ, quem omnẽ malignitatem extinguere profitetur Fernelius, ſyrupus bugloſſi & è cortice citrij: conſerua meliſſæ, ſcabioſæ, bugloſſi, florum aurantiorum, cortex citri conditus, perſica condita, mala odorata, nux moſchata condita, mithridatiũ, theriace, confectio alchermes & ex Hyacintho, diambra, diamoſchum, electarium è gemmis, lætificans Galeni. Aquæ ſtillatitiæ meliſſæ, cardui, ſcabioſæ, morſus, bugloſſi, roſarum: aqua theriacalis, imperialis, & aqua vitæ, quibus variæ compoſitionum formæ naſcuntur, vt iulepi,

Cardiaca calida.

Iulepus cardiacus calidus.

Pulus.

Conditum.

puluercs, condita, fotus, emplaſtra, facculi, ſuffitus, odorati globuli; diſtillatũ reſtaurans, his formulis. ℞. aq. ſtillat. ſcabioſ. meliſſ. morſ. an. ℥iij. ſyrup. bugloſſ. & meliſſoph. an. ℥iß. aqu. theriac. ʒß. Miſceantur & fiat iulep in duas doſes. ℞. raſur. ebor. & vnicorn. an. grana ſex, margarit. elect. ℈j. fiat pulus. detur è cochleari cum aqua cardui, & vino albo. ℞. conſeruar. meliſſ. ſcabioſ. bugloſſ. borrag. an. vnc. 1. corticis citri conditi ʒ j. puluer. elect. è gemm. & lætificant. Galen. an. ℈j. Ambr. griſeæ, moſ-

chi, rasur. vnicornis, lapidis bezoar dici, si diues æger est an. gran. sex. Cum saccharo quod satis est fiat condîtum. ℞. aqu. stillat. mors. scabios. melissi card. an. vnc. 3. puluer. trium sandal. caryophill. nuc. moschat. an. ʒi. croci ℈j. aceti vnc. 2. fiat epithema pro Corde. Post quod inducatur tale cataplasma. ℞ conseru. bugloss. borrag. meliss. rosar. an. vnc. 1. confect. alcher. ʒß. mithridat. veteris & theriac. an. ʒij. puluer. elect. diambr. è gemm. ℈ß. Cum odoro vino fiat cataplasma, regioni Cordis admouendum. ℞. puluer. rosar. vnc. sem. cynnam. caryophill. ligni aloes, corticis citri an. ʒij. Ambræ moschi an. gran. sex. Includantur sacculo, qui vel siccus, vel aqua rosarum & aceto pauco, vel odorato vino mersus, indéque siccatus admoueatur Cordi tepidè, ℞. xiloaloes, rosar. ambr. caryophil. nuc. moschat. maceris, an. ʒi. styracis, benjoin. an. vnc. sem. succin. ʒj. ambr. grisi. moschi. an. gran. decem. Cum ladano puro fingatur pomum, quod odore Cor & Cerebrum exhilaret: Distillatum reficiendis viribus idoneum & cardiacum hac forma describe. ℞. conserv. bugloss. borrag. violar. rosar. cortic. citri condîti an. ℥ij. puluer. electuar. de gemm. & de ambra an. ʒj. semin. acetos. citri, card. rad. angelic. dictamni veton. an. ʒij. iusculi duorum caporum & vnius perdicis alteratorum cum oxalide lactuca, portulaca, bugloss, borragine, scabiosa, melissa lib. quinque. Trita simul omnia vaporario vitreo claudantur, ignique committantur, quo sensim exeat, eliciaturque liquor. reseruandus in vsus ℞. superioris distillati restaurantis lib. 1. sacchari ℥iiij. cinnam ʒß. succi granat. & limon. an ℥ß. Colentur per manicam Hippocratis, ægerque capiat è cochlear quantum & quando videbitur.

Epithema, seu fotus.

Cataplasma.

Sacculus.

Pomum odoratum.

Distillatum cardiacum

PALPITATIONIS CORDIS Curatio.

Varia Palpitationis Cordis causa.

CAPVT XVI.

COR *tenerum tremula quatitur formidine*, πάλμον
Voce vocant graij, tenui discrimine lethi,
Ni cito succurras. Ideò metire, cruorne
Causa mali nimius, num sanguinis ardor, & aucta
Bilis, an aura grauis comitata ac iuncta veterno:
An tumor insertus Cordi, vapor anne putrentis
Materiæ soboles, an flatus crassior, implens
Distendensque: an quæ Cor vndique vestit & ambit

Curatio Palpitationis Cordis à redundante sanguine.

Humore immodico stagnet membrana, sero-ve.
Palpitat à nimio si Cor, calidóque cruore,
Plenius exiliat sanguis. Minus ire cruoris
In causis debet reliquis. Sed in omnibus aude
Tundere principio venam: nec omitte catharsin,
Vincla nec arcta, cucurbitulas neque, malleoli nec,
Poplitis aut patulum vulnus, reuocetur vt illis
Quisquis obest, vel obesse potest humor-ve, vapor-ve.

Varia purgatio pro varia palpitationis Cordis causa.

Manna rheumque datur calida est vbi causa, serumque
Lactis cum senna si nigricat humor, abundat
Sin phlegma aut flatus, purgabit Agaricus albens,
Infusus tenui, cito vim reparante lyæo.

Potus calidus in causa frigida.

Moschus & ambra, senis cum lætificante Galeni,
Hippocratisque mero citò calfacit, atque sepultas
Excitat, oppressæ si sunt à frigore vires.

Potus frigidus in causa calida.

Sin premit ignis edax, aqua conuenit oxytriphilli,
Cum citri, vel pomorum redolente syrupo.

Cordis causa calida.

Omnibus alchermes, diamargarítonque, Diambra,
E gemmis, lignoque aloes confectio causis
Vtilis: est etiam mithridatica, theriacéque.
Cardiacos quibus extemplo potusque parabis
Et fotus, bolosque opij de nomine dictas.
Liber erit, liquidis & gratus odoribus aër,

Victus genus.

Libera mens curis, somnus moderatus, & alui
Sponte vel arte fluor, tenuans cibus: attamen omnem
Qui citò: vim reparet: vt pressa, gelataque iura
Cum distillatis. Animo redeunte volucres
Montanas, nemorumque cibo, pullosque parabis
Quos perdix, & nostra dabit gallina, vel Inda.
Potio, si calor est ingens, diuina probatur.
Sin secus, haud noceat lymphæ miscere falernum.

COMMENTARIVS.

Notanda comparatio.

1 VT in mundo Sol perenni suo motu calorem excitat, cuius influxu cuncta vegetat & animat: cui si contingit aliquando quiescere, necessum erit mundi compagem ruere, momentóque dissolui. Ita Cor irrequieta pulsatione per dyastolen ac systolen spiritum vitalem in omne corpus infert, à quo singulæ partes animantur ac viuunt. Quod si pulsare desinit, necessum est animal interire. Minuitur quidem motus Cordis in quibusdam affectibus, vt hysterica suffocatione, purpuratis febribus, leipothymia, syncope: vel deprauatur, vt in Palpitatione: sed aboleri nequit citrà subiecti perniciem & interitum, nisi physicas metaphysicæ causæ superent, vt quùm Iesus naue iussit Solem quiescere, diuique quondam diuina virgula mortuis vitam reddiderunt: quod vt rarum, ita necartis esse putandum est. Quùm itaque naturale sit insitumque Cordi, vt assiduè, intermissione nulla moueatur, si contingit ab aliqua causa præter naturam interturbari, violento concussu, motuque quasi tremulo quod noxium est expellere contendit: vt sternutatione Cerebrum, tussi Pulmo, singultu ventriculus quod infestum est amandare conatur. Hunc inordinatum Cordis motum, tremorem seu palpitationem Cordis appellant: in quo dissimilem motum ab arteriarum pulsatione notabis, si manuum vnam thoraci, carpo alteram admoueas. Huius palpitationis causas varias assignamus, vt sanguinis copiam aut feruorem, bilis redundantiam, venenatam qualitatem impressam Cordi, vel aliundè transmissam, vt ab vtero, suppressis mensibus, in hypochondriacis & melancholicis. Humor etiam Pericardio contentus, tuberculum, Abscessus, vermes, non solùm orificium ventriculi, sed & cor ipsum vellicantes, crassior flatus, vt & quæ venas, arterias, & ventriculos Cordis obstruunt, palpitationem Cordis inferre possunt. In quibus ex animaduersione causæ remedia quærenda sunt. Et quoniam causa Palpitationis alia calida est, alia frigida, si causa superet à plenitudine, quod ex signis lib. 1. cap. 2. traditis agnoscas, ardentius venam aperi: sin ab intemperiè calida sola, seu feruore, parcius. Cardiaca frigida præsto sint, quibus ardorem temperes, Corque robores: qualia sunt succi malorum granatorum, limonum, aurantiorum, citri, pomorum redolentium, violæ, rosæ, nempharis, eorum-ve syrupi. Sint & acetum, omphacium, oxytriphilum, oxalis, acidula pruna, cerasa, berberis, perlica, cydonia, diarhódon abbatis, diamargarítôn frigidum, triasantali, margaritæ, coralli, rasuca eboris & cornucerui, os è Corde cerui, rasura monocerotis, Rhinocerotis, bezoardici lapidis, fragmenta Sapphyri, Smaragdorum, hyacinthi cum auri bracteolis seu folijs. Sin palpitationis causa frigus est, lignum aloes, caryophillum, cinnamomum, citri cortex, crocus, nux moschata, macis, ambra, moschus, ocymi seu Basilici semen, vt semina calida maiora, galanga, zedoaria, cubebæ, rosmarinus, theriaca, mithridatium, diamargarítôn calidum, diambra, lætificans Galeni, atomaticum moschatum & nardinum, alypta mo-

In quibus affectibus minuitur Cordis motus aut deprauatur.

Motus palpitationis Cordis, arteriarum. motus dissimilis.

Variæ palpitationis Cordis causæ.

Palpitationis Cordis causa alia calida est, alia frigida.

Cardiaca frigida.

Cardiaca calida.

rag.an.Mi.semin.citri, card.fœnic. an. ʒj. flor. trium cord. & calendul. an.Pi.fiat decoct. In colatur.infunde agatic. trochisci. ℈ iiij. nuc. moschat.℈i.in expressione dissolue cathol. duplicat. infus. & colat. vnc. i. sem. syrup.capill.ven.vnc.i.fiat potio. ℞ aqu. stillat.card.melisſ.calendul. syrup. capill. ven.an. ʒij aqu.theriac.& imperial.an. ʒß. confect. alcherm. ʒß. Misceantur, & fiat iulep. in duas doses. ℞.aqu. stillat. Morsus bugloſſi borrag. an. ʒiiij. cinnam. caryophill. macer. an. ʒj. odoriferi vini lib. ß.misce pro fotu Cordis. Item, ℞. ol. rosar. & ireos an. vnc. ol.moschat. ʒij.Cumcæra pauca fiat linimentum, quo regio Cordis inungatur à superiore fotu.℞.conserv.melisſ. rosar.an. vnc.2.confect.ex Hyacintho, elect.lætificant Galen.an. ʒß. Ambr. mosch. an. gran. quatuor, lapidis bezoardici grana decem diuitibus, alijs theriac. ʒij. Cum syrupo de pomis odoriferis fiat Opiata.Sumatur ex ea bis aut ter in die nucis auellanæ quantitas. Galenus lib. 5. de locis affect. cap. 1. scribit omnes quos palpitatione Cordis affectos vidit, adiutos fuisse phlebotomia, & attenuante victus. Sed tenuans sit, vbi crassus, frigidus, flatus, multus humor est: paulò plenior, si feruor, & bilis exuperat. Porrò si in febribus circà ventriculum vehemens æstus, & crebra Cordis motio palpitationi similis, extremum est malum, incensum indicans vitæ principium.

Potio frigidũ humorem purgans.

Iulepus cardiacus calidus.

Epithema calidum regionis cordis admouendũ.

Linimentum.

Opiata.

Hippoc. aph. 65.lib.4. aph.

SYNCOPES CVRATIO.

CAPVT XVII.

SYNCOPA *de medio ne tollat, & euocet ægrum*
In Styga, præcipiti lapsu vis omnis, odoro
Os imple, tenuique mero: tum naris acetum
Sentiat; indè gelu, vel destillata vorentur,
Expressa, aut ea iura, meent quæ corpus in omne
Ocyùs. Imperialis ad hæc, aut theriacalis,
Aut quæ cinnameo premitur de cortice lympha
Detur, vt exhaustus reparetur spiritus illis:
Dira venena abeant, & si quæ cruda coquantur.
Si melior facies, pulsusque micantior in spem
Erigit, ad causam subiti descendito lapsus.
Quumque cruor nimius, febris vel anhela fatigat,
Viribus expensis venas aperire calentes

Quæ spiritus vireſque cito reparent.

Curatio syncopes ab exuperante sanguine.

Quo modo curanda syncope quùm à bile nimia nascitur.

Sit labor. Exuperans si bilis, & acrior humor,
Exeat iniecto molli clystere per aluum:
Vel manna cum cardiacis, sennaque, rheoque.

Syncope curanda per ea quæ sunt contraria causæ.

Si pituita grauat, pariter quæ phlegma ciere
Diximus addantur. Stomachus si sensilis, aura
Partibus è varijs in Cor elata ferina,
Vel dolor insignis, vehemens motusve, fluorve
Immodicus ventris, vel nox sine ducta sopore,
Vel mæror, metus, ira, silens ac pestifer aër
Causa fuit lapsus, hanc per contraria tolle.

Epithema cardiacum Cordi admouendum ad Syncopem.

Corque leues fotu, condat quem lympha melissæ,
Oxalidisque, ocymique, quibus tria santala, moschus,
Caphuraque, ambraque panchæo iungantur odore.

Cataplasma

Conseruam vel sume rosæ, violæque, melissæ,
Nenupharisque, quibus mithridatis, theriacesque
Nonnihil antidoti, gemmæque seratur & Ambræ:
Cumque liquore rosæ vel aceto fingito pultem
Seu cataplasma, quod in Cordis regione moretur.

Iulepus ex aqua cardiaca cum succo limonum puluere bezoardico, & alchermes cõfectione.

Oxalidis, morsus, scabiosæ limpha bibatur,
Quam iungat puluis bezoardicus, atque limonum
Sacchare conditus succus, confectio chermes.
Dentur & è gemmis diamargaritônque tabellæ.

COMMENTARIVS.

Quid lipothymia.

LIPOTHYMIA, seu lipopsychia, leue deliquium est animi, in quo vires quidem exoluuntur atque cõcidunt, sed neque vox sensusque deperit, neque sudor est frigidus. Cui tamen occurrendum citò remedijs syncope debitis, quùm ab hac intensione sola, seu maioris minorisque ratione discrepet. At Syncope repentinus est virium omnium, maximéque vitalium lapsus. Qua qui premuntur, velut exanimes iacent, sine sensu, sine voce, sine pulsu; vel ita paruo, vt percipi tactu nequeat, cum sudore frigido, quem syncopticum & diaphoreticum appellant, & extremarum partium frigore. Symptoma graue est, terroriſque plenum, & nisi præsentibus remedijs leues, mortiferum: sed & perse lethale si sæpe, vehementer & sine manifesta causa repetit. Sic enim pronunciat Hippocrates.

Quid Syncope

Hippoc. aph 42. lib. 2. aph.

Lapſus vbi eſt animi vehemens creberque, nec huius
Cauſa mali manifeſta, cita atque inopina manet mors.

Quod Galenus accidere notat ob imbecillitatem virtutis animalis, aut vitalis potiùs: vt ei contigiſſe memorat, qui quùm exanimi deliquio palpitatione quoque Cordis premeretur, repentè de medio ſublatus eſt. Quùm itaque Syncope terrificum ſymptoma præcepſque ſit, præcipiti ſubitoque remedio tollendum. Offeratur in paroxyſmo vinum odoratum. Nihil enim æquè citò reparat vires: quia vaporoſum, & vinoſi vapores cum ſpiritibus maximam habent affinitatem. Nam inter ea quæ ſymbolo ſubſtantiæ qualitatiſve communicant, facilis eſt tranſitus. Aqua vitæ, cinnamomi, theriacalis & imperialis tenuitate partium, & cardiaca vi penetrant in Cor ocyſſimè, ſpirituſque diſſolutos refouent. Sumantur è cochleari ſolæ, vel mixtæ cum ſyrupo de limonibus aut è pomis odoriferis Vel, ℞. aqu. ſtillat. morſ. & ſcord. an. vnc. 2. vini odoriferi vnc. 4. ſacchari alb. vnc. 3. cinnam. pulverat. ʒß. ambr. moſch. lapid. bezoard. an. gran. ſex. Colentur per manicam Hippocratis in tres quatuorve doſes. Vel, ℞. aqu. ſtillat. card. ſcabioſ. meliſſ. an. ℥iij. ſyrup. de limon. & è ſucco citr. an. ℥ß. confect. alchermes, & de Hyacinth. an. ʒij. aqu. theriac. & cinnam. an. ℥ß. miſce. fiat iulep. in tres doſes. Ea quidem ſyncopticis in paroxyſmo dantur, etiam delirantibus ac febre torſis quamuis calida ſint, vt calore ſopitam vim vitalem ſuſcitent, nouoſque ſpiritus creent, quorum munere pulſus emicet, ſublatoque partium extremarum frigore ſeſe calor in vniuerſum corpus exporrigat. Tùm in morbi cauſam incumbendum. Itaque ſi plenitudo parit Lipothymiam aut ſyncopen, citò vena ſecabitur, detraheturque ſanguis largiore manu, ſi pulſus aſſurgit & emicat. Si cacochymia bilioſa, purgetur cholagogis corpus: ſi pituitoſa phlegmagogis: ſi melancholica, nigrum & aduſtum humorem educentibus, quorum abundè lib. 5. meminimus. Si venenum, mithridatium, theriace, vel eius aqua dabitur ſola, vel cum monocerotis aut bezoardi puluere. Si ſenſilis ſtomachus cardialgiam, ab eaque ſyncopem attulit, vinum odorum lympha dilutum bibatur: hinc ſorbeatur acidum ex oxalide & omphacio, incocta vituli pullique carne iuſculum, maximè ſi bilis vapor cauſa mali putatur. Denique panis toſtus immergatur vino, ſparſuſque puluere moſchatæ nucis & caryophillorum, admoueatur ventriculi regioni. Succedit interdùm ſanguinis miſſioni Lipothymia: tùmque tenandus æger vt colligantur ſpiritus, vinum offerendum, vt reparentur: acetum odorandum, & aqua frigida facies aſpergenda, vt intrò ipſi recurrant, inque ſuis ſinibus denique conſiſtant, calore in centrum reuocato. Sunt aliæ cauſæ ſyncopes, vt dolor ingens, quilenientibus & narcoticis expugnandus; vt fluor immodicus aſtringentibus: vigiliæ nimiæ conciliantibus ſomnum, vt ſyrupo violaceo, nenupharino, papauerino, cibis euchymis humectantibus ac refrigerantibus. Exoluuntur hyſtericæ mulieres: ac tùm fœda naribus, odorata locis muliebribus admouenda, purgandum, ſecanda vena poplitis aut malleoli: quod infrà fuſiùs, peculiari capite notabitur. Syncope, quam

Ab animi deliquio palpitatio Cordis repentina mors.

Cur vinum odoratum ſyncope correptis dandum.

Cardiaca vires in ſyncope reparantia.

Iulepi cardiaci.

Varia ſyncopes pro varietate cauſarum curatio.

fames ad ſingultum excitat, vt inanitionis omne genus curatur ijs quæ citiſſimè nutriunt, vtiuſculis è carnibus cum vitellis ouorum, carnium ſuccis, conſumptis, expreſſis, diſtillatis, & ſimilibus analepticis. ℞. diſtillat. reſtaurant. communis lib. ſem. ſacchari alb. ℥iij. puluer. diamargarit. frigid. & de ambra an. ʒ. ſem. ſucci limon. ℥j. Colentur per manicam Hippocratis in vſum.

Diſtillatum cardiacum & analepticum, ſeu reſtaurans.

DE HÆMOPTOSI, SEV SANGVINIS expuitione.

CAPVT XVIII.

In Hæmoptoſi vena ſecatur vt reuellatur ſanguis, cõtineaturque vaſis ſuis, plenitudine ſublata.

SI cruor è Pulmone, vel è Thorace feratur
Puniceus ſpumanſve, Phtiſis ne dira ſequatur,
Scalpello reſeca venam. Neve æger anhelet,
Sed modicè ſpiret facito, ſileatque, cibetur
Exiguis epulis, bibat & cum ſacchare Lympham
Berberis atque roſæ, myrthi ve, ribiſve, vel huius
Purpurei ſucci, quem punica grana recondunt.
Deciduuſque mali ſi cauſa eſt prima Catarrhus,
Lenibus expurga pilulis, potuve Cerebrum.
Tùm firma admoto quem diximus antè cucullo.
Longiùs vtque trahas, Iecur egelido elue fotu,
Atque extrema frica, rigidis & comprime vinclis.
Coralium, lapidis hæmatites, lemnia terra,
Mummia, ceruinum cornu, velut vnio fulgens,
Myrrhaque, thus, ſpodium, carabe, tragacantha, draconis
Sanguis, & armenæ bolus, tria ſantala, quæque
Venæ vulnus hians pariter cohibere feruntur,
In varias ſpecies aptentur puluere facto,
Qui cum lacte queat miſceri, ouique vitello,
Quo variare queas etiam condîta, tabellas.
Congelat, inſpiſſatque ferum cereale papauer
Humorem, dabiturque, vbi roſio cauſa cruoris.

De cucullo, ſeu conſulto pileo lege cap 3 lib. 6.

Quæ ſanguinem aſtringendo comprimunt.

COMMENTARIVS.

HÆMOPTOICI communi nomine dicuntur, qui sanguinem per os ex inferioribus partibus, vt è Ventriculo, Iecore, Liene, gingiuis, gurgulione, faucibus eijciunt. Propriè verò qui vel è pulmone, vel Thorace cum tussi sanguinem in os effundunt. Quod funestum esse solet, nisi primis diebus occurritur: siquidem à sanguinis sputo puris sputum: è puris sputo tabes, sputóque retento mors. Sanguis autem à Pulmone flauus, tenuis, spumosus sine dolore: niger autem & crassus è Thoracis venis exit cum dolore, rupta, vel exesa, vel aperta vena. Rumpitur vena clamore, casu, concussione pectoris, plenitudine, frigogore denique. Nam frigidum, vt glacies & nix inimicum pectori, tusses mouet, venarum ruptiones ac destillationes efficit, vt notat Hippocrates, & nos obseruauimus hyeme sæ uissima quæ viguit anno salutis 1608. Venam exedit humor acer è capite sæpe defluens in Thoracem, quem inedia peperit, aut vigiliæ, victus-ve calfaciens ac siccans, curæ, aut quiuis alius affectus animi vehemens. Aperit victus ratio calidior & humidior, vt multus, bonique succi cibus, vsusque generosioris vini largior. Aperta ruptaque vena cruor affatim erumpit, exesa sensim. Apertæ venæ congruunt astringentia: cibus euchymus: quæque sarcotica sunt exesæ: ruptæ glutinantia, quæque sine morsu desiccant. Ex quibus signis & causis videndum quis curandi modus. In vena rupta vel aperta secanda vena est semel atque iterum eodem die, maximè si plethoricus æger est, si vires ferunt, si non antè multus exijt cruor. Sed & altero die vult Galenus lib. 5. method. referári venam, frictiones, & ligaturas fieri crurum ad reuulsionem pleniorem. Indentur in anum clysteres, cathartica dabuntur, quæ partim humore vacuent, partim adstringant, qualia quę sequuntur. ℞. medull. cass. vnc. 1. rhei puluer. ℈iiij. santal. citrin. ℈j. Misceantur in bolos. deglutiantur è cochleari cum iulepo rosaceo. Vel, ℞. fol. pimpinell. portulac. plantag. an. Mi. semin. bombar. coriandr. præparat. berberis an. ʒi. fiat decoct. In colat. infunde rhei elect. ʒij. cinnam. & santal. citrin. an. ℈j. Expressione facta dissolue cathol. duplicat. colat. vnc. 1. sem. syrup. mvrthill. aut granat. vnc. 1. fiat dosis. Vel, ℞. aqu. rosar. & plantag. an ℥ß. syrup. de cichor. composit. cum rheo ʒj. Misce pro dosi. A solenni vacuatione si perstat hæmoptosis vena poplitis, malleoli ue reseranda, præcipuè si mulieri menstrua suppressa sunt, aut hæmorrhois fluere viro desijt: Conferunt etiam hypochondrijs, inguinibus & ilibus cucurbitulæ fixæ, sanguisugæque pectori. Neve grumescat, aut concretus in Thorace maneat cruor, propinetur oxycratum ad vnc. iij. addito cochleari sacchari rosati, vel oxymel. simplic. vel ʒj. coaguli leporis, vel ʒiß. theriaces, cum aqua scabiosæ. Si humor acer è Cerebro fluens Pulmonis venam erodit, vena quidem initio secanda est, sed & repurgandum per catapotia Cerebrum, potionesque cephalicas: humeris admouendæ cucurbitulæ: pyroticum in Inio, seu posticà parte capitis, & brachijs affigendum: & vt in cæteris glutinan-

Hæmoptoici à quo dicantur.

Hipp. Aph. 15. & 16 lib 7. Aph.

Hipp. Aph. 24. lib. 5.

Exesionis venæ causa

Apertionis venæ causa.

Apertæ ruptæque venæ remedia.

Cathartica cum astringentibus.

Cucurbitulæ. Hirundines.

Lac grumescere quæ vetent.

Hæmoptoſis ab acri humore curatio.

Astringentium catalogus.

dum vlcus syrupo rosarum siccarum, granatorum, myrthillorum, cydoniorum, cum aqua portulacæ, plantaginis, rosarum, hæmatite lapide, corallo, cornucerui, bolo armena, terra lemnia, gummi, tragacantho, Arabico, mastiche, reliquisque, quæ versibus expressimus, ex quibus variæ remediorum formæ fiunt. Vt, ℥. boli armenæ, terræ sigillatæ trochisc. è spodio, carabe, margarit. electar. an. ʒj. lapid. hæmatitis ʒij. amyli. gumm. tragacanth. an. ʒiij. Tritis & mixtis omnibus fiat puluis. Sumatur ʒß. aut ʒi. cum oui vitello, vel pulte, vel hordeato, vel amygdalato. Gratior erit addito sacchari rosati puluerati quadruplo. Vel, ℥ conserua. rosar. vnc. 3. conserua. symphit. vnc, 1. puluer. electuar. aromatic. rosati, diamargarit. frigid. an. ʒi. lapid. hæmatit. ʒiiij. coralli rubr. cornuceru. an. ʒß. Cum iulepo rosac. fiat opiata. Victus genus sit refrigerans, siccans, astringens. Odorentur rosæ, vel harum aqua stillatitia cum aceto, caphura, santalis. Cibus sit ex emplasticis & glutinosis, vt è pedibus hædi, vituli, veruecis, suis, & extremitatibus reliquorum animalium: è cremore ptisanæ, lacte cocto cum amylo, lentibus, oryza, recenti caseo. Potus, aqua chalybeata cum iulepo rosaceo, vel syrupo granatorum, Quies corporis & animi, silentium, somnus, qui fluxus omnes excepto sudore cohibet imperetur. Nec verò continuus astringentium vsus esse debet, ne quæ spui debent hæreant in pectore: sed & lenientibus bechycis, vt syrupo violaceo, iuiubino procurandum sputum est. Et si desit somnus, syrupus nenupharinus & papauerinus, qui ferinam etiam distillationem compescit, vtilis.

Puluis astringens, vlcusque glutinans.

Opiata.

Victus genus in hæmoptoſi.

LIBRI SEPTIMI MEDICÆ Decados Finis.

FRANCISCI PORTI.
MEDICÆ DECADOS
LIBER OCTAVVS.

VENTRICVLO GRATA, QVÆ Stomachica nuncupantur.

CAPVT I.

SI quid ineſt, ſtomacho calor vndè ſequatur, & æſtus,
Aut vomitus, lautique cibi faſtidia, confert
Huic Ceraſum, oxyacantha, ribes, & pũnica grana,
Meſpila, ſorba, Cydon quæ mala, & media quondam,
Nunc omnis phœbi regio vicina profundit:
Myrthus, oliua recens, citinuſque, balauſtia, tota
Oxalis, atque rubens roſa, ſemen vt & Coriandri,
Coraliumque duplex, & Ebur quod aduritur igne,
Rhus, Licium, cyſtuſque, hypocyſthis, Acacia, nouit
Quæ vomitum, nimiumque feros compeſcere menſes,
Si in ſtomachi tunicas infarcit frigidus humor,
Hunc coquit ac tenuat, partique inducere robur
Vtraque mentha poteſt, abſynthum, ſaluia, nardi

Frigida ſtomacho calido, æſtuantique conferentia.

Eburuſtum, vulgo ſpodium.

Calida ſtomachum roborantia.

Spica, crocus, mastyx, aloesque quod India lignum
Fusca dat, atque macer, nux & moschata, galanga,
Cinnameus cortex, cariophillumque, calensque
Zingiber, ambrosijs præstans in odoribus Ambra,
Et myroballanus, & lacryma hæc, quam Populus arbor
Fudit in Erydanum, gelido durata sub amne.

Periphrasis Ambræ cinereæ, quam electrum & Succinum appellant.

COMMENTARIVS.

QVIA ventriculus organum est coquendis cibis destinatum: cuius segnities omnium confusio, huius intemperiei succurrendum est, ne per eam reliquarum corporis partium œconomia labefactetur atque corruat. Quod per stomachica fit, ei robur addentia: quorum alia frigida sunt, alia calida. Sunt è frigidis Oxalis, malum citrium seu medicum, Punicum, Cydonium, Cerasum, Ribes, Oxyacantha, Sorba, Mespila, quæ ventriculi æstum reprimunt, eumque refrigerant, sitim sedant, cibi fastidia corrigunt, & appetentiam inuitant, vomitionem compescunt, bilis reliquias obtundunt, dissolutóque ventriculo medentur. Quem astringunt etiam ac roborant Succinum, nauseam sedans, prauos humores absorbens, fluorēque cohibens. Rosa rubra stomachum Iecurque roborans, vomitiones, lienteriasque comprimens, vt Citinus mali punici flos, & Balaustium, eiusdem cortex. Myrthus illuuiem ventriculi siccat & concoquit: Oliua recens stomachum roborat, astringit, appetentiam excitat, humores acres digerit. Coriandri præparari semen pariter adstringit, terget, coquit, exhalationes in caput efferri vetat. Rhus, Licium, Cystus, Hypocystis stomacho robur addunt, inflammationes mitigant, vomitum sedant, dysenterias, Lienterias, mensesque supprimunt astringēdi facultate. Calida sequuntur, quę frigidos & crudos humores absumunt, eosque concoquunt, stomachumque roborant. In quibus est vtraque mentha, quæ vt humores frigidos calfacit, crassosque tenuat & absorbet, ita singultus, vomitiones, choleramque sedat. Absynthium menthæ instar astringens, amarum, acre, calfaciens ac siccans, detergens ac roborans decocto, non succo iuuat stomachum, bilem pituitamque deterget, & vacuat per aluum & vrinas, Icterum sanat, inflationes & fastidia stomachi discutit, lumbricos pellit. Saluia subabstringens appetitum excitat, cruda concoquit, singultum lenit, aliasque plures dotes habet, quas lib. 6. cap. 5. signauimus, vbi nardi vires etiam exposuimus. Crocus stomachi concoctionem adiuuat, Corque recreat. Mastiche vomitiones sistit, exhalationes reprimit, destillationes arcet & absumit, purgantium acrimoniam frangit. Lignum aloes, quod Agallocum, odoratum & astringens, ventriculi superuacaneos humores absorbens, & putredinem abigens, flatus etiam discutit, & concoctionem adiuuat, vt macer & moschata

Frigidorum vtilium stomacho vires.

Succini & rosæ rubræ vires.

Citinus & Balaustiũ.

Myrthus.

Oliua recens.

Coriandri semen.

Rhus, Licium, cystus, hypocystis.

Stomachica calida.

Mentha.

Absynthiũ.

Saluia.

Crocus.

Mastich.

Lignum aloes, macer, moschata nux, zin-

moschata nux, zingiber, Caryophillum, Cinnamomum, Ambarum, quæ Cor etiam firmare, & odoris fragrantia spiritus reficere superioris lib. cap. 15. scripsimus. Succinum, Populi arboris lachryma, Græcis electrũ, Arabibus charabe quod paleas trahat, Ambra vulgo, ventriculũ roborat, in eoque genitos humores superuacaneos absorbet, distillationes sistit. Ex eo pastilli, seu trochisci componuntur, Hæmoptoicis, suppuratis, cæliacis, dysentericis salutares. E superioribus hisce simplicibus variæ compositiones extant: vt syrupus è granatis, syrupus myrthillorum, absynthij, menthæ, iulepus rosaceus, Misua cydoniorum, electarium Aromaticum rosatum, diarrhodon, trochisci de spodio, de succino seu charabe, myrobalani conditæ, nuces conditæ, sorba, cydonia, nux moschata cõdita, cortex citri conditus, conserua rosarum & menthæ. Fit & vinum absynthites, aqua stillatitia menthæ, rosarum, absynthij. Fomentum etiam ventriculum roborans tale. ℞. fol. vtriusque menthæ, rosar. rubr. absynth. salu. an. Mi. cyperi, calam. aromatic. an. vnc. ʒ. ligni aloes ʒij. Bulliant in aqua, & vini rubri austeri quadrante pro fotu ventriculi, qui dein sequentibus illinetur. ℞. ol. mastich. absynth. menth. an. vnc. sem. ol. nardini veri, vel Lauendulæ, quæ Celtica nardus est, nobis familiaris atque domestica ʒij. ol. nucis moschat. ʒiß. cæræ parum. Misce pro litu ventriculi. Vel, ℞. vnguent. rosac. vnc. ı. ol myrthill. & menth. an. vnc. sem. puluer. caryophill. Zingiber. macer. an. ℈j. Cum cæra pauca fiat vnguentum pro litu ventriculi. Scutum. ℞. puluer. Maioran. rosarum rubrar. absynth. menth. balaust. cytrini sicc. an. ʒij. nucis moschat. macer. galang. cassiæ an. ʒj. croci ʒß. Ambræ, Ciuetæ an. gran. sex. Includantur linteo sericeo minutim transsuto cum bombace scuti forma. Quod ventriculo sic admouendum, vt scuti parsacutior Xiphoidem cartilaginem, pars amplior aclatior vmbilicum attingat.

Succinum, Græcis Electrũ, Arabibus, Charabe, Ambra vulgo.

Trochiscorũ è Charabe vires.

Stomachica composita.

Epithema seu fotus, ventriculum roborans. Latus.

Vnguentum. Scutum pro stomacho.

Quomodo scutum admouendum ventriculo

IMBECILLI VENTRICVLI CVRATIO.

CAPVT II.

Imbecillitas ventriculi ab exuperante calore curatio.

VENTRICVLO si languor, & hunc mouet igneus ardor,
Tolle sitim potu gelido, quem cocta vel vnda
Sola dabit, vel panis in hac immersus: ei sed
Berberis adijcias melius cum sacchare, blandum
Granati mali, medive, rosave liquorem.
Iura pares è lactuca, lapathoque, capique,
Veruecis carne & vituli, iuueniscque columbæ.

Iuscula crebra ventriculi robur exoluunt.

Assa sed elixis misce: nimioque liquore
Vim stomachi solui statuas. Ita iuscula ne sint
Crebra. Cibis iungas quæ punica grana feruntur,
Mespilaque occludant, pyra, poma cydonia pastum.
Turget vbi bilis, deme hanc Mannaque, Rheoque.
Sit cibus & paucus, stomacho si languida virtus

Qui reſurgunt à morbo, ſenſim cibo reſici debent.

A morbo, calor exiguus quia pauca requirit.
Sæpius at repeti debent alimenta, sepultum
Vt sensim reparent exanguia membra vigorem.

Infirmitatu ventriculi à frigore curatio.

Ventriculi si vis infirma est frigore, pota
Lympha nocet, nisi cinnameo cum sacchare ligno
Iuncta: iuuat veteris redolens at munus Iacchi.

Potus & cibus.

Quodque merum capit absynthum magis vtile. Namque
Roborat ac terget, lapsamque reducit orexin.
Vtilis & panis sale pistus, & assa columba,
Cæsius & turtur, gallus nemoralis, alauda,
Perdix, Turdus, auis cui fusca dat Indica nomen:
Quæque aliæ celebrantur aues. Pituita molesta

Purgatio.

Quæ stomacho, pilulis aloes purgetur amaræ,

Diarrhodon Abbatis, & aromaticum roſatum.

Eque rosis & aromaticis confectio robur
Sumpta det antè cibos. Calamo fragrante, cypero,
Absyntho, mentha, maioranaque, rosisque,

Fotus ventriculum roborans.

Austeroque foue vino. Litus indè sequatur

Litus.

Ex oleo, rosa quod, mastix, spicataque nardus,
Nux etiam moschata feret, subamaraque mentha.
Pluma leuat mollis stomacho superaddita, qualis
Anseris & pellis leporum, pellisque rapacis
Vulturis, vt tenero detractum vellus ab Agno.
Cruda coquit somnus, nimiosque domare calores
Assolet. Hic ideò bonus est. Metus, ira fuganda.

COMMENTARIVS.

Oesophagi Stomachi, Ventriculi munus.

1 OESOPHAGVS seu Gula, deglutitionis organum est, Stomachus appetentiæ: cui dati sunt à sexta Cerebri coniugatione nerui, per quos exquisitè sentiat, vt quùm penuriæ sensu tenebitur, rectis, & ijs interioribus fibris alimentum attrahat ab Oesophago, pro totius animantis conseruatione. Ventriculus autem attractum alimentum excipit & amplectitur, quod in fundo suo coquit, vt coctione fiat chylus. Quùm igitur actio propria ventriculi sit cibi, quæ coctione fit in Chylum mutatio, cuius actionis, vt ompium actionum naturalium causa calor est insitus, calor hic omni arte conseruandus est. Ideóque si Ventriculus imbecillitatè contraxit à caloris excessu, cuius intemperie robur illius dissolutum est, firmandus his, quæ refrigerandi adstringendiq; vi, nimium eius æstum reprimunt, vt syrupis granatorum, myrthillorum, è succo berberis, oxalidis, ribis, iulepo rosaceo, vel solis, vel cum aqua plantaginis, endiuiæ, rosarum oxalidis; miua cydoniorum, tabellis diarrhodôn Abbatis, & aromatici rosati. Sed hæc non nisi præmissis vniuersalibus agenda, si cum materia ventriculi sit imbecillitas. Vt in Cardiogmo, quem inflammatio, bilisque mordax excitauit, sanguis initio detrahendus est expensis viribus, vt arceatur imminens à doloris acerbitate syncope: bilisque pungens ventriculum, vomitu, vel cholagogo pharmaco, vt Rheo deturbanda, quæ posset aliàs exitium inferre, Corde in consensum adducto. Stomachi namque, qui ventriculi superius orificium est vicinia, Cardialgia vera, seu Cordis dolor insurgit & Syncope, quæ frigore partium, diaphoretico sudore, pulsus imbecillitate se promit: quibus cogimur ad mithridatium, theriacam, monocerotis cornu, quæque bezoardica sunt & cardiaca cõfugere. Confert coralium adnotum ventriculo. Vel, ℥. ol. myrthill & cydon. an. vnc. 1. puluer. rosar. & trium santal. an. ʒj. cæræ ʒij. Misce. Vel ℥. ol. rosac. vnc. 1. sem. puluer mastich. citin. balaust. an. ʒß. cæræ parum. Misce pro litu ventriculi. ℥. ratur. ebor. cornuceru. corallij alb. & rubr. an. ℈j. Margarit. elect. ʒß. Cum saccharo dissoluto in aqua rosar. fiant tabell. ponder. ʒij. Sumatur vna duabus horis antè pastus. Si ventriculus ab intemperie frigida humida, quam peperit cruditas, imbecillitatem contraxit, roboretur alimentis coctu facilibus, minimùm excrementosis, vt assis Alaudis, columbis, turdis, tutturibus, cõthurnicibus, phasianis, hisque similibus è bipedum & volucrum genere: potu vini veteris, lenis, odoriferi nostratis: interdùm Hippocratici, maluatici, Hydromelitis vinosi. Vinum absynthites quoniam amarum, & horrendo sapore minùs expetitur: tamen ad pepsin, seu concoctionem crudorum vtilissimum, vt syrupus ex absynthio, hyssopo, mentha, cum aquis absinth. betonicæ, menth. fæniculi. Quies etiam & somnus concoctionem adiuuat, reuocatis tùm ad interiora spiritibus. Si Ventriculus pituita turget ℥ capill. ven. summitatum absynth. menth. an. Mj. semin. anis. fænic. dulc. glycyrrh. coriandr. præparatian. ʒj. fiat decoct. In colat. infunde agaric. trochisc. ℈iiij. cum ℈j. nuc. moschat. In expressione dilue ca-

Actio ventriculi, cibi est in chylum mutatio.

Curatio caliditatis ventriculi.

Quid agendũ in Cardiogmo.

Lutum pro ventriculo calidiore.

Tabellæ stomachicæ ad intemperiem ventriculi calidam.

Imbecillitatis ventriculi à causa frigida humida curatio.

Potio pituitã è ventriculo, vicinisque sedibus educens.

thol. duplicat ʒvj. elect. diacartham. ℈iiij. aut ʒij. Si videtur à validioribus abstinendum, pilulæ dentur antè cibum, quæ leniter purgando roborent. Vt, ℞. pilul. de hyer. ʒiij. de agaric. ʒiß. Cum syrup. de menth. fiat massa mollis, ex qua formentur pilul. tres pro ʒj vel si debilis est æger pilul. duæ pro ʒß. Vel, ℞ mass. pilul. de hyera & pilul Ruffi, seu communium an. ʒij. Cum syrupo de absynth. fiat massa, ex qua fingantur pilul. tres pro ℈j Dentur paulo antè cibum. Sunt qui pilulam vnam duntaxat quotidiè deglutiant aut Aloes tantillum: sed Aloes creber vsus ora venarum aperit, his ideò fugiendus quæ gestant vtero, quibusque molestæ sunt hæmorrhoides. Vtiles sunt à purgatione tabellæ trium santal. diarrhod. Abbat. & aromatic. rosati, vel hæ sequentes. ℞. diatriumpiper. & diarrhod. abbat. an. drac. sem. cinnam. caryophill. nuc. moschat. macer. rasur. ebor. & cornucerv. an. ℈j. Cum sacchar. in aqua menthæ vel absynth. dissoluto tabellæ fingantur in multos dies ponder. drac. 2. Vel, ℞. semin. fœnicul. dulc. & coriandr. præparat. an. drac. 2. cinnam. drac. ß. nuc. moschat. macer. an. ℈j. Cum octuplo sacchari rosati fiat pulvis, ex quo detur cochlear evnum antè pastus. Vel huius loco sumatur condita nux, zingiber conditum, citri cortex, Myrobalani condîtæ. Roboretur denique calfiatque ventriculus topicis extrinsecus admotis, fotu, litu, cataplasmate, scuto sequentibus formulis. ℞ radic. cyperi, calam. aromatic. galang. crassæ an. vnc. 1. fol. absynth. menth. origani, pulegij, calament. maioran. salu. an. Mj. flor. chamæm. melil. rosar. rubr. an. Pj. His pleni sacculi bulliant in aqua & vino rubro pro fotu ventriculi Tùm, ℞ ol. mastich. absynth. menth. an. vnc. sem. pulver. galang. nuc. moschat. caryophill. an. drac. sem. Cum cæra pauca fiat linimentum. ℞. cærati stomachic. Galen. vnc. 2. mastich. & carnis cydon. an. vnc. 1. Cum ol. de menth. vel absynth. fiat cataplasma: quod extensum super alutam admoueatur regioni ventriculi scuti forma. Scutum hoc humidum est, sequens siccum. ℞. ligni aloes. cinnam. galang. an. drac. 2. rosar. rubr. caryophill. nuc. moschat. an. drac. 1. maioran. menth. siccæ an. vnc. sem. fiat omnium pulvis, excipiendus bombace seu cotone moschato, consuto cum sericeo panno in scutum, appendendum ventriculi regioni. Cuius vices supplere poterit sacculus è mollibus plumis Anseris, pellis agni, leporis, vulturis. Ventriculus autem interdùm à flatibus distentus immaniter cruciat; quem affectum vulgus Stomachi Colicam appellat, à crudis flatulentisque cibis vt plurimùm excitatum. Quem vt profliges, carminatiuis, seu flatus discutientibus clysteribus vtere frequenter: pilulas ex hyera, tabellas, fotum, litum, quæque in causa frigida dicta iam sunt deferibe, quibus purgetur, calfiat, roboreturque ventriculus. His si non cedit morbus, venæ sectionem impera, quam profuisse sæpiùs obseruauimus. Quùm enim in partem dolore perculsam accurrere soleat calor humorque, quo nascitur phlegmone, venæ sectio reuellit, causamque phlegmones antecedentem vacuans, dolorem pariter omninò delet aut mitigat.

Pilulæ Ulmandæ pro stomachio sumptu vtilissimæ.

Tabellæ stomachicæ conferentes.

Epithema pro ventriculo frigidiore. Linimentum à fotu.

Cataplasma

Scutum siccũ, ventriculum roborans & calfaciens

Colica stomachi, eiusque curatio.

CHOLERÆ MORBI CVRATIO.

CAPVT III.

QVI morbus Choleræ signatur nomine; trux est
Et peracutus. In hoc ideo retinere furentem
Non licet omnino, licet at compescere bilem.
Non retinere licet, quia morbi causa ferocis.
Sed vomitu nimio si vires atterit, illum
Comprime, vel succo, quem Punica grana recondunt,
Purpureus-ve ribes, myrthi-ve, rosæ-ve syrupo.
Pulueribusque foue stomachum, quos santala donant
Rubra, rosæ, ruber & Corallus, caphura pauca:
In quibus & roseus liquor, & iungatur acetum.
Hinc oleo myrthi line, quod cum masticheroburMaius habet, niueóque eboris cum puluere, cuius
Sola admota potest vomitum cohibere tabella.
Qui ne compressus redeat, furiosa sinatur
Bilis adima rapi, modò ne hinc oppressa dolore
Vis cadat, aut nimio iaceat resoluta fluore.
Tumque rosis, semperuiuo, plantagine, malua,
Lactucaque in aqua coctis da clysma per anum,
Admoueasque merum nari. Dabit vnda falerno
Mixta nouas vires gelida, occludetque fluorem,
Vtraque vincta manus, pes, magna cucurbita ventri
Fixa diu. Si dira gelat conuulsio partes
Extremas, solare manu, pannóque calente.
Scindere sed primo dubites ne tempore venam,
Sit vomitus licet atque fluor. Cohibebit vtrumque
Namque cruor fusus, minuet-ve: ferumque dolorem
Mulcebit, mouit quem bilis & igneus ardor.
Si tamen immanis nequit his violentia morbi
Cedere, de lingua detur pilula vna canina,

Cholera morbus per acutus.

Cholera morbi curatio.

Fotus materia.

Litus.

Eburnea tabella vomitum sistit, admota ventriculo.

Quando sinendus, quãdo suppremendus alui fluor.

Fluorem alui suppriimentia.

Vena sectio vomitus, fluoris alui, doloris que remedium.

Pilulæ è cynoglossa.

Philonium.

Vel Philo quam dedit antidotus, ſopor altus in artus
Vt veniat: ſiſtet ſopor hic, bilemque retundet
Somnum omnem fluorem ſiſtit exceptoſudore.
Vt cohibet cunctos, dempto ſudore, fluores.

COMMENTARIVS.

Cholera morbi variæ cauſæ, ſed præcipua bile, quam Choleram etiam appellant.

1 CHOLERA morbus nomen habet à cauſa. Quamuis enim à variis naſcatur humoribus, quos parit ſæpè cruditas, à qua flatus etiam conſequuntur interdum, præcipua tamen cauſa bilis eſt, aut materia biliosæ qualitatis, nimirum acris, erodens ac vellicans. Quæ duos in vtroque orificio ventriculi contrarios motus ciet: vnum ſurſum in ſtomachum vomitu: deorſum alterum in Pylorum & inteſtina deiectione: quibus pulſus paruus & creber eſt, ſingultus, ingens ſitis, muſculorum qui in ſuris ſunt, manuumque contractiones, Diaphoreticus ſudor, & alia peſſima ſigna, quorum cauſas expoſuimus cap. 3. lib. 3. Ex quibus peracutus morbus indicatur, iſque funeſtus, niſi refrigeretur corporis habitus venæ ſectione. Materia peccans fluere ſinatur ad tempus, reliqua compeſcatur, procurato ventriculi robore. Quare vomitus vomitu placandus eſt, digito aut penna in os ad fauces indita, vel aqua multa tepidè ſumpta, vel aqua decoctionis hordei, vel hydromelite, vel oxymelite, vel hydræleo. Clyſter indendus qui materiam deorſum reuellat, & humoris acrimoniam obtundat, ex decocto remolliente cum Caſſia, ſi fluor alui nimius non eſt. Sin eſt profuſior, ex lacte cum vitellis ouorum, & oleo violaceo cum ſaccharo. Purgatio blanda ſit ac roborans, qualis hæc, ℞. fol oxalid. endiuiæ ſcariol. Plantag. an. Mi. ſemin. acetoſ portulac. cydon. granor. berber. an. ʒj. fiat decoct. In colatur infunde Rhei elect. ʒij. cinnam. ſantal. citrin. an. ʒi. Expreſſione facta diſſolue ſyrup. de cichor. compoſit. cum rheo, & iulepi roſac. an. vnc. ſem. fiat doſis. In phlebotomia, quæ primum celebranda, videndum an plethora ſit, an intemperies calida viſcerum, maximéque iecoris, ex quo non ratò bilis in ventriculum refluit. Tumque coniectura fiet, plùs an minùs cruoris effundendum. Ventriculo robur addatur ſumpto ſyrupo myrthino, cydoniorum, granatorum, oxyſacchar. iulepo roſaceo, ſolis è cochleari, quod vtilius eſſe videtur, vt ventriculo diutiùs inhæreant: vel cum aquis endiuiæ, plantaginis roſarum, iulepi forma: quod imprimis concedendum, vbi ſitis angit & exaſperat. Eidem benè fiet admotis oleis roſarum, cydoniorum & menthæ cum puluere ſantalorum. Condita myrobalanus, tabella diarrhodôn abbatis, aut gelu cydoniorum antè paſtum vſurpetur. Cibus ſit gelatina, ſeu tortiuum ius pulpæ Perdicis & columbi iuuenis. Potus odoriferum vinum cum aqua multa, ſi Syncopes metus: aut aqua cocta cum ſaccharo & cinnamomo, quam bochetum vulgo dicimus. Somnus vires reparat, fluoremque ſiſtit. Concilietur ergo ſyrupo nenupharino, papauerino, roſarum ſiccarum. Quæ ſi minùs poſſunt, ℞. maſſ. interioris pilul. è cynogloſſ. gran. duodecim, vndè fiat pilula vna deglutienda.

Cholera morbi curatio. Vomitoria.

Clyſter.

Blanda purgatio.

Ventriculum roborantia.

Admouenda ventriculi regioni. Quæ antè paſtum ſumenda. Cibus in cholera morbo. Potus. Hypnotica pilula.

vesperi. Vel ℥. lactis leuiter cocti lib. 1. vitellum vnius oui, croci. ℈j. sacchari rosati vnc. 2. Philon. Romani ʒiiij. fiat clyster, in anum indendus.

Clysteres nonnulli, leuiter astringentes, somnumque conciliantes.

IECORI PECVLIARIA MEDICAMENTA, quæ vocantur Hepatica.

CAPVT IIII.

PORTVLACA potest Capitis, stomachique, dolores
Et lactuca feros, acremque retundere bilem
Quæ Iecur inuadit. Iecur at magis Intyba firmãt,
Oxalis & lapathum reliquo cum Rumice, tota — *Hepatica frigida.*
Plantago, cognomen habens & ab hepate Lichen,
Graminis & radix, & frigida semina quæque.
Firmat Ebur, spodium, rosa, santala, coraliumque:
Quæ describentur, Iecori est vbi feruor & æstus.
Sin intemperies gelida angit, & obstruit humor
Frigidus, asparagi radix, apÿque petatur, — *Hepatica calida.*
Fæniculique, potensque ad menstrua Petroselinum:
Semina quæque calent, lupulus, veneriſque capillus,
Absynthum, lentasque fugans Agrimonia febres,
Arthritinque leuans Iua, & Cassutha, Chamædris,
Peucedanum, quæque obscuros fumaria succos — *Fumaria vires.*
Depurat, clarumque facit, nitidumque cruorem:
Iuncus aroma ferens, calamusque, Acorusque. Sed Vua
Passa solet Iecori calido, gelidôque placere.

COMMENTARIVS.

QVVM sit continuum ac perenne nostri caloris effluuium, nostri corporis partes etiam opus habent alimento, quo reparetur id, quod à nobis elabitur assiduè. Debet autem alimentum priusquam nutriat assimilari partibus alendis: quam ad rem est necessaria πέψις, seu cibi coctio. Quæ nutrientis est in propriam qualitatem eius quod nutri-

Continuum ac perenne nostri caloris effluuiũ. Alimentum priusquam

nutriat, assimilari debet alendis partibus.

tur alteratio. Ea triplex, Prima quidem cibi in cremorem: quæ fit in Ventriculo, actione Ventriculi propria, non Stomachi, qui cibos appetit non concoquit. Secunda coctio, chyli est in sanguinem mutatio, quæ fit in venis mesaraicis & Iecore. Postrema sanguinis in rorem, quæ solidarum partium est opus. Prima concoctio quæ fit in ventriculo: secundaque quæ fit in Iecore summè necessaria: quæ tertia non potest his collabentibus emendari. Necessum igitur vt Medicus hæc habeat velut in penu, quæ conferant his partibus roborandis. Itaque quùm Stomachica nuper exequuutissimus, hepatica iam attingamus. Ex quibus alia frigida sunt, vt santalorum omne genus, Ebur, spodium, quod est ebur vstum, Rosa, coralium: quæ vt astringunt roborantque Iecur & ventriculum, ita bilis feruorem temperant. Intybum seu Seris, cuius genus quadruplex, Cichorium domesticum & agreste, Endiuia, Scariola, sanguinis feruorem, & intemperiem Iecoris calidam inhibet atque compescit, eiusdem obstructiones aufert, delet Icterum, Iecurque proprietate firmat, vt Cicerbita seu Sonchus, Chondrilla, hyeracium. Oxalis, & omne Rumicis genus adstrictione leni Iecoris substantiam firmat, obstructiones expedit, & blandè eius illuuiem expurgat. Plantago qua vi digerit, Hepatis aperit obstructiones, qua cogit & astringit, putredines ac dysenterias arcet, fluores alui cohibet, Iecurque roborat. Lichen, quem & hepaticam appellant detergit, mediocriter refrigerat, Icterum & impetigines seu lichenas sanat, sanguinis inflammationes cohibet. Gramen modicè frigidum, subastringens, suaue nihilominus, ac tenuis substantiæ, Iecoris infarctus tollit, idque roborat. Quatuor semina frigida maiora, nempè citruli, melonis, cucumeris, cucurbitæ: minoraque, quæ sunt lactucæ, portulacæ, Endiuiæ, scariolæ refrigerant, incidunt, tenuant, detergent, hisque dotibus Iecoris infarctus expediunt. Sequuntur Hepatica calida, frigidis Hepatis affectibus conferentia, quaha sunt semina quatuor calida maiora minoráque, radices etiam aperientes, quæ Iecur ab obstructionibus, quibus ob exiles venas, crassamque substantiam obsideri solet, expediunt ac vindicant. Agrimonia, Eupatorium aiunt, humores incidens & abstergens calore, diuturnas erraticasque febres abigit, Heparque peculiari dote roborat. Fumaria Iecur obstructum aperit, bilem expurgat, sanguinem depurat, clarumque reddit, putredinem arcet, vt Lupulus & Asparagus, qui pariter Icteroso subuenit. Absynthium vt Ventriculo, sic Iecori gratum est, vt Peucedanum, quod veteres obstructiones aperit incipientique scirrho conuenit. Schænanthum, seu Iuncus odoratus & Calamus aromaticus modicè calfaciens & astringens, ventriculum Iecurque firmant. Vua passa tota sua substantia Iecori familiaris, ipsum etiam astrictione moderata roborat. Ab his extant syrupus ex Endiuia, cichorio, bizantiis, capillorum veneris, è duabus & quinque radicibus, syrupus acetosus, oxysaccharum & oxymel: conserua cichorii, surculi lactucæ, portulacæ conditi: quæque Iecur imprimis corroborant electuarium trium santalorum, & Diuccino, spodioque trochisci.

Cochio quid.

Cochio triplex.

Primarum cochionum necessitas.

Hepatica frigida, horumque vires

Intybo genera quatuor.

Oxalis, oxylapathum.

Plantago.

Lichen seu hepatica.

Gramen.

Semina quatuor frigida maiora & minora quæ.

Hepatica calida.

Quænam sint semina quatuor calida maiora minoraque, quæ radices apertiæ vulgo dictæ, vide cap. 6. lib. 1.

Agrimonia.

Fumaria

Absynthiũ & Peucedanum.

Schænanthum.

Vua passa.

Hepatica composita.

OBSTRVCTI IECORIS CVRATIO.

CAPVT V.

HVMOR vt hic craſſus, qui claudit & obſtruit hepar
Tollatur, via decliuem clyſtere per aluum
Laxa ſit iniecto. Tenuans tùm lympha bibatur
Graminis, aſparagi, ruſci, marathrique, ſimulque
De bina qui radice eſt quinaque ſyrupus,
Endiuiæ qui, cichorij ſeu nomine fertur,
Atque capillorum veneris, velut oxymel omne.
Iuncta Securidacæ foliis Agrimonia, ſenna
Fæniculi ſemen, filiciſque, apijque coquantur.
Infundatur in his albens & Agaricus, atque
Altera drachma Rhei, quod barbara tellus abundè
Suggerit, exurget lentos quæ potio ſuccos
Deſtruat, éque vijs Iecoris detrudat in aluum.
Simplicis hoc & agent hyeræ catapotia, quique
In tepida potus fuerit diacarthamus vnda
Marrubij, menthæve, apij, vel petroſelini.
Sed ratio victus ſatis exquiſita ſequatur,
Ac tenuis quam plena magis: quia plena diæta
Congerit humores, tenuis coquit atque reſoluit.
Aſſa ideò ſumatur auis montana frequenter,
Raraque iuſcula ſint, panis benè coctus edatur,
Paucus: & exiguum lymphæque, merique bibatur.
Conferet antè cibos Abbatis dicta tabella,
E rubeis confecta roſis, & aromate multo,
Aut dialacca, aut quæ ſolita eſt diacurcuma dici.
Cauſa mali ſi phlegma tenax, vena icta nocebit,
Non ſi bilis adeſt, caliduſque ſuperfluus humor.

Ordo tenendus in obſtructis Iecoris curatione.

Syrupus de duabus & quinque radicibus.

Securidaca grata ſtomacho confert obſtructionibus expediẽdu folijs quidem, at præcipuè ſemine. Cathartica ſoluendis obſtructionibus idonea.

Victus plenior auget humores, tenuis coquit ac diſſipat. Dialacca duplex, maior & minor, vt diacurcuma. Paraque vētriculum Iecurque roborat, & eius obſtructiones reſerat, Cachecticis, & hydropicis vtilis.

COMMENTARIVS.

Obstructi Iecoris signa & causa.

OBSTRVCTI Iecoris signa sunt hypochondrij dextri tensio, grauitas, hebes obtususque dolor sine febre, sine tumore manifesto. Cuius causæ flatus crassior, aut lentus, viscidus, aut multus humor, exiles eius & mesenterij venas implens & inferciens, qui vel è Cerebro defluxit; vel è crudis frigidisque cibis, interdùm & calidis, & varijs intempestiuè sumptis, è ventriculo raptus est in Mesenterium. Flatus rarò solitarius est, sed à crassiore materia suscitatur. Quæ si frigida, pituitosaque,

Aperitiua potio, pituitæque purgans.

præmittatur clyster, ab, eoque sequenti die, ℞. radic. apij. petrosel. fænic. an. ʒiij. fol. agrimon. capill. ven. hepatic. an. Mj. semin. anis. fænic. an. ʒj. passul. & fol. senn. mundat. an. vnc. sem. Bulliant in aquæ sufficienti quantitate, deindéque colentur. Tùm infundantur agaric. trochiscat. ʒiiij. In expressione dissolue syrup. capill. ven. vnc. 1. Diaphæn. ʒij. Vel,

Pilulæ.

℞. cathol. duplicat. ʒvj. elect. diacartham. ʒij. aut ʒiij. syrup. de quinque radic. vnc. 1. Cum aqua fænic. fiat dos. Vel ℞. mass. interior. pilul. de hyer. & sine quibus an. ʒij. Cum syrup. de absynth. fingantur pilul. 5. molles.

Potio crassiorem bilem euacuans.

Si crassior bilis Iecur obstruit, demitur cholagogis. Vt, ℞ fol. Endiu. scariol. chondrill. an. Mj. semin. melon. citrul. fænic. dulc. an. ʒj. fol. senn. drac. 3. Coquantur in aqua iustæ quantitatis. In colat. dissolue syrup. laxat. rosar. ʒj. elect. è succo rosar. ʒiiij fiat dosis. Sin humor multus, & plenitudinis signa sint è facie saturati ruboris, è pulsu pleno, quadratoque corpore conspicua, venæ sectione, conuenientique purgatione deplendum. Imperanda victus ratio tenuis è cibis assis, alimenti pauci,

Obstructionis à plenitudine curatio.

qualis alaudarum, cothurnicum, columbarum, quæ conuenit etiam in obstructione, quam pituita crassa genuit. Potus sit hydromel, hydrosaccharum, aut vinum tenue cum aqua dilutum. Obstruere bilem ex mesenterij regione duriore, vultu pallido, subflauo, subuiridique, corpore macro, gracilique cognoscitur: túmque sit victus paulò plenior &

Quando balneum in obstructione cõferat, nocetue.

humidior è cibis partim elixis, partim assis, & in curationis fine balneum, quod initio morbi, & in causa frigida noxium. Topicorum suspectus hic vsus est. Si námque fiunt è discutientibus, metuendum, ne resoluta caloris vi portione materiæ, reliqua cogatur & inspissetur, ideoque magis obstruat, & calore Iecur incandescat. Si mollientibus, ne partis robur exoluatur. Ideóque componantur ex ijs, quæ molliendo discutiant, Iecurque roborent. Qualia quæ sequuntur. ℞. fol. absynth. calament.

Fotus discutiens, mollis ac roborans.

puleg. an. Mj. flor. chamæm. melil. rosar. rubr. an. Pj. cyperi, calam. aromati. spicæ nard. an. vnc. 1. Bulliant in aqua pro fotu Iecoris & mesenterij. Tùm, ℞. oxyrhod. vnc. 2. emplastr. è mucillag. vnguent. rosac. & cærat. santal. an. vnc. sem. Misce pro litu post fotum.

INFLAMMATI IECORIS CVRATIO.

CAPVT VI.

QVVM *Iecur ignis edax attollit, in hocque tumorẽ*
Excitat, eductis molli clystere per aluum
Facibus, extemplò cubitalis dextra secetur
Vena, manu larga. Cuius si sectio prima
Vel geminata nequit, poterit sedare dolorem
Tertia. Túmque licet leni medicamine sumpto
Humores nocuos, & amaram educere bilem,
Quale Rheum est. Sed habet, me iudice Cassia primas
Mannaque, cichorij, hepaticæque immixta liquori.
Siquè calor minor est, nec ab his fluit humor abunde,
Iunge diaprunum. Quæ lenitiua vocatur
Synthesis, humores aget obtundetque feroces.
Jndè foueto rosæ succo, plantaginis, atque
Solani, barbæque Iouis Iecur, endiuiæque,
Absynthique: vel ex illorum corpore lympha,
Pulueribus mixtis, tria quos & santala donant,
Spicaque, schænantumque, quibus benè iungis acetum.
Succedat litus ex oleis, quæ rancida non sint.
Et si sunt, roseus liquor hæc depuret. Jn illis
Oxyrhodum præstans, oleumque cydonia quod dant,
Absynthum, myrthus, rosa: solani adde liquores
Si libet, æŽoique, rosæ cum puluere sicco.
Iuscula dent vituli carnes, hædive, vel Indus
Pullus, vt & pulli reliqui de corte, satiua
Intyba, & viua recens, lapathum, lactuca. Bibatur
Quæ glycyrrhizam cum gramine continet vnda.
Sacchareus violæ, myrthi, oxalidisque, limonis,
Granatique liquor mali solet esse palato
Gratus, & accensis reuocare è partibus ignem.

Phlegmones Iecoris curãde modus.

Diaprunum, & electuarium lenissimum.

Fotus materia.

Semperuiuũ, vulgo barba Iouis.

Litus:

Cibus.

Potus.

Syrupus violaceus, Myrthinus, oxalidinus, è limonibus & è granatis.

COMMENTARIVS.

In hepatis phlegmone curãda quid videndum. Hippoc. aph. 20. lib 4. aph.

Galen. comment. ad aph 24. lib. 1. Et lib. de curandi rat. per sãguinis missionem.

HEPAR pars est princeps, cuius actio toti corpori communis. Ideóque quùm phlegmone tentatur, accuratè videndum, ne nimia vacuatione debilitetur, aut mollientibus topicis in Abscessum abeat, aut siccantibus in Scyrrhum. Sed à quo remedij genere sit auspicandum dubitari potest. Nam hic morbus acutus est: & in acutis si materia turget, eodem die purgandum asserit Hippocrates. At Galenus eos omnes ad purgationem ineptos ait, quibus hypochondria flatibus distenta sunt, aut suprà modum calida, cum suspicione phlegmones, quia purgatio sit ex calidis, quæ febrem, & inflammationem augent. Sed quùm in orgasmo citissimè vacuandum sit, ne virtus, humoris efferi mole & impetu collabatur, ne febris augeatur, & partem aliquam principem opprimat, enemate statim iniecto celebranda semel, atque iterum venæ sectio. Blandis indè catharticis mollienda, deturbandaque materia febrilis: quale sequens ℞. m̃edull. cass. vnc 1. sem. cinnam. puluerat. ℈j. Cum saccharo fiat bolus. Purgabit bilem, febremque temperabit humectando. Refrigerabit autem, humectabit, vias aperiet, & visceri robur ad let insequens dosis. ℞. fol. hepatic. capill. ven. agrimon. scariol. lactuc. portulac. an. Mj semin. melon. citrul. fænic. an. drac. 1. fol. senn. ʒiij. fiat decoct. In colat. pro dosi dissolue electuar. lenit. & syrup. de cichor. compositi cum rheo an. ʒj. Vel hoc apozema. ℞. radic. oxalid. oxylapath. gramin. an. ʒj. fol. agrimon. cichor. tot. endiu. scariol. chondril. lactuc. taraxaci. capill. ven. an. Mj. semin. quatuor frigid. maior. & minor. an. ʒj. passul. mundat. ʒj. flor. viol. Pij. fiat decoct. In colatur. lib 1. dissolue sacchar. alb. ℥iiij. succi limon. ʒj. fiat Apozema clarificatum, aromatizatum cinnam. & santal. citrin. an. ℈j. pro tribus dos. dentur primo die duæ primæ, manè & vesperi longè antè cibum. In postrema, quæ die sequenti dabitur, infunde medull. cass. drac. decem. In cuius expressione dissolue syrup laxat. rosar. vnc. 1. syrup. de cichor. composit. cum rheo ℥ß. His si non cedit phlegmone, venę sectio, cõstantibus viribus repetatur: à qua ℞. cathol. duplic. ʒj. diaprun. laxat. ʒiij. Infundantur in aqua gramin. In expressione dissolue syrup. de cichor. cõposit. cum rheo vnc. 1. fiat dosis. Vacuato vt decet corpore phlegmonem hepatis mulcere conabimur his topicis. ℞. fol. absynth. plantag. endiu. lactuc. solani. semperuiu. an. Mj. rosar. rubr. Piij. Bulliant in aqua, & aceto pauco pro fotu regionis hepatis. Vel, ℞. aqu. stillat. rosar. absynth. plantag. cichorij, lactuc. an. vnc. 2. aceti rosat. ℥1. puluer. trinm. santal. ʒij. trochisc. ℈ Spod. ʒj. caphur gran. sex. misce pro fotu regionis Iecoris. Tùm. ℞. mucillag. semin cydon. & psill. extract. in aqua cichor. ʒiij. ol. violac. & nenuph. an. ʒj puluer. myrthill. & rosar. an. ʒj. cæræ parum. Misce pro litu post fotum. Vel, ℞. oxyrhod. vnc. 2. ß cæræt. santal. vnc. sem. ol. violac. vnc. 1. Misceantur in linimentum. Syrupus violaceus, Myrthinus, è limonibus, è granatis, ex oxalidis succo, iulepus rosaceus bibetur extrà pastus, cum aquæ coctæ quadruplo, vel quintuplo. Victus ratio tenebitur, quam nostris versibus perstrinximus.

Bolus è Cassia.

Potus hepaticus cholagogus.

Apozema.

Catharticæ.

Topica Iecoris inflammationem sedantia.

Syrupi.

ABSCESSVS IECORIS Curatio.

CAPVT VII.

EPATIS *Abſceſſus tumido qui manat ab igne,*
Vix ope pæonia medicabilis. Attumen illum — *Abſceſſum Iecoris curandi modus.*
Curandi modus hic, ſi quis modus. Inijce primum
Clyſma quod impediat calidos ſe attollere fumos, — *Clyſma.*
Pellat & has fæces, quas inteſtina recondunt.
Indè ſeca venam. Cataplaſmaque muniat Hepar — *Venæ ſectio. Cataplaſma.*
Intyba quod dederint, burſæ paſtoris & herba,
Pampinus obliquæ vitis, roſa plurima, myrthus,
Semper & herba virens, lactuca, cucurbita, iuncto
Quod calet abſyntho, ſimul & plantagine: quorum
Ex oleis ſuccisque litus, fotuſque parentur. — *Litus, fotus.*
Sed tepidè admoueas fotum, cataplaſma, litumque.
Si purgare placet, numquam medicamine forti
Concute: nigra agitet, quæ blanda eſt Caſſia corpus, — *In abſceſſu Iecoris blandè purgandum.*
Et lenitiuum, calabrinaque manna, ſerumque
Lactis, in hiſque Rheum, vix Indica Senna ſeratur.
Ante cibos omnes cremor laudabilis hordi.
Terget enim, lenitque. Roſæ cum ſacchare, lymphæ
Graminis, & ptiſanæ potus iuuat, Vtile ſæpe,
Præſertim Iecoris pus ſi pars gibba recondit,
In renes ſaniem diuertere, claudier vna
Depaſcens vlcus. Facit hæc cum gramine radix — *Diuretica.*
Quæ certum capitum eſt, apij, marathrique: ſed illis
Adiungi debent Agrimonia, Cichoriumque,

Plantago, Lichen, rumex, rosa, quæque minora
Quatuor appellat, maioraque semina vulgus.

COMMENTARIVS.

Parenchyma Iecoris quale.

PARENCHYMA Iecoris temperamento calidum humidum est, carneum, concreti sanguinis instar, & molle: ideóque quùm abscedit, vlcus se per eius substantiam facilè dilatat & exporrigit, quàm corrumpit. Ex eius corruptela vitiatur, aut omnino non fit sanguis, vndè Cachexia, vel Atrophia nascitur. Quamobrem vt primùm abscedit Iecur, ei succurrendum expositis hoc loco remedijs. Injciatur blandus clyster, ab eoque vena scindatur parca manu, maximè si sæpius scissa fuit in Iecoris quæ præcesserit phlegmone, viteſque, quod crebro fit langueant. Infundatur in aqua cichorij cassia, dissolutaque bibatur, vel bolo detur cum saccharo rosato. Manna secundas habeat partes in hordei decocto dissoluta. Tum vt morbus chronicus est, ℞. fol. agrimon. pimpinell. scariol. cærefol. capill. ven. an. Mi. semin. quatuor frigid. minor. an. ʒi. liquirit. raſ. ʒij. passul. & fol. senn. mundat. an. vnc. sem. fiat decoct. In colat. infunde Rhei elect. ʒij. cum ℈i. santal. citrin. In expressione dissolue syrup. violac. vnc. 1. fiat dosis. Creber sit vsus iulepi rosacei, cum quo misceatur interdum syrupus, vinumve granatorum in aqua graminis, hordei, cichorij. Sumatur hordeatum hora somni. Cataplasmata, fotus, lituſque fiant ex eorum materia, quæ nostris versibus exponuntur. Ratio sit victus vt in Iecoris phlegmone, sed magis desiccans.

Abscessus Iecoris curandi modus.

Potio cathartica.

SCIRRHI IECORIS CVRATIO.

CAPVT VIII.

Curatio scirrhi ab obstructione.

NE *confirmatum Iecoris sanare tumorem*
Scirrhosum statuas. Sed vbi sensusque, dolorque
Constat, ibi spes est pariter non vana salutis.
Congeries ideò, crassique obstructio succi
Si parit hunc, Apij, ruſci, marathrique patentes
Efficias radice vias: simul incoque sennam,
Pallentisque rosæ succum: diacarthamus illis
Sit comes, aut diaphœnicôn, quibus ire per aluum
Festinet quicquid multumque tenaxque moratur.
Si calor est etiam, venæque cruore tumescunt,

Quid agendum in scir-

Has aperi. Tamen ipse vide, ne flatibus illæ
Tendantur. Suberit flatus, si vulnere fact
Subsidunt subitò. Nimio tum parce fluori
Sanguinis, & venæ cohibeto vulnus hiantis.
Sed quùm duritiem Scirrhi mollire medullis,
Vt Cerui, Vitulique, vel Anseris vnguine par sit,
Insuper in Scirrho Iecoris quod roboret addas
Ceratum, cui dant nomen tria santala, nardum,
Absynthumque, rosam, & metuentem frigora myrthum.
Quæ magis vt penetrent, minimum haud male iungis aceti,
Vel vini, Scirrhi si causa tenacior humor.
Victus erit melior qui mollior, humidiorque.
Qualis qui teneri sequitur de carnibus hædi,
Et vituli pullique: dabit liquiritia potum.

vbo, cui cum obstructione plethora est.

In Scirrho Iecoris non modò topicis mollientibus, sed & roborantibus Iecoris vtendum.

Qui victus in Scirrho.

COMMENTARIVS.

QVVM Hepar intemperiem siccam contrahit, aut pridem obstruitur, in Scirrhum facilè labitur, quoniam eius est crassa, densaque caro, quam, vt reliquorum viscerum substantiam Erasistratus Parenchyma nuncupabat, quod existimaret viscerum eorum molem ex sanguine è venis effuso concrescere. Quem Scirrhum, incipientem quidem curamus, inueteratum vix vnquam. Inueteratum dicimus eum, qui sit sensus, ac doloris expers: vt incipientem, qui sit vtriusque, sed obtusi particeps. Quem si peperit obstructio, reserandæ viæ sunt initio clystere, qualis hic est. ℞. radic. alth. malu. petrosel. fænic. an. vnc. 2. fol. origan. calament. malu. bismalu. parietar. mercur. an. Mi. fol. senn. ʒvj. fiat decoct. In colatur. lib. 1. dissolue cathol. vnc. 1. sem. mel. & ol. commun. an. vnc. 2. fiat clyster. Videndum hinc quis humor obstruat. Si biliosus. ℞. capill. ven. adianti polyti. cichor. tot. an. Mi. semin. anis. fænic. citrul. melon. an. ʒi. fiat decoct. In colat. dissolue electuar. lenit. ʒvi. elect. è succo rosar. ʒij. syrup. solut. rosar. vnc. 1. fiat dosis. Talis erit frequens, obstruente pituita. ℞. elect. diacartham. drach. tres. syrup. laxat. rosar. cum agaric. vnc. 1. Cum aqua fænic. fiat dosis. Si melancholicus humor infarctus est causa. ℞. fol. agrimon. scolopendr. ceterach. an. Mi. draget. commun. ʒj. fol. oriental. ʒvj. fiat decoct. In colat. dissolue syrup. Saporis regis vnc. 1. confect hamech. ℥iiij. Sin Scirrhus à phlogosi Iecoris & intemperie sicca contractus est,

Cur Iecoris, reliquorumque viscerum substantia, Parenchyma dicatur.

Clysteres aperiens ac molliens.

Cathartocum remedium vbi crassior bilis obstruens Scirrhum facit.

Cathartica cum obstruente pituita congruens.

Potio purgans quum melancholicus humor obstruit. *Quomodo sanandus Scirrhus, qui sit à phlogosi Iecoris, & intemperie sicca.*

vtilis vsus cassiæ, mannæ, syrupi violacei: ratio victus humectans è pulli gallinacei, vitulique carnibus, elixis cum lactuca, portulaca, cichorio ex hordeatis, amygdalatis, gelatina, liquiritiæ passularumque decocto. Vena primis morbi secanda temporibus, si plenitudinis, aut caloris exuperantis signa sunt. Topica sint ex his quæ tepido calore molliant, partemque roborent, qualia sunt hæc. ℞. fol. absynth. Mi. rosar. rubr. & flor camomill. an. Pij. Coquantur in aqua pro fotu. Tum ℞. medull. crur. vitul. vnc. duas medull. Cerui, cærati santal. an. vnc. sem. Vel, ℞. pinguedin. Anseris vnc. 1. ol. absynth. vnc. sem. puluer. rosar. rubr. & myrthill. an. ʒj. cæræ ʒij. Misce pro litu regionis Iecoris.

Topica ad Stirrhum Iecoris ab intemperie ficca.

IMBECILLI IECORIS CVRATIO.

CAPVT IX.

Hepar imbecillum roborantia.

HEPATIS *est si languor, & haud benè firma facultas,*
Roboret hanc fotus quem dat rosa, iuncus odorus
Et calamus, dat & absynthum. Litus inde sequatur
Mastichis ex oleo, myrthique rosæque. Vel horum
Stet vice cæratum quod habet tria santala. Puluis
Sacchare cum decuplo faciat condita, tabellas
Ex ebore, & spodio, spica, myrrhaque, crocoque,
Cortice cinnameo, corallo, margaritisque,
Et cornucerui, cornu quoque monocerotis,
Purpureisque rosis, quibus & tria santala iunge
Cum moschi granis. Sed in his Jecur esse lupinum
Pulueribus debet, propriè quia roborat Hepar.
Si nimius verò calor est, Aposema paretur
Cichorio quod, & Endiuia cum Rumice constet,
Gramine, seminibus gelidis, & mollibus vuis.
Si purgare libet, tamarindos adde, rheumque.
Sin frigus, sit id ex absyntho, Iuaque, chamedri,
Cum filicis radice, apij, vel petroselini:
Cumque Rheo purget terebinthina lucida flauo.
Assa quidem Perdix iuuat, ac turrita columba,

Tabellarum & conditorum Iecur roborãtium compositio, sed in conditu addo debet conserua rosarum.

Hepar imbecillum à calore quomodo curandum.

Imbecilli Iecoris à frigore curatio.

sed cæro

Sed caro Limacum celebris. Ne vina propina,
Si febris est. Melior cum sacchare lympha rosato,
Vel quæ decoquitur cum berbere: quæve liquorem
Granati mali capit. Est Agrimonia cocta
Utilis in causa gelidâ. Neque lene falernum
Damnatur, tenui sed idipsum dilue lympha.

Caro Limacum ad Iecoris imbecillitatem vtilis.

COMMENTARIVS.

IMBECILLVM Iecur est, cuius languent actiones, infirmis eius facultatibus, & à munere suo deficientibus. Quo affectu qui tenentur, Hepatici dicuntur, vt antè notauimus. Causa est intemperies, quæ suis emendanda contrarijs, vt calida frigidis. Ideoque si calidior Iecoris intemperies sic eius vires exoluit, vt nec è ventriculo venisque mesaraicis trahere chylum, nec eundem in sanguinem alterare queat, his compesci debet, quæ refrigerent, ipsumque roborent, quale est apozema sequens. ℞. radic. oxalid. vnc. 2. cichorij tot. endiu. scariol. capill. ven. Hepatic. plantag. an. Mi. semin. quatuor frigid. minor mundat. an. ʒij. vuar. damascen. ℥j. flor. nenuph. violar. rosar. an. Pj. fiat decoctio. De cuius colatura cape lib. 1. In qua dissolue succi berberis, aut ribes, aut vini granat. ʒj. sacchari alb. ʒiij. fiat apozema clarificatum, aromatizatum cinnam. pro tribus dos. Reseruetur decocti portio pro quarta dosi, in qua lentè bulliant fol. oriental. ʒiij. In colatura infunde rhei elect. drac. 2. cum ℈j. moschatæ nucis. Expressione facta dissolue iulepi rosac. vnc. 1. Interdum etiam, quia sæpiùs est obstructio, congestis per imbecillam hæmatosin, seu sanguificationem excrementis, adde syrup. laxat. rosar. ℥j. Si frigidior intemperies, ℞. quinque radic. aperient. macerat. in vino rubro an vnc. sem. fol. agrimon. chamædr. fumar. cuscut. summit. absynth. an. Mj. semin. anis. fænic. an. drac. 1. passul. & fol. senn. mundat. an. vnc. sem. Coquantur in aqua iustæ quantitatis. In colat. dissolue cathol. infusi & colat. vnc. 1. sem. syrup. capill. ven. & è cichor. compos. cum rheo an. vnc. sem. fiat potio, manè sumenda. Nec verò validis catharticis vtendum in hoc affectu, ne ventriculi simul vt Iecoris atonia sequatur, qua primæ, secundæque coctionis læsis organis vitium emergat inemendabile. Conferunt in vtraque causa tabellæ sequentes. ℞. specier. elect. triumsantal. drac. sem. pulver. Iecoris Lupini drac. 1. cinnam. spod. rosar. rubr. an. ʒß. mosch. gran. sex. Cum sacchar. dissoluto in aqua rosar. & endiu. fiant tabellæ ponder. drac. 2. Tabellæ diarrhod. abbat. & aromatici rosati vt imbecillum ventriculum, sic & Iecur roborant. Litus, fotus, scutum fiet ex ea materia, quæ primis huius capitis versibus memoratur. Multa Iecori rota sua substantia familiaritate iunguntur, vt vuæ passæ, rhabarbarum, absynthium, Intybi

Iecur imbecillum quale dicatur.

Apozema refrigerans ac firmans.

Potio frigidi intemperiem cum materia corrigens hepar que roborans.

Hepatica tabellæ.

Qua Iecori familiaritate substantia connectuntur.

Nota de Rheo, & Absynthio.

ſpecies, Iecur Lupi, caro limacum, & eius aqua ſtillatitia, quæ poterunt in qualibet intemperie Iecoris vſurpari, cum prudentia tamen. Nam Rheum & Abſynthium in calidis naturis & affectibus, niſi frigidis temperetur ſæpe noxium.

SPLENICA, SEV LIENI CONferentia.

CAPVT X.

Cortex radicis tamarici & capparis.

Per filiculam Polypodium intelligæ filiculæ radicē, cuius vires expoſitæ lib. 5. cap 5.

Emplaſtrum ex ammoniaco, bdellio cum oleo rutaceo vel capparino Lienoſis conuenit.

BVGLOSSVM, *violæ, & redolentia mala*
Lienem
Solantur, Lupulus, ſcolopendria, cuſcuta, cortex
Et folium tamaricis: vt & de cappare fructus,
Radicis cortex etiam, Lapathumque, chamædris,
Scylla, galanga, apij radix, & in oxymelite
Decoctum rubiæ ſemen, raphanuſque, filixque,
Quæque mouet nigros radice filicula ſuccos,
Peucedanumque, ſalix, Agrimonia, & illiris Iris,
Herbaque Centauri minor, & Cyclamen, & agnus,
Ruta, aſarum, mordax vrtica, trahenſque ſynapi
Ex alto craſſa, atque leuans genus omne dolorum;
Struthion, & lachryma, hæc vulgo quæ Lacca vocatur.
His Ammoniacum, bdellumque adiungito gummi:
Quod minùs aſſumes, magis at macerabis aceto,
Fiat vt emplaſtrum tenuans ac molle Lieni
Cum cæra, rutæque oleo, vel capparis. Vtque
Splen riſum moueat, cum lætificante Galeni,
Vei gemmis fiant, diamargaritoque tabellæ.

COMMENTARIVS.

Splenica ea gida humida, eorumque vires Splenica ea lida.

HORVM quæ Lieni proprietate conueniunt, quædam frigida ſunt & humida, quæ retorridam bilem mulcent & obtundunt, vt viola, buglotſum, borrago, ſuccus malorum redolentium. Alia calida, quæ melancholicum humorem craſſum, fæculentumque tenuant

atque dissoluunt, vt Lupulus, scolopendria, cuscuta, raphanus, chamædris rubiæ semen, quæ Lienem ab obstructione vindicant, eumque minuunt & absumunt, vt & cortex tamaricis, aut cortex radicis capparis, peucedanum, Iris, Aristolochia, Caucamum seu Lacca, gummi: quod vt concretum Lienem dissoluit, sic pingues attenuat. Idem agit & Struthion, vrtica, Scilla, galanga, ruta, synapi, nasturtij semen, Centaurium minus, Asarum, Cyclaminiradix: Ammoniacum inter emollientia principatum tenet, calfaciens & extrahens. Cum aceto liquatur igne lento ne vratur, aut cum aceto in Mortario tunditur. Duritias ac tubercula mollit ac discutit, articulorum, coxendicumque doloribus opitulatur, Iecoris Lienisque schirrhosos tumores, nodosque qui in artubus occaluerunt digerit. Bdellium contusum affuso vino, vel aqua calente dissoluitur: molle est & pingue, calfaciens, molliens, coquens, modicéque digerens, ideoque commodè malagmatis inseritur, quæ dissoluendis nodis, durisque tumoribus afferuntur. Ideoque si Lien tenditur, tumetque, ℞. gummi Ammoniaci cum aceto, & bdelli cum aqua in mortario tuforum an. vnc. 1. limaturæ chalyb. & & puluer. ceterach. an. drac. 2. Cum ol. rutac. fiat emplastrum. Extende super alutam regioni Lienis admouendum.

Ammoniaci vires.

Bdellij præparatio, eiusque vires.

Emplastrum pro Liene.

SPLENICORVM, NEMPE QVORVM Splen tensus ac durus est, curatio.

CAPVT XI.

I tensus, durusque Lien grauat, inijce primum
Clysma, dein corpus vel lenitiua repurget
Syntheſis, aut Hamech, Diapruno iuncta, frequensque
Senna, sed incoctis quæ splenica diximus antè.
Quod alia buglossum, lupulus, scolopendria, cortex
Capparis, adiecto marathroque, apioque, tumentes
Quod soluit flatus, solitos vexare Lienem.
Lato diducas, amploque foramine venam,
Si venam reserare placet: sed læua secetur
Regia, & hæc tandem quæ Saluatella vocatur.
Conferet & venas in splene ferire patentes.

Lienem purgantia.

Venæ sectio varia.

Hirudinum, & cornicularum admonet.

Quod si formidas, vt eas exuget hirudo
Effice: corniculis fixis vel sæpius aude
Pungere, nigrantemque ab eis haurire cruorem.

Lienis pro Liene.

Fusus adeps Anatis pinguis, vitulique medulla,

Vnguenti & emplastri materia pro Liene.

Atque oleum rutæ Splenem linat: vnguat eundem
Immixtus Ceterach puluis, simul olybanumque
Atque Ammoniacum quod acetum soluerit addas,
Partique indatur, cui sentis inesse tumorem.
E chalybis, ceterach, corallique, & tamarisci
Cinnamei ligni, spicæ quoque puluere, iuncto
Sacchare conditum fiat, solidæque tabellæ.
Quas matutinis ieiunus splenicus horis
Glutiat, & sero geminatæ pondere drachmæ:
Fraxineoque in vase bibat. Veteri vnda falerno
Mixta erit in potu. Coquet hæc, animumque leuabit,

Aqua decoctionis chalybis, aut Ceterach, aut Tamarisci proprietate Lienem attenuat & absumit.

Sollicitas adimens curas, addensque soporem.
Vtilior sed erit Chalybem quæ senserit vnda.
Sit cibus ex assis auibus, quas mandere manè
Elixas licet, & coctas cum petroselino,
Hyssopoque, thymoque, aliisque calentibus herbis:
Sit nisi durities Splenis scirrhosa, requirit
Quæ tenues, molleſque cibos, tepidumque calorem.
Splen asini, pulli vel equi, vespertilionis
Corpus, ab hoc collum, si dempseris, esse feruntur
Quæ propriè possunt nigro conferre Lieni.

COMMENTARIVS.

Lieni alimentum sanguis est crassior. Obstructi, tensi, duriquæ Lienis signa

SPLEN à crassiore sanguine quo nutritur frequenter obstruitur, tenditur, induratur, & in Scirrhum abit. Ac tùm in hypochondrio sinistro dolor grauis est, tumor, in motu, cursuque concitatiore dispnœa, nigricans corporis color: hæmorrhois interdùm aut varix, aut in infernis partibus vlcera contumacia nascuntur, eo me-

lancholicum humorem non attrahente. Qui obstruitur à crassiore copiosioreque materia: tenditur à cruda flatulentáque: durus fit siccitate, concretione, repletione nimia. Quibus causis vt occurratur, vacuandum. Initio verò clyster indendus, instituendáque multiplex per inferiora purgatio quùm Lien sit καταῤῥοπος, humorem nempè continens, qui propter insitam grauitatem deorsum vergit ex Aphor. 5 lib. 4. Aphor. In quo censet Hippocrates ἀδρὸν πρῶς. ἰσχυρῶς, seu fortiter, vehementerque purgandum: quod postremis, non primis temporibus agendum est. Molliendus enim, & coquendus humor tractui contumax primis diebus, & blanda purgatione detrahendus, non irritandus: validiore postremis, in quibus coctus est humor. Concocta namque medicari oportet & mouere, non cruda. Præparatur ergo materia iulepis & apozematis. Iulepis quidem, qui fiant è syrupo violaceo, de fumaria, capillis veneris, de lupulo, scolopendrio, bizantijs, de epithymo, succo buglossi, de pomis odoriferis oxymelite simplici & scyllitico, cum aquis graminis, lupulorum, buglossi, borraginis, melissæ, fumariæ. Concinnabitur sequens apozema. ℞. radic. apij, gramin. asparag. ruscor. polypod. quern. oxalid. oxylapath. an. vnc. 1. fol. scolopendr. fumar. cuscut. lupul. buglos. borrag. agrimon. capill. ven. an. Mi. semin. quatuor frigid. maior. anis. fænic. an. ʒj. flor. cardiac. & genist. an. Pi. liquirit. ras. ʒiij. fiat decoct. & colat. ad lib. 1. in apozema clarificatum, aromatizatum ʒß. cinnam. pro tribus dos. Ad singulas doses prioresadde syrup. violac. si calidior humor: aut capillor. venet si frigidior. vnc. 1. In postrema verò dosi bulliant ignelento fol. sennæ mundat. ʒvj. cum ℈j. cinnam. Dissolue confect. hamech. aut diaphæn. ʒij syrup. Saporis Regis ʒj. Detur potio manè. Si plures doses respuit æger, vnica describetur hoc modo. ℞ cortic. radic. cappar. tamarisc. polypod. quern. an ʒij. fol. ceterach fumar. summit. lupul. an. Mi. semin. cuscut. fænic. dulc. an. ʒj. passul. mundat. ʒß fiat decoct. In cuius colatura ad dosim infunde & coque fol. oriental ʒvj. agaric. trochisat. ʒiiij. cinnam. ℈ß zingib. gran quatuor. Expressione facta dilue syrup. Saporis Regis vnc. 1. Phlegmagoga verò melenagogis immiscenda, quùm sæpiùs hîc ab humore nigro pituitosóque nascatur obstructio. Vena secetur in plenitudine, basilica dextra primo, deindè sinistra. Saluatella denique, quæ vena est inter annularem, minimumque digitum excurrens. Tabellarum splenicarum, quarum in versibus meminimus, hæc erit formula. ℞. puluer. ceterach. tamarisc. corall. rubri, limaturæ chalyb. an. ʒj. cinnam. caryophill. an. ʒß. Cum octuplo sacchar. dissolut. in aqua melliss. & fumar. fiant tabell. pond. ʒij Sumatur ex his vna manè, altera vesperi. Admouenda foris quæ tenuent, incidant, emolliant, discutiantque fomenta, litus, emplastra, cataplasmata. Crassos humores incidit ac resoluit acetum: quod in Liene carnosisque locis tutius affunditur, quam in ventriculo, neruosisque partibus. Hoc ideò solo, vel potius cum portione vini mixto, vel oxycrato cum spongia tum vtendum est, cùm incipit Scirrhus, aut materia pauca. Nam in multa, Scirrhoque iam veteri fomentum aliud necessa-

Causæ.

Splenicorum curatio.

Quatre præmittendus morbis temporibus melancholicus humor validu cathartic mouere non debet.

Iulepium splenicorum materia.

Tabellæ splenicæ.

Fotus pro splene.

rium, quale quod sequitur. ℞. radic. cappar. & tamariſc. an. vnc. 1. radic. bryoniæ, malu. lilior. an. vnc. 2. fol. ſcolopendr. malu. biſmalu. chamædr. abſynth. an. Mi. flor. chamæm. melil. geniſt. roſar. rubr. an. Pi. ſemin. aniſ. fænic. lini, fænugr. an. ℥ß. Bulliant in æquis partibus aquæ, & vini rubri cum aceti quadrante pro fotu regionis Lienis cum ſpongia. ℞ farin. ſemin. lini & fænugr. an. vnc. 2. farin. lupin. & orobi an. vnc. 1. puluer. ceterach. ℥ß. Cum magmate decocti ſuperioris terantur, cribrentur: adde pinguedinis Anſeris & ol. capparin. an. quantum ſatis eſſe videbitur in cataplaſma, regioni Splenis admouendum.

Cataplaſma.

Linimentum. Emplaſtrum.

Vel, ℞. ol. lil. & cappar. an. vnc. 1. emplaſtr. de melilot. ℥ß. Miſce pro litu poſt fotum. ℞ emplaſtr. è mucillag. vnc. 2. ſtyrac. liquidæ vnc. ſem. Cum oleo lil. fiat emplaſtrum molle: quod extende ſuper alutam, admouendum Spleni. Vel, ℞. diachil. magni & emplaſtr. diuinian vnc. 1. puluerís ceterach. & limatur. chalybis an. drach. 1. Cum ol. rutac. vel capparino ſubigantur in emplaſtrum. Ceterach. verò, cuius tam ſæpè meminimus verum Scolopendrium eſſe creditur, & Aſplenij deſignatur nomine, quia peculiari dote Lienem abſumit.

Ceterach quid, cur que dicitur Aſplenium.

HYPOCHONDRIACÆ MELANcholiæ Curatio.

CAPVT XII.

Parua melancholicæ purgandæ cathartica.

EST *hypochondriachus ſi morbus, aduſtus vt humor*
Ima petat, ſi clyſma frequens quod conſtet omaſo
Althæa, maluaque, alijs & mollibus herbis:
Seminibus calidis, vt aniſi, fœniculique
Cum ſenna: quæ cum prunis ſumatur & ipſa
Sæpius, aut pingui cum iure. Iuuabit & hamech,
Et lenitiuum, quod & Inda dat atramentum
Caſſia: cum gallo betáque filicula cocta:
Cumque ſero lactis Diaprunum, ſoluere ventrem
Quod ſolet: Ellebori nigri de cortice drachma,
Aut hyeræ quæ ſemen habet Colocynthidos, Indæ,
Vel fumiterræ pilulæ, cyanique lapilli.

Ellebori nigri & hyeræ Coloquynthidos, quia ſuſpectæ ſint, non drach. vnam excedat doſis.

Temperat humorem lupulus, lactuca peruſtum, — *Melancholicum humorem alterantia.*
Gramen & Aſparagus, ceterach, veneriſque capillus,
Borragoque, & lingua bouis, liquiritia, cortex
Radicis hederæ, tamariſci, capparis, Vua
Paſſa, atriplex, althæaque, portulacaque mollis,
Hydromel vt ſimplex, vt & oxymel, atque ſyrupus
Iuiubeus, fumiterræ, veneriſque capilli, — *Syrupus aceroſus, & ſyrupus Saporu Regu.*
Quique fit è violis, & habet qui nomen aceti,
Quemque facit celebrem Sapor, & redolentia mala.
Sæpius hic venam poteris pertundere, venæ
Si latæ, calidumque iecur, iuuenilis & ætas, — *Quando ſecanda vena.*
Suppreſſique iacent menſes. Sin iſta repugnant,
Rarius. A tepido referunt hypochondria fotu
Non leue ſolamen, qualem dat odora galanga, — *Fotus.*
Spicâque, aromaticus calamus, thymus, eppithymuſque
Origanum, calamintha, chamæmelum, melilotus,
Semina quæque calent, radix & odora Cyperi,
Cum lymphæ maiore, minoréque parte falerni.
Tùm litus ex oleo, quod capparis & violæ dant, — *Litus.*
Nardus & abſynthum, camomilláque blanda ſequatur.
Adiuuat & tepidas immittere corpus in vndas, — *Balneum.*
Arida ſi cutis eſt, metus inſanique furoris.

COMMENTARIVS.

HVNC affectum hypochondriacum dicimus, quoniam in hypochondrio ſedem habet: flatulentum etiam, quod in eo, ſumpto cibo concoctu difficili ſtatim ructus acidus comitatur, cum eoque flatus & æſtus: vt & acerbi dolores in ventriculo ad dorſum extenſi, quos flatulenta quidem & cruda ſæpiùs, interdum & calida materia genuit. Contingit enim aliquando vt ægri cibos crudos euomant, pituitamque ſubamaram & calidam, nonnumquam & ſic acidam, vt dentes torpere videantur. Cuius rei cauſa calor eſt immoderatior, & obſtructio venarum meſaraicarum ab aduſto nigróque ſanguine. Quare clyſteribus, qui ſunt in ſplenicis, affectibus perneceſſarij reuellendum & educendum eſt. Purgandum frequenti ſenna cum radice filiculæ, ſeu polypodij querni, ſeminibus aniſi, fæniculi: foliis bugloſſi, borraginis, — *Hypochondriacus morbus & flatulentum vnde?* — *Hypochondriaci morbi cauſæ. Curatio.* — *Purgantia cum ſplenicis.*

adianti. polytrici fumariæ, cuſcutæ, ceterach, & alijs, quæ verſibus noſtris fusè percurrimus. Diaprunum ſolutiuum ad ʒiij. cum ſyrup. de cichor. compoſit. cum Rheo. Caſſia, vel electuarium lenitiuum ad vnc. vnam cum ʒij. confect. hamech tuto purgat. Suſpectus Elleborus metu conuulſionis & acrium torminum. Hyera diacolocynthidos clyſteribus reſeruanda potiùs, quàm bibenda. Si tamen hypochondriacus affectus longus eſt, vt ſolet, & contumax, qui blandioribus remedij, non ceſſurus videtur, eſtque robuſtis viribus æger, Elleborum parabis eo modo, quo cecinimus lib. 5. cap. 5. Vel hoc pacto. ℥. Decoctionis capi pinguis vnc. 4. In qua tepida per noctem infunde corticis radicis Elleborinigri minutim inciſæ drachm. vnam. In expreſſione diſſolue. mann. calabr. vnc. vnam. fiat doſis. Hyeram. diacolocynthidos etiam ita deſcribes. ℥ elect. lenit. infuſ. in decocto gramin. bugloſſ. lupul. vnc. 1. ſem. hyer. diacolocynth. ʒj. aut ϑ iij. In cuius expreſſione diſſolue ſyrup. Saporis Regis vnc. 1. fiat potio. Sic valida medicamenta lenioribus temperanda atque frenanda ſunt, vt ægri viribus conſulas, morbique cauſam iuſto remedio propulſes. Quùm autem duæ primæ ſint, maximéque communes morborum cauſæ, plethora & cacochymia: ſic duo prima ſunt maximéque communia remedia, miſſio ſanguinis atque purgatio, cùm in alijs, tùm in hoc affectu ſummè neceſſaria, in quo non modò vitioſa qualitas, ſed & humorum quantitas exuperat. Quare non modo purgetur in hypochondriaca melancholia vario medicamenti genere corpus: ſed & vena ſecetur primo baſilica dextra quidem, ſi plenitudinis ſigna ſunt. Vel mediana, quam commendat Galenus in melancholicis affectibus: indè ſiniſtra: tum Saluatella: denique Poplitea, vel Saphæna, potiſſimum vbi menſtrua ſuppreſſio melancholici huius affectus, atrique ſanguinis cauſa eſſe videtur. Reuellit verò ſanguinis è Saphæna detractio, fæculentumque ſanguinem demit, qui in decliuioribus corporis locis ſolet eſſe copioſior. Fouenda vera ſunt hypochondria flatus diſcutientibus, ventriculum, Splenemque roborantibus, qualia ſunt hæc. ℥. fol. origan. calament. menth. ſalu. thymi, epithym. an. Mi. rad. cyperi vnc. 1. galang. craſſ. calam. aromat. ſpicæ nardi, vel lauandulæ noſtratis an. vnc. ſem. ſemin. fænic. carui, cumin. baccar. lauri an ʒii. flor. camomill. melil. roriſmar. geniſt. an. Pi. Impleantur his ſacculi duo tranſſuti, qui bulliant in aqua, & quarta parte vini rubri pro fotu regionis Lienis & ventriculi, quæ ad ſiniſtrum hypochondriũ eſt. Tum, ℥. ol. abſynth. & cappar. an. vnc. ol. nardin. chamæm. maſtich. an. ℥ß. cærat. ʒij. Miſce pro litu poſt fotum. Balneum aquæ tepentis in declinatione morbi perutile, quod poros reſeret, & fumoſam nigrãque materiam foras in cutim euocet. Primis diebus ex aqua ſola fiet, poſtremis adijcietur althæa multa cum floribus chamæmali, bugloſſi, borraginis & roſis. Victus hæc erit ratio, quam ſuperiore capite dictauimus.

Elleborisumendi modus.

Plethora & cacochymia communes morborum cauſæ.

Remedia communia duo, miſſio ſanguinis atque purgatio.

Saphæna quid conferat apertio.

Fotus.

Litus.

Balneum.

MORBO-

MORBORVM MESENTERII Curatio.

CAPVT XIII.

MVLTA Meſenterio lateat quùm ſæpe ſaburra
Humorum, ſi non alibi eſt tibi cauſa vigentis
Affectus, ibi quære manu. Si durior æquo
Pars tibi ſentitur, ſit in hac via tuta medendi. Meſenterii morborum curatio.
Sique febris, quæ lenta magis quàm magna videri
Aſſolet, iniecto primùm clyſtere, ſecetur
Vena, dein cunctos quod ad inferiora trahendi
Vi valet humores detur medicamen. Idipſum Catholicum intellige, medicamentum vniuerſale.
Non rarò repeti cum ſenna debet. Ab hiſque,
Si vetus eſt, neque ſecedens obſtructio, iunge
Quæ tenuant, & craſſa potentius ire per aluum
Impellunt, velut eſt Diacarthamus & Benedicta,
Cumque hyeris Diaphœnicôn. Sed viribus ægri
Conſule, & immodicam ſtatuas vitare catharſin.
Conferet ad fotum roſa, menthaque, malua, cyperi,
Althææ pariter radix, calaminta, thymuſque.

COMMENTARIVS.

1 QVIA Meſenterium exiles habet venas, per quas craſſior chylus non facilè permeat, varios in ſe plerumque continet ab obſtructione morbos, qui non rarò fallunt, quia quùm ea pars ſit indolens, de affectu non queritur æger. Quemadmodum ſi forte prehendit Atrophia, Cachexia, lenta vel erratica febris, Dyſenteria, vel Diarrhæa cum chyloſis dejectionibus, & Meſenterij regio tenſa, duraque tactu percipitur, ſine doloris manifeſto ſenſu, Meſenterium morbi cauſam ſuo ſinu complecti conijce: quod & phlegmone tentatum eſſe cogita, ſi per ſedem ſine dolore pus elabitur. Ibi itaque quùm ſuſpicio phlegmones, clyſter indendus è refrigerantibus & emollientibus: hinc reſeranda vena eſt. Danda Caſſia, vel electuarium lenitiuum, aut alia ſimilis blanda purgatio. Quùm eſt obſtructio ſine febre, pilulæ vorentur Meſenterij cur obſtruatur ſolutum. Signa quibus affectus Meſenterij dignoſcuntur. Meſenterij phlegmones curatio. Obſtructionis curatio.

ex hyera: vel potio sumatur ex decocto capillarium agrimoniæ, menthæ, reliquorum aperientium, cum sennæ folijs, dissoluto Diacarthamo, vel diaphænico, syrupo laxatiuo rosarum cum Agarico, expensis ægri viribus. Si lenta febris & virium imbecillitas, purgandum lentè, partitéque venæ sectione vacuandum. Fotus & litus conuenientes aptandi parti qui leniant & roborent, sensimque reliquam materiam foras euocent: quorum huius libri capite secundo quintoque meminimus.

Quando læta febris & virium infirmitas quod agẽdum.

ICTERI CVRATIO.

CAPVT XIIII.

In Icteri curatione qua methodo progrediendum.

NON labor Ictericum lassęt, neque mordeat vlla
Cura, sed in strato molli, thalamoque recumbens
Dormiat in lucem, cantu, salibusque iocosis
Se beet, & lautis epulis, madidoque Lyæo.
Non æstum, frigusve ferat: sed in aëre leni
Inspiret Zephiros, & amæni flamina venti:
Succus vt hinc melior tepidos accurrat in artus:
Quæque priùs fuerat, cesset generatio bilis.
Quam vacuare licet leuiori clysmate primùm:
Dein tusa vena, febris est si iuncta, calorque,
Menstrua vel cessant, quod adultis sæpe videmus
Virginibus, viduisque. Sed & purgare necesse
Cum lenitiuo, atque rosis pallentibus. Estque
Si cystis fellis, Jecoris, tumidive Lienis
Infarctus, reseranda via est tenuantibus herbis.
Quales sunt apium, calaminta, anchusa, chamædris,
Atque capillares, Agrimonia, Cichoriumque,
Capparis, & raphanus, lupulus, mensesque potenter
Quæ ciet, & nomen cui Gentius indidit, Iua,
Marrubiumque, asarumque, filix, marathrumque, thymũq;,
Endiuiæ quibus adijcias veneriscque capilli,
De gemina radice etiam, quinaque syrupos,
Oximel & simplex, & scyllæ nomine dictum,

Icteri à calida causa curatio.

Icteri curatio ab obstructione.

Aperientes & tenuantes herba.

Aristolochias, & Gentiana.

Si ſimplex Apoſema paras. Sin eſſe ſolutam
Vis aluum, diacarthamus, & hyera vtraque, laxans, — *Cathartica.*
Aut benedicta ſimul ſit in his, vel Agaricus albens;
Aut hyeræ pilulæ, aut aloës, myrrhæque crocique;
Vel pilulæ lucis media de nocte vorentur.
Quúmque ſoluta illis fuerint obſtructa, ſequantur
Balnea, quæ poſſunt arquatum demere morbum
Sola, criſi bilis ſi torrida firmius hæret — *Reliquus Icterus à criſi ſolis curatur balneis.*
In cute, depoſuitque in ea ſine febre furorem.
Si nuper ſumpto cutis eſt fædata veneno,
Euomat ictericus ingeſtis pinguibus; indè — *Icteri curatio à veneno ſumpto.*
Lac bibat, obtundit quod virus adurere natum.
Si fera dente minax vulnus dedit, acre venenum — *A venenato morſu.*
Cornua vel retrahant, maculatave ſugat hirudo:
Granaque cum lympha cardi bezoardica dentur.
Galgulus inter aues fuerit qui viſus ab ægro,
Et crocus, & fructus quem fert halycacabus, Indi — *Icterum occulta vi tollentia.*
Scobs eboris, tremuloque voratum ſulphur in ouo
Dicitur hoc vitium cutis emendare: ſed ipſe
Quid ratio dictet, quæ morbi cauſa, videto.

COMMENTARIVS.

QVID Icterus, vnde dictus, quænam eius ſigna cauſæque notauimus. Nunc ad eius curationem accingimur, quæ pro varietate cauſarum diuerſa eſt. Sed vt Icteri communis cauſa bilis eſt, ita bilis impedienda generatio per ea quæ ſpiritus, humoreſque temperent, quales ludi iocique permixti ſalibus, blandique ſoni ſunt, quies, ſomni dulces in loco molli, conclauique cultiore; tepidus aer, qualis vernus, Euro, Zephyroque flante, quique hyeme luculentis fit ignibus: potus ex aqua cum ſaccharo mulſæ loco: Vel è vino leni, lympha multa diluto. Vacuandum pota, bolove data Caſſia, manna, electuario lenitiuo, miſſoque parca manu ſanguine. Sed ſi peperit Icterum folliculi fellis, lecoris aut Lienis obſtructio, validius ex aperientibus ac tenuantibus quæ verſibus expreſſimus, additis catharticis ita purgandum. ℞. quinque radic. aperient. in vino albo macerat. an. ℥j. capillar. omnium, agrimon. cichor. tot. endiu. ſcatiol. fumar. lupul. ceterach. — *Icteri ſigna, cauſaſque lege lib. 3. cap. 12.* *Bilem temperantia.* *Bilem vacuantia.* *Icteri ab obſtructione curatio.* *Apoζema tollendis obſtructionibus vtile.*

an. Mj. liquirit. raſ. drac. 4. ſemin. card. fœnic. dul. an. drac. 2. fol. ſenn. mundat. vnc. 1. fiat decoct. In colat. infunde rhei elect. & Agaric. trochiſcat. an. drac. 2. cinnam. nuc. moſchat. an. ℈j. In quorum expreſſione diſſolue ſyrup. laxat. roſar. vnc. 3. fiat apozema ſolutiuum pro duabus doſſibus, quæ dentur diebus alternis. Vena deinde ſecabitur, & inſtituetur ex voto medici noua, ſi diuturnitas morbi requirit, purgatio, humori detrahendo congruens. Balneum aquæ dulcis hinc erit vtile, quod tempore ſuo cutis meatus referet, & hærentem intùs, & in cute bilem apertis meatibus euocet & excludat. Sique ſuſpicio veneni ſumpti eſt, cardiaca propinanda ſunt, quorum abundè ſuprà meminimus in Cardiacis ac peſtilentibus febribus lib. 5. cap. 19. & 21. Fœdus color à ſuppreſſis menſibus, eorum prouocatione curatur per hyeræ pilulas, hyſterica medicamenta, phlebotomiam primò cubiti venæ, ſi plethora: deindè poplitis, aut ſaphænæ. Victus ratio refrigerans & humectans imperetur, aut mediæ naturæ, quùm obſtructionis ab humore craſſo coniectura eſt.

Balneum.

Veneni ſumpti per cardiacam curatio.

CACHEXIÆ, SEV MALI CORPORIS habitus Curatio.

CAPVT XV.

Tres ſpecies numerantur, in hiſque vocamus
Atrophiam, qua corpus iners alimenta recuſat.
Altera cum macie Phtiſis eſt, qua continet vlcus
Pulmo. Iecur malè fert, vbi fœda Cachexia vexat.
Vnus curandi modus eſt Phtiſis, Atrophiæque,
Quem dedimus. Sed nunc curanda Cachexia, ne mox
Luridus exurgat, malè qui ſanabilis hydrops.
Ergo ne corpus noua congerat excrementa,
Si naturâ nequit, glans clyſmave molliat aluum,
Sumanturque per os hyeræ catapotia, Ruffi,
Barbaricumque Rheum, quod in vnda infundere tutum:
Abſynthi, Endiuiæque. Rheo ſi nulla catharſis

Tres ſpecies ex Celſo lib. 1. cap. 24.

Cachexiæ curatio.

Epoto sequitur, iungatur senna, rosaque
Pallentis liquor. Vtile sit Diacurcuma sumptum
Et Dialacca, & aromaticæ quæcumque tabellæ
Ventriculum, Iecur & firmant. Cibus vtilis ille
Qui simplex, succique boni, tenuisque lycœus.
Naturalis aquæ, recipit quæ sulphur, alumen
Et nitrum valet ingressus potúsque, calore
Quæ coquit, ac tenuans partes simul alleuat omnes.

Diacurcuma, & Dialacca.

Naturalis aquæ.

COMMENTARIVS.

1 Ἕξις Græcis. Latinis habitus est, cuius differentiæ duæ sunt, Euexia, Cachexia Bonum corporis habitum Euexiam: malum Cachexiam dicimus. Est verò Cachexia solidarum corporis partium depravatio, qua, quicquid in eas affluit alimenti corrũpitur. A Cacochymia nascitur, vitio plerumque Iecoris. Quùm enim id insigni laborat intemperie, vitiantur humores quibus corpus alitur, ideóque contingit tertiam coctionem quæ fit in solidis partibus labefactari. Quare, ne Cachexia, quam Tabis speciem statuit Celsus accidat, Cacochymia tollenda. Quam indicant Ictterus, varij generis in cute maculæ, vitiligo, psora, lepra. Quibus apparentibus repurgandum corpus phlegmagogis, si cutis color candidus: si pallidus & flauus, cholagogis: si furuus ac nigricans, melenagogis, non omissa phlebotomia, si rubor liuor-ve vultus, si latæ venæ. Sique pariter in molem, quæ laxa non firma sit assurgat corpus Leucophlegmatiæ modò, Cachexia nascitur, cui deniq; succedit Atrophia, si partium, maximéque Iecoris succedit infirmitas, & atonia. Nam imbecillo Iecore, vel nulla, vel praua fit hæmatosis, ideóque vel nulla, vel praua nutritio, quùm à sanguine partes vniuersi corporis alimentum capessant. Igitur in Cachexia purgandum corpus, vt si quis est in communibus nutritionis vijs humor noxius educatur, additis semper hepaticis, quibus imbecillo Iecori robur concilietur his formulis. ℞. fol. agrimon. scariol. cichor. tor. & plantag. an. Mi. summit. absynth. Pi. passul. & fol. senn. mundat. an. ʒß. semin. oxalid. fœnic. lactuc. an. ʒj. fiat decoct. In colat. infunde Rhei elect. ʒij. cinnam. & santal. citrin. an. ℈j. Expressione facta dissolue syrup. solut. rosar. vnc. 1. sem. Vel, ℞. radic. ὀxylapath. gramin. an ʒiiij. endiu. chõdrill. taraxac an. Mi. semin. fœnic. dulc. liquirit. rasi. an. ʒj. fol. oriẽtal. (quibus sennã notamus ʒiiij fiat decoct. In qua dilue syrup. de cichor. composit. cum Rheo, & syrup. solut. rosar. an. vnc. 1. Detur dosis. Experiri licet in hoc affectu radicem quam Mechuacam dicunt. Infundatur per noctem ad ʒij. in aqua card. & endiu. Mane bibatur expressio. Vel ℞. mass. interior. pilul. de hyera simplici, & pilul. è thabarb. an. vnc. sem. pulu. cinnam. ʒß. Cum syrup. de absynth. fiat massa mollis ex qua fingãtur pilul. tres

Quid Exis, Euexia, Cachexia.

Lib. 3.

Quo modo corpus mecachymia & Cachexia repurgandum.

Potiones hepaticæ.

Pilulæ

Fotus Hepaticus & stomachicus.

pro ℥ij. ad quamque dosim. Sumantur alternis diebus hora vna antè pestum. Tum, ℔. fol. absynth. menth. scariol. cichor. an Mi. rosar. rubr. flor. chamæm. an. P.ij. calam. aromatic. spic. nard. ligni rhodij an. vnc. sem. his impleãtur sacculi duo qui bulliant in aqua, & vino rubro austero pro fotu regionis Iecoris & ventriculi quotidie vesperi. Dein, ℔. ol. rosar. & absynth. an. ʒß mastich. & caryophill. an. ʒß. santal. citr. pilu. ʒj. cæræ parum. Misce pro litu post fotum. ℔. specier. elect. dialaccæ maior. & diacurcumæ, seu diacrocu an. ʒß. elect. diarrhod. Abbatis ʒj. Cum sacchar. dissolut. in aqua rosar. & plantag. fiant tabell. pond. ʒij. Sumatur vna, vel huius dimidium paulò longiùs antè pastus. His & similibus si non cedit malum, aquæ naturales, quas versibus exprimimus adeundæ. Tabellæ sumendæ sunt è Iecore lupino sicco cum puluere chalybis præparatæ, cum octuplo sacchari in aqua rosar. & Endiuiæ soluto : vinum absynthinum bibendum, & aquæ cinnamomi tantillum.

Litus.

Tabellæ.

HYDROPIS CVRATIO.

CAPVT XVI.

Hydrops albus, seu Leucophlegmatias facilius curatur, quia minùs refrigerato fit hepate: Tympanites & Ascites cerius.

Triplici hydropis specie minùs officit albus,
Tympanias magis hoc; magis & cui nomen ab Asco.
Quos medicamen aquas ducens communiter omnes
Curat, & occlusos quicquid reserare meatus
Et siccare solet. Purgabit Agaricus ergò

Hydragoga medicamenta, quæ hydropicorum aquas in alvum derivant.

Et rosa quæ pallet, Diacarthamus, & Colocynthis,
Quique trochisci ab ea celebres dicuntur Alhandal:
& Thymelæa etiam pilulæ, lathyrque, sabucus,
Cyclamenque, Ebulus, cucumisque asininus, & Iris.

Hydragoga quæ corrigunt.

Quæ ne ventriculo noceant Iecorique, galanga,
Spicaque, cinnameus cortex, piper adjiciantur,
Zinziber, & marathri cum semine semen anisi.

Diuretica aqua hydropicorum in renes derivantia.

In Renes etiam referantibus vnda feratur
Urtica, raphano, rusco, veneriisque capillis,
Fæniculi radice, apijque, & petroselini.

Siccabit velox glomerato in puluere curſus,
Frictio dura, frequens tolerata fameſque, ſitiſque,
In calidis phœbi radijs mora, ſiccior aura
Littoris & pelagi, ſolitoque micantior ignis,
In medijſque manens & opertum corpus arenis.
Frumenti clauſum medio vel in aggere, thermæ
Sulphureæ, vel nitroſæ, ſalſæque, fluentes
E calidis terræ venis: quas arte parabis,
Si natura ſoli negat hyſſopo, calaminta,
Stœchade, fœniculo, maioranáque, roſiſque,
Iuniperi baccis, lauro fragrante, thymoque.
Sulphur ab his etiam calidis miſcebis in vndis.
Non potus ſit quanta ſitis. Sitis aſpera torquens
Si ferri nequit, oxycrati mulcebitur vſu,
Vel glicyrrhyzæ manſu, potuque. Lyæus
Albus erit, tenuis, paucus, ſi forte bibatur:
Vt iuuat interdùm, quia vires auget, aquaſque
Euocat in renes varijs è partibus extrà.
Biſcoctus panis cibus eſto, aſſæque volucres.
Si tamen à calidis hydrops affectibus ortus
Cernitur, haud nimiùm ſitis eſt toleranda, cibuſque
Humidior paulò in liquidis variabit & aſſis.
Frigidus affectus venas aperire calentes
Hic vetat. Attamen eſt ſi febris, & ante cucurrit,
Fertur-ve in ſuperas hæmorrhois effera partes,
Menſtrua vel ceſſant, dubites ne haurire cruorem
E venis primo maioribus: inde reſecta
Eſt quæ Malleoli, vel Poplitis abdita vena.
Abdomen quum ſtagnat aquis, imponitur vnguen
Laureolæ purgans, quod & è Lathyride fertur.
E cochleis etiam tuſis cataplaſma, licebit
Iungere cui ſulphur. Veſicatoria proſunt

Hydropicorum aquas ſiccantia.

Aquæ naturalis & factitiæ ſalubres hydropicis.

Sitim hydropicorum leuantia.

Victus genus.

Quando in hydrope ſecanda vena.

Vnguentum aquas ducens.

Cataplaſma.

Veſicatoria, & pirotica.

Admota ad medium, vel nigra pyrotica ventrem.
Scarificatur & hic locus. His si nulla salutis
Est via, tentetur Paracenthesis, actio semper
Ancipitis, fiet quo tempore, plena pericli.
Impositus ventri lapis, anguis aquaticus ore
Quem vomuit, perhibetur aquas absumere sensim,
Venter vbi fit plenus aquis. Sin phlegmate turget
Tota cutis, benè Chyna, aut Sarsaparilla bibetur.

Hydrotica.

COMMENTARIVS.

Cur hydrops curatu difficilis.

HYDROPS affectus est periculi plenus, quia Cachexiæ soboles est, & non accidit sine Iecoris refrigeratione nimia: quia quùm labefactetur hæmatosis, aqua multa flatusve colligitur intra Peritonæum & Omentum. Aquosus pituitosusque sanguis, qui nequit agglutinari spargitur in habitum corporis. Vndè nascuntur tres hydropis species.

Tres hydropis species.

Ascites, qui sic appellatur ἀπὸ τοῦ ἄσκου quod in Peritonæo velut in vtre fluctu & humor aquosus. Tympanites, quod in eo percussus venter spongiæ instar tympani sonum edat. Leucophlegmatias, quod in hoc affectu corporis externa facies, seu cutis, alba pituita turgeat. Quem & Anasarcam appellant, quia per carnem effusa videatur aqua, quæ spongiæ instar madore diffunditur ac turget. Curationis summa præcipuè consistit in hydragogis, hydroticis, diureticis & topicis, his semper additis, quæ Iecori robur adferant. Ideóque frequens indendus clyster qui flatus discutiat, aquasque cum fæcibus pariter euacuet, hoc pacto.

In quibus hydropem curandi summa consistit.

Clyster.

℞. fol. origan. calament. mercur. parietar. violar. an. Mi. semin. anis. fænic. baccar. laur. an. vnc. sem. Coquantur in aqua. In lib. 1. colat. Dissolue cathol. & elect. Diacartham. an. vnc. sem. aut ʒvj. mell. commun. sacchar. rubr. an. vnc. 1. ol. aneth. vnc. 2. Vel, ℞. radic. ireos. alth. malu. petros. fænic. an. vnc. fol. ebuli, parietar. mercur. an. Mi. flor. sambuc. camomill. melil. an. Pi. Bulliant in aqua simul, hinc colentur ad lib. 1. In qua dissolue diaphæn. ʒvj. hyer. diacolocynth. ʒij. mell. mercur. & ol. chamæm. an. vnc. 2. fiat clyster. Catharticum hydragogum tale sit ℞. rad. petrosel. fænic. gramin. an. vnc. sem. liquirit. ras. drachm. 2. fol. agrimon. capill. ven. endiu. cuscut. an. Mi. semin. anis. fænic. an drachm. 1. acinor. seu garnor. Ebuli ʒß. passul. & fol. senn. mundat. an. vnc. sem. fiat decoct. In colat. infunde Rhei elect. ʒij. cinnam. ℈j. In expressione dissolue syrup. solut. rosar. vnc. 1. sem. pro dosi. vel, ℞. elect. Diacartham. vnc. sem. syrup. rosar. laxat. & è cichor. compos. cum Rheo. an. ʒvi. Cum aqua fænic. fiat potio. Vel, ℞. cathol. duplic. ʒvj. elect. diacartham. ℈iij. trochisc. alhandal. ʒß. syrup. de cichor. compos. cum Rheo ʒ. sem. Diluantur cum aqua gramin. aut endiu. pro dosi. Vel, ℞. mass. interior. pilul. ex agaric. & pilul. aurear. an. ℈ij.

Hydragoga medicamenta.

an. ℥ij. Subigantur in aqua cichor. fiantque pilul. 5. molles. Vel, ℞. mass. pilul. sine quibus drac. sem. pilul. è thymælæa, seu Mezereo ℥j. Cum aqua fœnic. fingantur pilul. tres, deuorandæ vesperi. Multa sunt quæ mouent aquas in hoc caput referenda, qualia sunt ebulus, sambucus, Iris, cucumis agrestis, ex cuius succo fit elaterium, daphnoides, lathyris, cyclamen: quæ quibus emendari possint, quaque dosi sumi scripsimus huius operis lib. 5. cap. 7. Et hæc quidem aquas in aluum deferunt, vt in renes diuretica, in cutem hydrotica, qualia sunt chyna, sarzaparilla, quæ præposita cathartis plurimum in Leucophlegmatia conferunt. Huc etiam transferenda, quæ Iecur proprietate substantiæ roborant ex huius lib. cap. 9. cum tabellis in commentario ibidem expositis. Fotus autem abdominis in Ascite & Tympanite è sequentibus vtilis. ℞. radic. Ireos, enulæ campan. galang. crass. cyper. an. ℥ij. fol. ebuli Mij. sol. origan. calament. roris mar. Absynth. vtriusque an. Mj. semin. anis. fœnic. carui cumin. an. vnc. sem. baccar. laur. iuniper. an. vnc. 1. flor. anth. camom. melil. salu. an. Pj. fiant duo sacculi transluti, qui his impleantur, & bulliant in æquis aquæ vinique albi partibus cum aceto pauco, pro fotu ventris iterato sæpius, alternatim positis sacculis tepentibus. Hinc imus venter cum inguinibus & femoribus illinendus vnguento è Lathyride Fernelij, quod potenter Hydropicorum aquas ab aluo subducere profitetur. Vel, ℞. emplastr. è bacc. laur. & stercoris caprill. an. vnc. 2. pulu. radic. cyper. vnc. sem. terebinth. drac. 3. Cum ol. rutac. fiat emplastrum molle, quod extende super alutam, admouendum tumido ventri. Vel, ℞. Limacum cum suis testis diu in mortario tritorum lib. 1. plus minùs, sulphuris viui vnc. duas. Misceantur. Superpone duplici linteo, vel stupis, & admoue toti ventri, cui relinquatur dum aruerit. Reliqua quæ commentarius hic non attingit è nostris require versibus, vt quod vena secanda sit in hydrope, nato à suppressis mensibus, vel Hæmorrhoidibus, primùm è vena brachij, dein saphænæ, quæ suspecta in reliquis causis. Quod diæta siccior & calidior esse debet hydropis nomine, qui frigidus humidus affectus: humidior autem quùm Hydrops inflammationem Iecoris, acutas, erraticas, longasque sequitur febres, à quibus Scirrhus plerúmque nascitur, quæ sunt antecedentes & præuiæ, non coniunctæ causæ: quarum tamen habenda ratio, ne dum calidis siccisque morbum expugnare nitimur, intemperiem Iecoris, reliquarumque partium siccam augeamus, vndè sequatur atrophia, seu marcor inemendabilis.

Hydragoga quæ in aluum deferunt: in cutem hydrotica: in renes diuretica.

Sarzaparilla Chyna que Leucophlegmatiæ remedium

Fotus abdominis in Ascite & Tympanite.

Vnguentum è Lathyride Fernelij.

Emplastrum.

Emplastrum è limacibus.

ILEI SEV VOLVVLI CVRATIO.

CAPVT XVII.

Clyſter.

VOLVVLVS *excluſis quia cedit fæcibus alui,*
Blandius inijcias imprimis clyſma per aluum
Mollibus è maluis, camomillæ floribus, atque
Pinguibus (vt fax eſt quæ dura liquetur) omaſis

Evoluuli varijs cauſis varia curatio.

Cum multo ſale. Deindè vide quæ cauſa mali ſit.
Sique calor, biliſque, moue ducentibus illam,
Laxanti veluti Diapruno: hinc cædito venam.

Cataplaſma.

Sin craſſa eſt pituita, hyeris. Cataplaſmaque ventri
Fiat ab althæa, tenui cum ſemine lini,
Anſeris & vituli pinguedine. Balnea proſunt
Dulcis aquæ, incocta camomilla & mollibus herbis.
Contulerit vomitus: meliùs tamen ire per aluum

Sumpto veneno vomendum.

Quicquid obeſt, ſumptum niſi ſit lethale venenum.
Tùm vomitu facto iliacus bezoardica ſumat.
Eſt inteſtini in ſcrotum ſi lapſus, ab hocque
Ileus, id reuocare manuque, oleoque tepente
Nitere, ſed blandè, validéque ligare memento,
Ne redeat graue ſæpe malum, mortemque procuret.

COMMENTARIVS.

Voluulus periculoſus affectus. Quid agendum quum Ileus eſt à phlegmone. Clyſteres, qui molliendo fæces, obſtruentes inteſtina foras excludunt.

ILEVS, qui Voluulus & Chordapſos appellatur, ob cauſas quas attigimus lib. 3. cap. 16. periculoſus affectus eſt, & à quo paucos euaſiſſe meminit Galenus. Qui quoniam vt plurimum ab inflammatione vel obſtructione ſtercoris aridi naſcitur, inflammationi ſectione venæ ſuccurrendum: emolliendæ verò fæces quæ vias obſtruunt clyſteribus malacticis è maluæ, biſmaluæ radicibus & folijs, vel omaſorũ decocto, cum adipe ſuillo, butyro, paribuſque pinguibus, & ſale multo, quod excreticem ſtimulet, additis catharticis congruentibus. Vt in Phlegmone à biliota materia, ℞. radic. alth. malu. an. vnc. 2. fol. alth. violar.

betæ,branch. vrſin.lactuc.an. Mj. ſemin. lini ℥j. fiat decoct.In cuius colaturæ lib. 1. diſſolue Diaprun.laxat. vnc. 1.ſem. mell. violac. ℥ij. pinguedinis ſuillæ vnc. iij. ſalis drac.2. In cauſa frigida, vt pituita gypſea plurimùm obſtruente, dùm cellulis inteſtinorum coercita, tenetur. ℞. decoct.omaſorum lib. 1. hyeræ ſimplic. & diacolocynth. an. vnc. ſem.mell.Mercur.vncij.pingued.anſer. & ol.commu.an.vnc.1.ſem.fiat clyſter. Fotus,litus, Cataplaſmata medio ventri conferunt: magis verò ſemicupium ex aqua tepida, quod internos externoſque meatus magis reſerat molllit, lenit, phlegmonemque temperat.

Fotus, Litus, Cataplaſmata fiunt ex emollientibus.

COLICI MORBI CVRATIO.

CAPVT XVIII.

COLICVS à flatu dolor attenuante leuetur
Clyſmate, quod mentha conſtet, rutaque, thymóque,
Semine fæniculi, rutæ, ammeos, atque Cucmini,
Cum Diaphænico, ſale, melleque mercuriali,
Laurinoque oleo, vel eo quod fundit anethum.
Detur aqua in potu, quæ vini ſpiret odorem
Mellea, cinnameo vel quæ de cortice manat.
Zingiber & piperum genus & condita iuuat nux.
Materiam dabit origanum calamintaque fotus:
Quem litus ex oleo rutæque, nucumque ſequetur.
Ampla ſed imprimis admota cucurbita ventri
Cum flamma medio, flatus dum diſſipat omnes,
Immanes etiam hinc genitus fugat ipſa dolores.
Si cauſa eſt pituita mali concreta, tenaxque,
Conferet antè datus clyſter: tùm potio purgans
Ex apio, menthaque, aliiſque calentibus herbis:
In quorum ſuccis infuſus Agaricus extet,
Idque quod humores medicamen detrahit omnes,
Et Diacarthamus, aut laxans benedicta, vel acres
Ingratæque hyeræ nimium, ſed ſæpe rebelles
Conſuetæ humores nocuos efferre per aluum.

Curatio colici doloris à flatu.

Materia clyſterum vbi colicus dolor à flatu eſt.

Hydromel vinoſum.

Aqua cinnamomi.

Fotus.

Litus.

Cucurbitula ventri medio fixa colici doloris remedium.

Colici doloris à pituita curatio.

Catholicum

Victus. Verum potus genus.

Sit paucus, tenuanſque cibus, veteriſque falerni
Potus. At abſynthum melius miſcebitur illi,
Vt coquat, & partes vicinas roboret omnes.
Gratius eſt quod maluaticum, Hippocratiſque notatur
Nomine, ſed Iecori magis officit atque Cerebro.

Venæ ſectio in acerbis doloribus remedium ſingulare. Balneum.

Scindere ne venam metuas, licet humor abundet
Frigidus: in magnis cruciatibus vna ſalutis
Hæc via. Compeſcent etiam fomenta dolorem:
Corpus & immerſum tepidis ac mollibus vndis.
In quibus althææ folium, melilotus, anethum,
Atque chamæmælum madeat cum ſemine lini.

Bilis interdū Colici doloris acerbiſſimi cauſa.

Hæc poſtrema queunt etiam compeſcere bilem,
Quæ Coli latebris aliquando incluſa, dolores
Excitat immanes, animi deliquia, ſpaſmos,
Sudores gelidos, febres, vomituſque frequentes
Subuiridis bilis, croceæque. Nocebit in iſta

Colici doloris à bile remedia.

Ferre famem cauſa. Quæ pharmaca blanda iuuabunt
Caſſia, Manna, Rheum, liquidi potuſque, cibique.
Si dolor excruciat nimium, neque cedit ab iſtis,
Fac ſopor irriguus feſſos accurrat in artus
Ex hyeræ picræ pilulis, vt drachma ſit vna,
Caſtorij granum geminatum, opijque gelantis

COMMENTARIVS.

Colici cruciatus cauſa.

COLON inteſtinum excruciat, quum eius membranoſam ſubſtantiam flatulenta materia diſtendit, aut pituitoſa mole grauat, & frigore comprimit, aut bilioſa calore penetrat vritque, pungit, & vellicat acrimonia. Quibus ne ſuccedat phlegmone, conuenientibus præſidiorum generibus vtendum ocyſſimè. Primumque clyſter in anum indendus è diſcutientibus vbi flatus eſt, quem eſſe indicat grauitas atque diſtentio. ℞. fol. Hyſſopi calament. rutæ, pulegij an. Mj. ſemin. anis. fænic. carui cumin. an. drac. 2. baccar. lauri. vnc. ſem. fiat decoct. In colat. ad lib. 1. Diſſolue Diaphæn. mell. anthoſat. ſacchar. rubr. an. vnc. 1. ol. aneth. vnc. tres ſalis drac. 1. fiat clyſter. Tùm admoueatur medio ventri cucurbitula magna: quæ flatus potenter diſcutit, pituitam coquit, dolorem quaſi miraculo ſedat. A qua ſi non abit

Clyſter diſcutiés flatus, quem carminatiuū vulgo dicunt.

dolor, præcedens iteretur, aut sequens injiciatur clyster. ℞. radic. apij, fœnic. petrosel. an. vnc. ß. baccar. lauri, juniper. an. ʒß. cinnam piper. an ʒ. sem. Bullitæ in aqua, & vino rubro odorifero. Coleturque ad quartaria quinque pro clystere: qui dari potest ex solo vino communi, vel Hippocratico, quod vt flatus dissipat, sic aromatica vi Colon, ventriculumque roborat. Noui hominem, qui multis mensibus colica passione torsus cum febre continua, flammeis vrinis, lingua sicca, nigra scabraque, celebrata multiplici venæ sectione, purgatoque sæpè corpore nullo remedio, nisi vinoso clystere leuabatur, quo tandem, sedatis doloribus, conciliatóque somno sanitati restitutus est. Foueatur pars origano, calaminta, ruta, pulegio, mentha, maiorana coctis in vino: tum illinatur oleo rutaceo, anethino, laurino cum terebinthina, quæ conueniunt vbi & flatus, & crassus, frigidus & pituitosus humor colici cruciatus est causa: quem his educere conabere quæ phlegmagoga sunt, vt habentur Agaricus, diaphœnicón diacartham. Benedicta laxatiua, trochisci colocynthidos, quos Alhandal appellant. Sin bilis exuperat, quod ex signis versibus expressis liquebit, vtere cholagogis, vt Rheo, Diapruno, electuar. è succo rosarum: minùs cassia, quia flatulent. Flatibus verò distendi Colon non rarò, dissectis corporibus animaduertimus, idcóque flatuum sedem benè nominemus. In omni verò causa detrahe sanguinem vbi dolor est acerbissimus: sæpiùs quidem & audentius, si plethoricus æger est, phlegmonemque vel iam esse vides, vel metuis.

Hominis historia qui colicis doloribus pressus, solo clystere vinoso leuabatur.

Fotus & Linus Flatus & putrida colicam vt vocant, passionem inducentibus remedia.

Bilis in tenuissimo Colo vexantis remedia.

LIENTERICI, CÆLIACIQVE Fluxus Curatio.

CAPVT XIX.

Est in Cæliaco, Lienterico que fluore
Tollendus stomachi tunicas qui vellicat humor
Aut Ruffi, aut hyeræ pilulis, rubeisque tabellis,
Juncta Rheo quas componunt tria santala.
Deindè
Languida pars succis, quos mala cydonia fundunt,
Quosque ribes, quos myrthillus, quos punica grana,
Mentha, rosa, absynthum firmanda, coquantur vt illi
Sacchare cum multo in liquidos varioque syrupos,
Assumat quos antè cibum: solidas-ve tabellas.
Æger, in hos olim quas Abbas condidit vsus.

Tabellæ triū santalorum.

Succi & syrupi roborantes & astringentes.

Tabella Diarrhodon Abbatis.

Espica, rubeisque rosis, spodióque, crocóque,
Eque Rheo, lignoque aloës, vt berbere, moscho,
Gummi Arabicum. *Masticheque, & gummi quod Arabs habet, & Tragacantha.*
Absynthum, rosa, mentha mero, narduſque madebunt
Fomenti litusque materia. *In fotum cum schænantho, & redolente cypero.*
Sit litus è nardino oleo. Peruuina probabo
Balsama, cærato stomachi commixta Galeni,
Balsamum Peruuianum. *Quo scitum fiat in alutæ corpore, molli*
Ventriculo indendum, veniat quo robur ad illam.
Victus genus. *Sit facilis coctu cibus. Assa leuabit alauda*
Præ cunctis auibus. Miscebitur vnda falerno
Pro potu: occludent pyra cocta, cydonia pastum.

COMMENTARIVS.

Lienteria quid. Λειὸν Græcis idem quod læue seu continuum, vndè λειεντερία dicitur quasi λειὸπις τ̃ εντέρου, seu lævitas intestinorum, quod in hoc affectu continua sit, & æquabilis superficies, vel à relicta cicatrice, vel ab humore frigido, crasso, lento, glutinoso, pingui, qui replet & oblinit rugosas, & sinnosas ventriculi, & intestinorum partes, vndè læuitate consequuta cibus assumptus confestim in aluum elabitur, nulla ferè mutatione, coctione nulla. Quare deiectiones in Lienteria sunt asperæ, crudæ, minimè putres, qui nullum sustinuere coctionis rudimentum. At in cæliaco fluore semicoctæ sunt & fætidæ, quia diutiùs in coctionis vijs hæsit alimentum, in quibus ab intemperie ventriculi vicinarumque partium frigida, calidave corruptum est. In quibus videndum an obstructio sit in venis mesaraicis: an humor acer & mordax, qui stimulet excretricem, an pituitosus: an humor à capite refluat, qui sua copia retentricis pariat imbecillitatem. Obstructionem indicabunt grauitas in hypochondrijs, vrinæ tenues, excrementa chylosa, quibus mesentericus fluor agnoscitur. Tum Rheo infuso in aqua menthæ, plantaginis, absynthij purgabitur, addito catholico duplicato rhabarb. Fouebitur regio ventriculi mesenterijque spica, mentha, rosis, coctis in aqua & vino rubro: lineturque mastiches & moschatę nucis oleo, caryophillis adiunctis. Humor acer ac mordax, quem rosionis sensus indicabit, eluetur cassia, sed cui Rhabarbarum immisceatur cum nuce moschata, quod roboret, fluoremque compescat. Sin sputum frequens, pondus capitis, spumosa deiectio fluxionem à supernis indicat partibus, capiti prouidendum per ea, quæ Catarrhum sistere lib. 6. cap. 14. notauimus. Cætera remedia petantur è nostris versibus.

Quid differt Lienterica deiectio à Cœliaca.

Mesenterius fluor.

Curatio Lienterici, cœliaci, mesenterijque fluoris.

DIARRHÆÆ CVRATIO.

CAPVT XX.

INTERDVM *natura potens vacuare per alvum*
Se solet, atque graui corpus deplere saburra.
Tunc ea si benè fert, aliquot fluat humor in horas,
Inque dies. At si sunt tempora longa fluoris,
Pallor & hinc, pulsusque minor, neque iusta videntur
Ex aluo quæ sponte fluunt, citò comprime fluxum:
Ventriculi ne languor ab hoc, Iecorisque sequatur,
Et sitiens hydrops. Ideò si febris in ægro est,
Præcessitque fluor bilis, vena icta iuuabit,
Sed qua paucus eat sanguis. Tria deinde vorentur
Santala iuncta Rheo. Vel id infundatur in vnda
Berberis, Endiuiæ, Plantaginis, atque bibatur
Cum granatorum myrthi-ve, roſæ-ve liquore.
Eque roſis clyſter, roſeóque cruore draconis,
Armeniæ bolo, ſimul vſto lacte paretur.
Et ne ſit grauior cibus, eſt magis vtilis aſſus,
Et coctu facilis, velut è Perdice, capiſque,
Gallinæ pullis, turdo, teneraque columba.
Lymphaque quæ chalybem recipit potetur, & huius
Bina ſit, at tenuis tantum pars vna falerni.

Nota, quibus agnoſcas cohibendum aluifluorem.

Medicamentum aſtringens & roborans.

Clyſter aſtringens.

COMMENTARIVS.

IRRITATA facultas excretrix, vel imbecilla retentrix Lienterici, Cæliacique fluoris, & diarrhææ communis eſt cauſa. Sed in illis alimenta: in diarrhæa praui humores, excrementa nempè liquida, pituita, bilis vtraque, ſincera mixtaque vacuantur. Qui fluor vbi contigerit natura ſe ſarcina qua premitur exonerante, quod ex euphoria cognoſci-

Cauſe communes Lienteria, diarrhææ, cæliacique fluoris.

Quando ſi-

nenda diarrhœa.

citur, relinquendus in tempus aliquod: tùmque sistendus, quùm virium ab eo sequetur imbecillitas. Sistunt verò, pariterque roborant

Quando sistenda.

succus & caro cydoniorum, succus ribes & berberis, tabellæ diarrhod. antè pastus, syrupus granatorum, myrthill. oxysaccharum simplex, iulepus rosaceus, Rheum infusum in aqua plantag. endiu. rosarum: clyster ex vstulato lacte cum armena bolo, terra lemnia, sanguine draconis.

DYSENTERIÆ CVRATIO.

CAPVT XXI.

Dysenteriæ causæ.

SÆVA *Dysenteriam comitantur tormina, mordax*
Quæ mouet & bilis, pituitaque salsa frequenter.

Remedia.

Cassia sed mulcet violato iuncta syrupo:
Clyster hic qui lac recipit cum mollibus ouis.
Lac quoque distento quod manat ab vbere vaccæ.
Hordea quod stillant & dulcis amygdala, sumptum
Sacchare cum niueo. Mulcent & mollia iura
Perdicis, pinguisque capi de carne, vel hædi,
Quodque gelu concrescit ab his, vitulóque nouello.
Quæ si non sedant penitus, febrisque fatigat,
Est constans ætas, sunt vires, corpus opimum,
Cessant & menses, solita & vacuatio quæuis,

Sola tormina venæ sectione indicant.

Vena secanda tibi est, quam tormina sola secandam
Esse notant. Tum purgabis sennáque Rheoque,
Lenibus immixtis, sunt qualia pruna, sebestem,

Electuarium lenitiuum.

Vuaque passa. Iuuat quæ lenitiua vocatur
Synthesis, interdum Diacarthamus additus illi.

Quando maioribus remediis vtendum.

Sed minùs hic, minùs & quem mittit Agaria fungus,
Sit nisi principium morbi, pituitaque salsa
Sæuiat, & crudi superent in corpore succi.

Retundum.

Nec priùs astringas, fuerit quàm noxius humor
Excluſus, liquido nisi sit natura fluore
Debilitata nimis, nimioque offensa dolore.

Eumque

Túmque gelu, fundunt quod mala cydonia, succi — *Astringẽtia.*
Berberis atque rosæ, granatorumque probantur,
Et myroballanus, & pyra, sorbaque, mespila, corna,
Fortiùs expressumque Rheum: quod & vrere præstat
Interdùm: vel iuncta Rheo tria santala, puluis
Ex Ebore & cornu Cerui, vel Monocerotis.
Clysma sit éque rosis, salice, & plantagine, vitis — *Materia clysteris astringentium, cum aliquot refrigerantibus ad lenemẽ.*
Capreolis, semperuiuo, psillique gelante
Semine, lactuca, portulacaque, ruboque
Cum galla: quibus incoctis dissoluito bolum
Armeniam, vel lemniacam, vel alumen, amylum;
Grana soporiferique opij, antidotúmque Philonis,
Si dolor immittis requiem negat atque soporem.
Vlcus siccabis fumo ingrediente per anum — *Vlcus dysenteria siccanse per suffitus.*
E myrtho, rubeisque rosis, nucibusque Cupressi,
Thure, aloës ligno, verniceque, mastiche, gummi
Quod defert & Arabs, terebinthus & educat arbor.
Sit cibus ex assis. Cum berbere lympha bibatur — *Victus.*
Et veteri, rubeoque mero, nisi forte repugnet
Febris; erit præstans cum sacchare lympha rosato.

COMMENTARIVS.

DYSENTERIÆ proprie dictæ causa mordax humor est, qui primùm absterget & abradit, dein tractu temporis exulcerat intestinum. Humor autem hic triplex: nempè bilis atra, cuius insanabilis exulceratio, quùm à Cancro non differat: flaua bilis & pituita salsa, quarum curationem suscipimus. Flaua verò bilis æstate sicciore potiùs, humidiore pituita salsa gignitur. Vtque siccitates imbribus salubriores, ita dysenteria quæ fit à flaua bile securior, curatuque facilior, vt sæpiùs quidem obseruauimus, sed imprimis anno salutis 1590. quo Parisienses vrbis obsidionem passi sunt. Dysenteriæ tùm bilioſæ læuierunt æstate sereniſſima, cum excrementis alui croceis, prasinis, seu viridibus & spumosis cruore tinctis, ex quibus omnes ferè quotquot vidi, vidi verò quam plurimos, euaserunt remedijs leuioribus, vt venæ sectione, sumptis iusculis è lactuca, portulaca, tremulis ouis, hausto lacte vaccino, & clysteribus iniecto, cum aqua rosar. & plantag. Cassia

Dysenteriæ vera causa.

Dysenteria ab atra bile letalis.

Dysenteria à bile curatu faciles anno 1590.

Remedia blanda Dysenteria bilioſæ.

Cur Dysenteria à pituita salsa longior.

cum Rhabarbaro, syrupis myrthill. granat. violarum etiam cum iulepo rosato: tandem pultibus cum oryza, cum amylo. Dysenteria quæ fit à pituita salsa, longior & contumacior, quia crassior eius humor, natura frigidior, & ad putrendum aptior: sed & iam putris, quia putredine fallus affectus est. In ea muccosa multa subeunt aluum immixto sanguine: quare primis morbi diebus phlegmagogis repurgandum corpus est, vt Agarico, Diacarthamo, iunctis astringentibus & roborantibus, vt ℥. fol. agrimon. centinod. plantag. an. Mj. semin. cydon. & fænic. dulc. an. drac. 1. gran. berber. ʒij. passul. & fol. senn. mundat. an. ʒiij. fiat decoct. in colat. infunde agaric. trochisc. rhei elect. an. ℈iij. nuc. moschat. santal. citrin. an. ℈j. Expressione facta dissolue iulep. rosac. ℥j. Vel, ℥. elect. Diacarthamo. ʒiij. syrup. de cichor. compositi. cum rheo vnc. 1. Cum aqua plantag. & endiu. diluantur in dosim. Hinc blandiùs agendum, præcipuè si cum pituita bilis excernitur, deque virium robore dubitatur. Tùm, ℥. cathol. duplicat. infusi in aqua plantag. vnc. 1. sem. syrup. de cichor. compositi. cum rheo vnc. 1. Vel, ℥. semin. cydon. ʒij. semin. anis. fænic. card. an. drac. 1. rasur. cornucer. drachm. sem. fiat decoct. In colat. infunde rhei optimi drac. 2. puluer. trium sant. & diamargarit. frig. an. ℈j. Expressione facta dissolue syrup. de granat. & iulep. rosac. an. ℥ß. fiat dosis, qua, vel huic simili tùm vtendum, quùm astringendum est in malignæ Dysenteriæ suspicione, in qua sequentibus tabellis erit locus. ℥. rasur. ebor. cornuceru. margarit. electar. & Diarrhod. Abbat. an. drac. sem. terræ lemn. ℈j. rasur. monoc. & lapid. bezoard. an. grana sex. Cum saccharo dissoluto in aqua rosar. fiant tabellæ ponder. ʒj. quæ sumantur antè pastus. Clysteres imprimis vtiles. Per hos enim medicamenta per sedem inijciúntur quæ statim intestinis occurrunt, ideoque facilior est per hos intestinorum quæ læduntur in Dysenteria curatio. Primis verò diebus lenientibus & anodynis: post eluentibus ac detergentibus: astringentibus non nisi sub morbi finem vtendum est. Ea namque nondùm vacuata materia febrem augent. Dolores leniet mulcebitque sequens clyster. ℥. lact. vaccini tepentis lib. 1. vel quartar. quinque. vitellos duorum ouorum. Misce. Vel, ℥. semin. alth. lini pfill. an. vnc. sem. Oryzæ ʒij. flor. camom. Pij. Bulliant in aqua & lacte. Cape de colatur. lib. 1. In qua dissolue butyr. recent. ℥iij. Detergens erit sequens. ℥. fol. agrimon. rosar. rubr. an. Mj. Coquantur in lacte. coleturque ad quartar. quinque decoctio pro clystere. Vel ℥ lactis asinini, aut seri lact. lib. 1. mell. & sacchari rosat. an. ʒij. fiat clyster, qui additis duobus oui vitellis etiam leniet. Lenire autem in hoc affectu semper sit animus, ratione torminum, quæ humor acer & vlcus excitat. Clyster astringens ac leniens hic esto. ℥. lactis tepidi lib. 1. boli armen. terræ sigillat. sanguinis dracon. an. drac. 2. aqu. stillat. rosar & plantag. an. vnc. Adde, si vigiliæ continuæ sunt, dolorque crudelis, philonij roman. drac. 2. & fiat clyster. Lac autem in Dysenteria curanda facere videtur vtramque paginam. Butyro namque suo lenit, mol-

Remedia Dysenteriæ pituitosæ.

Tabellæ cardiacæ subastringentes.

Cur Clysteres in intestinorum affectibus vtiles.

Quis ordo tenendus in clysteribus in Dysenteria describendis.

Varij Clysteres.

Cur in Dysenteria maximè leniendum.

Quantùm lac in Dysenteria conferat vide.

lit, anodynum est, vt amygdalatum: sero rerget & abluit vt hordeatum: astringit caseo, & cum oryza vel amylo blandè glutinat. Vtiliter ideò per os, si febris abest, cum saccharo rosato sumi potest.

TENESMI CVRATIO.

CAPVT XXII.

IN recti dolor intestini fine moratur
Quùm Tenesmus habet: quo sæpe feruntur in anum
Conatu magno muccosaque, paucaque, guttis
Sanguinis immixtis. Tùm lac dare sæpe caprillum
Vtile. Purgetur blando medicamine corpus.
Leniat imprimis clyster: tùm denique siccet
Calfaciatque, vt quæ supereſt pituita coquatur.
Hoc dabit origanum, laurus, melilotus, anethum,
Ruta, chamæmælum, quibus & benè fotus ad anum
Fiet, & insessus. Litus ex oleoque tepenti,
Laurino, vel rutaceo. Pix sicca, bitumen,
Pinea nux, resina & candentibus indita prunis
Efficiat fumum, qui sede patente receptus
Vlcera siccabit, si quæ & pituita molesta est.
Tenesmi atque Dysenteriæ par causa: requiras
Hinc ab ea, hic si quid minùs explicuisse videbor.

Tenesmus affectus est extremæ partis intestini recti, quo muccosa cum pauco sanguine magno conatu rejiciũtur.

Materia clysterum fotuum, & balnei particularis, seu semicupij.

Suffumigium ad anum, pituitam coquere & exsiccare aptum, vlcusque cogere & consolidare.

COMMENTARIVS.

TENESMVS communes quidem cum Dysenteria causas habet, at maximè pituitam crassam & viscidam: quæ in intestino recto diutiùs aceruata putrescit, moraque contrahens acrimoniam irritat intestinum, vndè frequens deijciendi libido. Præcedit aliquando Dysenteriam, cuius ideò tùm vsurpanda remedia. Cui si succedit, blan-

Tenesmi & Dysenteriæ communes causæ.

dè purgandum vlceris metu. ℥. medull. cass. recent. vnc. 1. Rhei puluer. drac. 1. cinnam. ℈j. Misce. fiant boli, dandæ cum syrup. viol. vel iulepo rosac. Vel, vt cum bile pituita pariter exeat. ℥. pulp. cass. drac. vj. Diaphæn. drac. 2. Cum saccharo fiant boli. Clysterum parua sit quantitas, vt ad lib. ß. Nam intestinum sæpiùs tùm arctum est, & eius extrema pars duntaxat eluenda: sique dolor acerbus est, lenientibus, in quibus primas habeat lac, adiunge narcotica. Balani fiant è styrace, ladano cum anisi, fæniculi, rutæ semin. Foueatur pars dolens origano, calamento, maiorana, ruta, lauri folijs, chamæmælo, meliloto, dein illinatur oleo rosaceo, rutaceo. ℥. thuris mastiches, ladani, styrac. an. drac. 2. puluer. nuc. cupress. sulphur. an. drac. 1. Cum terebinth. coeant in trochiscos. Carbonibus calidis inijciantur, vt exciterur halitus seu fumus, qui per sedem excipiatur.

Suffitus per sedem excipiendus.

LVMBRICORVM CVRATIO.

CAPVT XXIII.

Vermes ventris sequũtur alimenta dulcia: quamobrem per os assumenda non sunt.

VENTRIS *lumbrici quia dulcia quæque sequuntur*
In pastum, ne lac bibito, sorbe ve vitellum
Oui, aut iura, vides quæ pinguia, serpat in altum
Ne reptile ferox, stomachum morsuque lacessat,
Et Spasmo, pariatque animi deliquia, lethum.
Mellea quæque paras niueo cum lacte, per aluum
Dentur, vt hæc quærens lumbricus ad ima feratur.
Purgeturque Rhei aut Hyeræ medicamine corpus
Cum mentha, portulacæ vel semine. Puluis
Contrà lumbricos absynthi detur in vndâ,
Absynthive mero. Communis lympha bibatur
Ex Ebore & Cornu Cerui, coctisque sebesten.
Emplastrum è Ruffi pilulis cum melle paretur
Indendum ventri medio. Mithridatica confert
Antidotus cum Theriace, cardique liquore.
Quotquot amara necant fœdos, vt & acria vermes.

Puluis contrà lumbricos.

Emplastrum.

Quos gula cum generet, tenuis simplesque vetabit
Hos nasci victus ratio, & labor impiger omnis

COMMENTARIVS.

LVMBRICORVM alij rotundi sunt ac teretes, qui ventriculum interdùm subeunt, vomunturque per os. Alij lati, incredibilis aliquandò longitudinis: alij tenues ac breues, quos Ascarides appellant, in intestino recto gigni, pruritum ac Tenesmũ excitare soliti. Quorum omnium generationis causa crudus ac putris humor est, ex quo natura quod est benignius, viuifico suo calore format in animal, vt lib. 3. cap. 20. scripsimus. Et hi quidem quùm morbi sint, causæque morborum, excludi necandique sunt, eorumque generatio prohibenda. Necantur excluduntque sumpt. per os amaris, & iniectis in anum dulcibus. Ideóque, ℞. mass. interioris pilul. Ruff. & pilul. de hyer. singul. ʒij. Cum syrup. de absynth. fiat massa mollis, ex cuius ʒß. fingantur pilul. tres, quæ deglutiantur alternis diebus. Vel pilula vna singulis diebus voretur antè cibum. Vel. ℞. syrup. de cichor. composit. cum Rheo vnc. 1. Cum aqua portulac. fiat dosis. Vinum absynthites eximium, amatore vermes necans, vini vapore spiritus instaurans, substantia nutriens, calore crassos humores concoquens, arcensque putredinem. ℞. mass. pilul. communium ʒß fellis bubuli ʒj. Cum ol. rutac. subigantur in emplastrum molle, quod extende super alutam, admouendum vmbilici regioni. Pueris aqua Rhabarb. detur in aliquot dies, aut ʒß. pulueris contra vermes immisceatur eorum pulti. Malignitatem arcebit, & cruda concoquet hic iulepus. ℞. aqu. stillat. scord. card. morsus an. vnc. tres aqu. theriacal. vnc. sem. syrup. de absynth. & è limon. an. vnc. 1. Misce. fiat iulep. in duas doses. ℞. lactis tepent. ℔ß. sacchar. alb. ʒij. vitellum vnius oui. Misce pro clysteres. Victus ratio ratio sit tenuis, ex assis potius quàm elixis, ijsque boni succi. Talia sunt biscoctus panis, Alauda, Columba, Perdix, Veruecis caro natu maioribus, cũ austeriore vino lymphato, vel si fieri potest, absynthino. Lactantibus panatella, subtracto vel imminuto lacte, potus ex aqua cocta cum eboris, & cornucerui rasura.

Varie lumbricorum species.

Lumbricorum generationis causa.

Lumbricorum curatio.

Absynthium vini dotes.

Emplastrum.

Iulepus Cardiacus.

Victus ijs congruus qui lumbrici infestantur.

LIBRI OCTAVI MEDICÆ Decados Finis.

FRANCISCI PORTI.

MEDICÆ DECADOS

LIBER NONVS.

NEPHRITICA, SEV RENIBVS conferentia.

CAPVT I.

AVarijs cauſis, vt ab infarctu, igne, tumore
Sanguinis, abſceſſu, grumo, vlcere, pure, lapillo
Conſurgunt varij, hiq; graues in Rene dolores.

Cauſæ nephritici, ſeu Renum doloris.

ZiZipha quos & Myxa leuant, & amygdala dulcis,
Althææ radix, ſtrobili, piſtacia, ficus,
Prunaque cum ceraſis, tragacanthum, Caſſia nigra,
Purpureæ violæ, liquiritia, cremor & hordi,
Iſque rubens fructus quem fert halycacabus, atque
Semina quæ frigent maiora, minoráque, fragum,
Gingidiumque, quod & Stomacho Renique benignum eſt:
Plantago, gramen, rubus, oxalis, aſparaguſque,
Herbaque quam iungit paries, lactuca, limonis
Succus, & à Veneris quæ dicitur herba capillis,
Nymphææ flores, ſemenque papaueris albi
Si calor eſt. Sin craſſa vias pituita, lapiſ-ve

Renum doloris lenientia.

Refrigerantia quæ calidis Renum affectibus proſunt.

Calida, quæ frigidis morbis succurrunt.

Obstruit, aut grumus, findet Cicer omne meatus,
Pimpinella, illique parum saxifraga dispar,
Atque apium, marathrum, camomillaque, petroselinum,
Et centum capita attollit qui Carduus, urens
Urtica, & calamus redolens, radixque Cyperi,
Pæoniæ, ruscí, milij cum semine Solis,
Juniperi, & lauri baccæ, terebinthina candens,
Et tribulus geminus, Crithmum, seu Creta marina,
Cressio, quique valet radice ac semine daucus,
Smirnion atque Syon, raphanusque, genistaque, purgans
Humores Asarum & varios, sed phlegma potenter.

COMMENTARIVS.

Calidis renum affectibus conferentia.

EORVM quæ Renibus & vesicæ conferunt, alia calidis eorum affectibus, vt ardoribus & inflammationibus subsidio sunt, doloresque mulcent, vt amygdala dulcis, huiusque recens oleum, pruna, iuiubæ, sebesten, tragacantha, liquiritia, strobili, nuclei pinei, pistacia, ficus, quæque leniendis pulmonibus conuenire lib. 7. diximus: quæ non sinunt arenulas in calculos concrescere. Vt neque Limonum succus, radix oxalidis, asparagi, rubi, graminis, capilli veneris, quæ solidos verosque calculos comminuere creduntur incidendo, tenuandóque nullo calore, nulla insigni siccitate. Tergent, incidunt vrinas etiam calculosque conterunt semina quatuor maiora minoraque, vt halicacabi rubentes fructus, fraga, radix & semen althææ, plantago. Cassia summè lenit, purgatque cum puluere liquiritiæ bolo sumpta, quam cum terebinthina vorare licet, vbi non est inflammationis nota. Plurima verò calida sunt, quæ frigidis Renum morbis, quos humoris crassities, & obstructio peperit opitulantur. Vt radices eryngij, apij, ruscí, petroselini, fœniculi, terebinthina, calamus aromaticus, cyperus, vrtica, pimpinella, saxifraga, creta marina, cicer, milium Solis, daucus, raphanus, Syon, smyrnium, Asarum, genista, cressio, quæ tenuitate sua incidendi, abstergendique vi mouent vrinas, calculum frangunt, quæque sunt in Renum vesicæque vijs crassa duráque tenuant & excludunt. A quibus variæ compositiones extant, vt syrupus è limonibus, Iuiubinus, capillorum veneris, syrupus de althæa, de raphano, de duabus & quinque radicibus: vt Apozemata, quorum alia leniunt, vt quæ fiunt, è prunis, iuiubis, sebesten, caricis, summitatibus asparagorum, & althææ, seminibus cucumeris, citruli, maluæ, melonum, cucurbitæ cum passulis, & liquiritia. Quædam arenulas & calculos atterunt atque deturbant, vt quæ parentur è quinque radicibus, additis capillaribus, pimpinella, saxifragia,

Calida frigidis renum morbis opitulantia.

Compositiones variæ renum & vesicæ morbis vtiles.

saxi fragia, semine dauci, milij folis, fæniculi. Fiunt & clysteres, insessus, fotus, compescendis nephriticis doloribus apti, comminuendoque calculo è radicibus althææ, maluæ, raphani petroselini, fæniculi, eryngij, bardanæ, cum berula, malua, parietaria, betonica, chamæmælo, nasturtio, lauro, iuniperi baccis; quorum magmate, addita farina seminis althææ, lini, fænugræci, dauci, cum axungia cuniculi & anseris cataplasma fingitur: vt litus ex oleo chamæmælino, laurino, scorpionum, terebinthinæ, butyro, & amygdalarum dulcium succo. Quorum formulæ sequentibus capitibus aperientur.

Nephriticorum topicorum materia.

IMBECILLITATIS RENVM CVRATIO.

CAPVT II.

SI mala temperies, simplex seu mixta, seroſos
Debilitat Renes, nimius vel cursus, equive
Sessio longa nimis, vel in illos casus, & ictus,
Pluraque dicta priùs, contraria cura sequatur.
Cassia iuncta Rheo Renum fugat frnda calorem,
Populei litus vnguenti, illiusve gelantis
Pergameum perhibent quem composuisse Galenum.
Frigus at oppugnat terebinthina lucida, vinum
Absynthi, fotusque roseæ, suauisque Cyperi.
Cursus, equique labor requiem petit, vt petit ictus
Casusve in lumbos. Nocuit si turbida lympha,
Mixta mero rubro, illimisque & clara bibatur.
Et si distentæ nimio præ sanguine, venæ
Mulgentes hos mole premunt, Iecoraria primùm,
Poplitis hinc aut malleoli est quæ vena secetur.
Interdúmque vsus nimius medicaminis huius
In Renes quod mittit aquas, lotiumque profundit
Debilitat. Tunc humoris diuertito cursum
In sedem, inque cutem. Neque Renes robore priua.
Iudaicus firmat lapis, & tria santala flauo
Mixta rheo, diaquod tragacanthum dicitur, illi

Causæ renū imbecillitatis ex cap 22. lib 3. repetendæ, quarum hic curatio datur.

Imbecillitatis Renum à calore curatio.

Vnguentum populeum & refrigerans Galeni.

Curatio Renum imbecillitatis à frigore.

Aliàs causis curatio.

Si ex diureticorum vsu nimio debilitantur renes, diuertendum in cutem per hydrotica, vel in anum per cathartica.

Robur addētia Renibus imbecillis.

Si iungatur Ebur, Rosaque, & Corallus vterque.
Omnibus apta quies causis. Labor exulet omnis,
Et Venus, & teneros quæ dilatare meatus
Balnea blanda solent. Cibus è Perdice probatur,
Turture, Gallinis, & claris toque Palumbis.
E quibus, atque alijs animalibus optima Renum
Est caro. Lac etiam imprimis conducit ouillum,
Cremor ab hoc hordi niueo coniunctus amylo.
Mespila, sorba iuuant, pyra, poma cydonia, corna,
Quæque alia astringunt, & hiantia corpora firmant.
Berberis atque chalybs liquida mergantur in vnda
Pro potu, immixto pariter meliore falerno.

In renum imbecillitate vtenda.

Cibus.

Potus.

COMMENTARIVS.

Renum benè valentium munus. Renum imbecillitatis causa præcipua. Calidior intemperies renum quibus emendanda. Frigidioris intemperiei renum curatio.

QVVM Renes integrè valent, serum ad sese trahunt, assiduéque per vreteres in vesicam transmittunt: nequeunt verò quùm inualidi, imbecillique; vel si queunt, agunt languidè, nec veram vrinam effundunt, sed fædam & aquosam. Causæ præcipuè sunt intemperies obstructio, Contusio, Calidior intemperies emendatur Cassia cum Rheo bolo data. Lituque qui sit ex oxythodino, vnguento rosac. populeo, refrigerante Galeni. Frigidior terebinthina sumpta per os: fotu rosarum, absynthij, cyperi coctis in aqua, & vino rubro. Si nimius sanguis è venis emulgentibus in Renes affluens obstruit, & causa debilitatis est, quod ex vrinis rubore saturatis agnoscitur, secanda vena. Sin vrina crassior, vel etiam tenuis & aquosa, purgandum est aperientibus nephriticis, vt radicibus eryngij, petroselini, fœniculi, graminis, & alijs huius generis. Sic, ℞. radic. eryng. petrosel. fœnic. gramin. an. ʒiij. fol. agrimon. pimpinell. saxifrag. plantag. an. Mj. fol. orient. & passul. mundat. an. vnc. sem. fiat decoct. In qua colata dissolue syrup. de cichor. composit. cum rheo ʒj. pro dosi. Memineris hic, vt in omnium partium imbecillitate miscenda quæ roborant. Ideoque, ℞. rasur. ebor. coralli rubr. lapidis iudaici an. drac. ß. puluer. diarrhod. abbat. & aromat. rosat. singul. ʒj. Cum saccharo rosat. dissoluto in aqua rosat. & pimpinell. fiant tabell. pond. drac. 1. ex quibus vna sumatur antè singulos pastus. Contundunt Renes ictus, casus ad lumbos, equitatio crebrior, quibus vtilis quies. Vbi verò diuretica Renes debilitarunt, præterquam quod reuellendum in sedem clysteribus, & sudorificis in cutem, astringentibus etiam, & specifica vi robur addentibus, vt superioribus tabellis vtendum.

Tabellæ Renibus robur addentes.

DIABETIS CVRATIO.

CAPVT III.

VRGET anhela ſitis, Renes vbi Dipſacus ardens
Torret, & epotis rarò ſedatur ab vndis,
Quùm citò prætereat ſumptus liquor. Ignis vt ergo
Cauſa ſitis tollatur, & inſpiſſetur vt humor,
Quicquid erit quod curet, id aut refrigeret, idve
Temperet. Oxalis hinc iuuat & lactuca ſeorſim
Vel cum Gallinæ, vituli vel carne, vel hædi
Cocta, tremens ſorptum, quod in vnda coxerit ouum:
Lac etiam extinctum chalybem quod ſenſerit, hordi
Succus, & hic cremor, quem fundit Amygdala dulcis,
Semine cum gelido quod habet cereale Papauer,
His & ſeminibus quæ nos maiora vocamus
Frigida, nectareo pariter cum ſacchare iunctis.
A paſtu, velut antè Ribis conſerua, geluque
Conferet hoc mali cui dat Cydon inclyta nomen.
Succus, hyoſciami, plantaginis & ſolani,
Muccus & extractus pſilli de ſemine lumbos
Imbuat, aut oleum mythinum, populeumve
Vnguen, in hoc meliùs ſi caphura pauca ſeratur.
Fiat & ex hordi, ſi vis, Cataplaſma farina,
Oxyrhodoque, cui ſuccumque papaueris albi,
Lactucæque ſimul iungas, ac Renibus indas,
Armeniæve lutum capias, albumen & oui.
Quúmque Iecur pariter vicinum perferat ignem,
Endiuiæ ſucco, plantaginis atque roſarum,
Puluere ſantaleo, ac tenui foueatur aceto.

Inexhauſta ſitis ſignum Diabetis pathognomonicum.

Vtilia genera in Diabete.

Hordeatum & amygdalatum additis ſeminibus frigidis refrigerat, humectat, lenit, ideoque bilē Diabetis cauſam temperat.

Succus, conſerua ribes, & cydoniata iuuant.

Topica pro renibus.

Fotus ad regionem Iecoris ſimpathia in Diabete laborantis.

Vena sectio. Purgatio.
In primis verò vena est reseranda diebus,
Mannaque cum ptisana, vel Cassia nigra bibenda,
Cumque tamarindis pallens rosa, senna, rheumque,
Syrupi.
Usus erit crebro myrthi, violæque, rosæque,
Berberis, agrestæ, granatorumque syrupi.
Vuæ Damascenæ, seu racemi Damasceni.
Creber & usus aquæ cui gallinaceus insit
Pullus, & vua recens Syria delata Damasco.

COMMENTARIVS.

Quid Dipsacus seu Diabetes. Opiniones de Diabetis causa.

DIPSACVS seu Diabetes, fluor, seu transitus est vrinæ continuus cum inexplebili siti: cuius signa causasque lib. 3. cap. 23. percurrimus. Galeno quidem huius affectus causa renum est retentricis facultatis imbecillitas, ideoque robur his addendum per ea, quæ nouissimo capite descripta sunt. Alijs est totius corporis siccitas, Renibus omnem humiditatem vndique sugentibus, vndè necessum est vim eorum attractricem esse validam, vt est imbellis & inualida retentrix, quæ quicquid est seri momento sinit effluere, nullo coctionis rudimento. Quamobrem vt sedetur hic affectus, Cassia sæpe boli forma detur cum syrupo violaceo, qui refrigerat & humectat: vel potiùs cum syrupo de granatis, qui refrigerat & astringit, eademque vi roborat. Vel eadem infundatur in aqua plantaginis & endiuiæ, diluaturque syrupus è cichorio cum rhabarbaro. Potus sit aqua chalybeata cum saccharo rosato. Cibus è boni succi carnibus, alteratis cum lactuca, portulaca, hortensi cichorio, cærefolio, plantagine: panis ex hordei triticique farina, fermentatus & coctus vt congruit. Illinantur Renes vnguento rosato Mesuæi, populeoque, lotis in aqua rosarum & aceto cum caphuræ granis aliquot. Sumatur antè pastus cochleare succi Ribis, aut succi carnis-ve cydoniorum, aut tabella vna diarrhod. abbatis, aut quædam ex his, quæ superiore capite dictauimus. Foueatur lecoris, ventriculique regio plantagine, myrtho, rosis, absynthio. Sed expensis viribus venæ sectio non omittenda, quæ, si quod remedij genus, vniuersum corpus refrigerat humectatque, spiritibus, in quibus est calor igneus per eam effluentibus vnà cum sanguine.

Diabetis curatio. Purgantia. Vellus. Topica. Vena sectio.

VRINÆ CITRA RENVM ARdorem incontinentiæ Curatio.

CAPVT IIII.

VERTEBRA *si luxata fuit, sequiturque perennis*
Mictio, non huius facilis curatio morbi.
Frictio contulerit tamen aspera, balsama lumbis
Inducta, atque synapismi cum sulphuris vnda.
Sin est vesicæ sphincter resolutus, ab hocque
Mejtur assiduè, purges menthaque, rheoque.
Austero lumbos foueas rubeóque liæo,
Saluia cui iungatur, & Iua, & ruta, cupressus,
Purpureæque rosæ, nux pinea, quercus, alumen.
Hinc oleo deben line, spica, mastiche, ruta
Quæ perinæi sunt loca, Renes, Ilia, lumbos.
Plurima produntur tutum dare posse leuamen,
Qualia sunt Aquilæ Cerebrum, Ren, atque Cerebrum,
Testiculique leuis leporis, vesica suilla,
Quæque Capræ, Taurique feri est, imbellis ouisque,
Hædinus pulmo galli cum gutture, lingua
Anseris, & stercus muris, thus, myrrha, cyperus,
Vt myro cum balanis calamintaque, menthaque, capræ
Lac & ouis sumptum cum sacchare sæpè rosato:
Enula, conditum semen teretis coriandri:
Quæ varijs poteris tentare & tradere formis.
Sit paucus cibus & siccus, velut assa columba,
Quæque boni succi est volucris, nux pontica, testæ
Castaneæ, & patula demptæ Iouis arbore glandes,
Maturum rubeumque merum, crassumque. Nociuum
Quod tenue est, albumque: serumque è Rene madenti

Curatio fluxus vrinæ à luxatis vertebris.

Curatio fluxus vrinæ à resoluto vesicæ musculo.

Cæca proprietate fluorem vrinæ compescentia.

Victus genus in vrinæ fluore tenendum.

In vrinæ fluore vitanda.

RENVM PHLEGMONES Curatio.

CAPVT V.

IGNEA si solidos quatit inflammatio Renes,
Clysma sit è gelidis, pariter quod molliat aluum. Clyster.
Vena dein reseretur, & hæc quæ Regia primùm, Phlebotomia.
Non semel, at crebro, grauitas si perstet in illis,
Atque dolor pulsans, febrilis & igneus ardor.
Cassia dein simplex glutita perutilis, hincque Bolus cassiæ.
Quod Renes Aposema potest lenire gelando:
Quale quod oxalidem recipit, lapathumque, rubumque, Aposema refrigerans.
Gramen & asparagum, portulacamque, recondit
Quod melo, cucumis, lactuca, cucurbita semen:
Et baccas quas fert halycacabus herba rubentes:
Nigrantis violæ flores cum nenupharinis.
Quæ magis vt placeant, tenui transmittito colo,
Nectareosque adhibe dulci cum sacchare succos,
Quos limo, quos violæ, quos punica mala refundunt. Linimentum. Potus.
Oxyrrhodo lumbos, & populeo vnge virenti.
Solani aut succis, plantaginis atque rosarum,
Lactucæque foue, mixto penetrantis aceti
Tantillo, granisque aliquot, quæ Caphura promet.
Sæpius è pingui butyro iuscula fiant, Victus genus.
Asparagis simul incoctis, * acidoque liquore * Emphacium intellige.
Pendentis, nec dum maturæ in vitibus vuæ.
Carnibus aut vituli cum Rumicè, mollis & hædi.
Quæ mellita nocent, piperataque, salsáque. Potus
Non erit ille liquor, cuius Semeleius author Vinum inflammationi renum infensum. Vitium potus ex
Dicitur esse puer: sed quem liquiritia lymphæ
Iuncta dabit, gramen, rumex, succusque limonum

aqua decoctionu graminis, acetosæ, succi lemonum, addita liquiritia.

Si dolor vrget atrox, nec ab his sedatur, in vndam
Descendat tepidam corpus: quæ sola iuuabit.
Conferet at magis hæc, in qua camomilla madebit,
Maluáque, purpureæque rosæ cum semine lini.
Quùmque priùs superas depleris sanguine partes,

Balneum, aut semicupium.

Poplitis, aut quæ malleoli est ea vena secetur.

COMMENTARIVS.

Cur acrior renum quàm hepatis color.

QVALIS Hepatis, talis Renum intemperies esse solet. Ideóq; quibus Iecur calidius, calidiores & Renes. Ab illo namq; serum & sanguinem per vicinas emulgentes venas hauriunt. At Renum calor acrior, quia cõclusus ignis, & in dẽsiore loco, pars exquisiti sensus, quia pluribus in intimo suo corpore contexta membranis. Hinc vbi Renum est phlegmone, non modò grauans est dolor, sed pungens ac lancinans pulsansque; surſum quidem ad Iecur antrorsum, retrorsum autem ad spurias costas, & primam dorsi vertebram, deorsum ad vesicam & pudendum, ad Lumbos & Ilia seu coxendices, Pectinem & femora. Quare cito medendum est enemate crebro, cui refrigerandi vis, secanda sæpè vena est è directo, de basilica medianaque primis diebus, è saphæna nouissimis. Sumenda sæpe Cassia, vitatis validioribus catharticis & diureticis, quæ camarinam mouere possent, & humores in affectam sedem elicere. Syrupus iuiubinus, violaceus, nenupharius, è limonibus sæpè cum aqua cocta detur. Communis potus sit ptisana cum hordeo & liquiritia, iuncta radice graminis & oxalidis. Vel aqua cocta cum saccharo, limonumque succo. Iuscula crebra sint ex oxalide, lactuca cum butyro, vel hædi, vituli, pullique carnibus. Temperat ardorem hordeatum, & amygdalatum, additis seminibus refrigerantibus cucumeris, citruli, cucurbitæ melonum. Simile confert apozema ℥ radic. oxalid. oxilapath. gramin. an. ʒj. fol. lactuc. portulac. cichor. tot. endiu. scariol. capill. ven. an. Mi. semin. quatuor frigid. maior. & minor. mundat. an. vnc. 1. iuiubas, sebest. an. num. quinque, baccas halycacabi decem, liquirit. rasʒiij. flor. viol. nenuph. an. Pi. fiat decoct. In ℔ 1. colat. dissolue succi limon. ʒi. sacchar. alb. ʒiiij. fiat apozema clarific. aromatizatum ϑi. cinnam. pro tribus dos. Dentur vno die duæ, vna manè, altera vesperi, longius antè pastus. Si postremam dosin aluum, vt fieri solet, lubricare vis, infunde pulpæ cassiæ vnc. 1. sem. In cuius expressione dissolue syrup. solut. rosar. vnc. 1. syrup. de cichor. composit. cum Rheo vnc. sem. Balneum hinc aut semicupium opis plurimum adfert: litus etiam Renum ex oxyrhod. vnguento refrigerante Galeni, populeoque cum pauca cæra. ℥ cærat. refrigerant Galen. & ol. nenuph. an. vnc. 1. aceti parum, caphuræ gran. sex. Misce pro litu regionis Renum.

In phlegmone renum à validioribus medicamentis abstinendum.

Apozema Renes, vt etiam Iecur refrigerans.

Balneum aut semicupium.

ABSCESSVS

ABSCESSVS RENVM CVRATIO.

CAPVT VI.

ABSCESSVS *Renum, ſanies quem micta fatetur,*
Vix recipit certam, ſera eſt ſi cura, ſalutem. *Caſſia.*
Sumatur primis hinc Caſſia nigra diebus.
Vena dein cubiti reſeretur, ab hacque Saphæna. *Vena ſectio. Clyſter.*
Molliat & clyſter, ſimul ac refrigeret aluum.
Vnguine populeo lumbi, gelidoque Galeni *Vnguentum.*
Cærato crebrò madeant, foueantur & illis
In Diabete priùs dictis. Terebinthina lota *Terebinthinæ vires.*
Conuenit imprimis, quia terget, purgat, & vlcus
Claudit. At in febri quoniam malè tuta, ſit illi
Caſſia fuſca comes, violaceus atque ſyrupus.
Granati mali, myrthi liquor, atque roſarum *Aſtringentes ſyrupi.*
Sacchareus iuuat. Huic etiam benè iungitur vnda
Lactucæ, endiuiæque, roſæ, plantaginis, hordi,
Cedat vt in Iulep. Blandi nocet vſus Iacchi,
Sint niſi deiectæ vires. Ptiſana, hydromelique
Sit potus. Nocet hæc lotium quæ prouocat herba. *Herba diuretica renum Abſceſſu fugendæ.*
Hinc apium fuge, fæniculum, ſimileſque calore
Quæ tenuant. Cum cichorio lactuca coquatur,
Gingidiumque. Hordi cremor cibus vtilis, atque
Pullorum cum iure caro. Tenuiſque diæta
Laudatur. Tamen eſt morbus ſi longus, abeſto.
Euchymæ carnes, vt Turturis atque Columbæ,
Gallinæque, Capi pinguis, Turdique leuabunt. *Piſces boni ſucci.*
Nec ſucci eſſe mali poterit qui piſcis habetur
Lucius, & noſtro quæ nomine Perca vocatur,
Trutta, & Carpa, ſuo quam Sequana nutrit in aluco,
Barbulus, atque Draco maris, eſt qui Viua, Rubellus,

Per Rhombos eos intellige pisces quos Lutetiæ Barbutam & Turbotum appellant.

Soleaque, & lati qui dant noua gaudia Rhombi,
Appositi lautis epulis, Acipenser & ingens
Sturius est qui noster, Alosa, & grata palato
Aurata, in dulci butyri mersa liquore,
Quale quod irriguis Vanuarum affertur ab oris.

Vanua pagus est iuxta Lutetiam butyri bonitate celebru.

COMMENTARIVS.

Pus Mictum Abscessus signum.

PVs Mictum, signum Abscessus est. Sed vbi sit inquirendum. Interdùm enim inflammata gibba parte Iecoris qui sequitur Abscessus vacuatur per vrinas, per quas etiam aliquandò Pleuritis, & si rariùs Abscessum facit, vt & Vesica, sed præcessit in affectis partibus dolor. Ideóque quùm in Renibus apparuêre signa phlegmones, pusque sedata partis inflammatione meijtur, Renum Abscessus est. Cuius est operosa curatio, quia continuus vrinæ transitus non facilè patitur vlcus agglutinari. Curandi tamen esto modus per ea, quæ leniendi, detergendi, solidandique vim habeant. Quare, ℞. medull. cass. recent. ʒvj. terebinth. venet. ʒiij. Vel, ℞. terebinth. venetæ ʒvj. aut ℥j. Sumatur per bolos, inuolutas pani missali. Vel, ℞. Rhei elect. infusi. in aqua plantag. & endiu. drac. 2. cum ℈ß. cinnam. medull. cass. ℥i. fiat expressio: in cuius colatura dissolue syrup. de granat. & iulepi rosac. an. ℥ß. pro dosi. Lac asininum, ouillum, caprillum, hordeatum, amygdalatum cum saccharo rosato leniunt, tergent & glutinant. Potus sit hydromel, hydrosaccharum, ptisana cum hordeo, liquiritia, passulis. Vinum noxium, nisi quod è baccis halycacabi paratur hoc modo. Racemi cum baccis seu fructibus alkekengi miscentur vnâ, partibus æqualibus. Vel, vt gratius sit vinum, duabus partibus racemorum, vna baccarum: teruntur, conduntur que dolio, fitque mustum. Cibus esse debet ex euchymis carnibus, expositis iam sæpe: piscibus etiam dulcibus, & cum palato gratiam ineuntibus, quales qui commemorantur à nobis hoc capite, quos aromaticis condire, butyroque saginare ita coqui solent, vt eorum esus quadrupedum volucrumque precium interuallo longo superet. Frequens in anum indatur clyster, in hoc & reliquorum Renum affectibus, quia materiam diuertit, renesque dilatat, ideoque si quid in ijs molestum est, patentibus vijs amandat in vesicam, foràsque propellit. Sit refrigerans, humectans ac molliens, vbi calor ac febris est: molliens, calfaciens, referans, tenuans, ac detergens, vbi pituita muccusque, grumus sanguinis, calculus, pus & sanies sine febre cruciant. Conferunt aquæ Spadenses, Niuernenses, quæque sunt sulphuris, nitri, ferri participes.

Dolor præcedēs Abscessus sedem indicat.

Cur difficilis Renum Abscessus curatio.

Interna remedia.

Vini Halycacabi seu alkekengi cōficiendi modus.

Clyster cur vtilis in renum affectibus.

NEPHRITICI DOLORIS, SEV CALCVLI Renum Curatio.

CAPVT VII.

QVVM *fixus dolor, & grauitas, memorataque plura*
Signa priùs, statuent in Renibus esse lapillum,
Sit clyster, balanusque frequens qui molliat aluum,
Vena grauis partis quæ Regia prima secetur, — *Vena basilica primò, deinde saphæna secanda.*
Poplitis hinc aut Malleoli. Comitata syrupo
Iuiubeo, althææ, violæ, veneriſque capillûm
Cassia nigra peros detur. Calabrinaque Manna, — *Purgatio.*
Vel Lenitiuum, vel Senna, Rheumque bibatur,
Ex Alkekengi, pimpinellæve liquore.
Quoſi lota fuit terebinthina lucida, confert
Sola quidem, interdùm fuscæ commixta medullæ,
Cassia quam profert, purganti vel Diapruno,
Vel Diaphœnico, laxanti vel benedictæ,
Si sit phlegma nocens, & in ægro viuida virtus.
Iura leuant cicere è rubro, lupuloque recenti,
Althæa, malua, asparagis, vituloque, vel hædo.
Butyrumque recens leni cum sacchare, succus
Nuper & extractus quem fudit Amygdala dulcis
Cum niueo vino, ptisanave, aut simplice lympha.
Inseſſus, fotus, Cataplasmaque blanda, lituſque — *Litus.*
Sint præsto. Litus ex oleo quod Amygdala dulcis,
Scorpius & camomilla, & adeps dat cuniculorum
Vtilis. E malua fiet Cataplasma, vel herba — *Cataplasma.*

Fotus. Quam iungit paries adipi commixta ſuillo.
Althææ radix fotum dabit atque Cyperi.
Balneum. Corpus & in tepidis mergetur ſæpiùs vndis,
In quibus impletus camomilla & ſemine lini
Sacculus aſſiduè madeat. Liquor indè bibatur
Qui tenuet, moueatque ſua de ſede lapillum
Herba diuretica calculo deturbando apta. Ex Apio, marathroque, & Vtrouis Petroſelino,
Bardana, berula, ſcylla, cretaque marina,
Urticaque noua, raphanoque & Anonide ruſco,
Irideque, & tribulo gemino, flauoque limone
Iunipero, lauro, atque alijs quæ plurima, iuncto
Iudaici lapidis, lotij vel puluere Lyncis.
Occulta qualitate calculum alterantia. Frangit ad hæc lapidem gummi quod ab arbore manat,
Quæque Laryx, Abies, Ceraſuſque, & Perſica fertur:
Arboris vt nucleus, genuit quam barbara Perſis,
Et Ceraſus, quod & hinc oleum diſtillat & vnda.
Proprietate iuuat torquatæ pluma Palumbæ,
Cinis lapilli in Cancrorũ capitibus inuenti datur ad drach. ſem. cum vino albo. Hircinus cruor & leporis cum pelle cremati,
Vnguis Equique cinis, Cancri cinis atque Cicadæ,
Terreſtris vermis, teſtæ cochleæque, limonis
Quæ benè cum ſucco ſumes, albo ve falerno:
Vel cum ſacchareo, ſed aquas ducente liquore.
Naturales aquæ. Quæ naturales Calchanto ac ſulphure fumant
Et nitro celebrantur aquæ. Qui lauit, ab hiſque
Exhauſit plures cyathos, lotiumque profudit
Pleniùs, à largo potu grauitate remota
Renibus è patulis, calidis è fontibus harum
Naturales aquæ non niſi repurgato corpore bibendæ. Sæpe redit lætus, patrias & ſanus in oras,
Si priùs humorum corpus deplere ſaburra
Pæonis illuſtris ſtudio curauerit, atque
Legitima vſus erit potus ratione, cibique.

COMMENTARIVS.

CALCVLI Renum causas signaque cap. 26. lib. 3. reddidimus, cuius iam nostris versibus est exposita curatio. Quæ fieri debet anodynis, viasque lenientibus & aperientibus, hisque, quæ lapillum hærentem in via detrudunt in vesicam. Primùm igitur indatur in anum enæma tale. ℞. fol. alth. malu. parietar. violar. berulæ, cressionis an. Mi. semin. anis. fænic. an. drachm. 2. flor. camomill. Pi. Bulliant in aqua & albi vini quadrante. In colatur. ad ℔ 1. Dissolue medul. cass. & terebinth. venet. an. drachm. vj: vel cass. & benedict. laxat. an. ʒß. ol. commun. & mell. mercur. an. ℥ij. salis ʒj. Hinc vena basilica dextræ partis aperiatur, vt sanguis affluens in partem dolentem auocetur, sursum que repat. Deindè, ℞. pulp. cass. ʒvj. Diaprun. solut. vel bened. laxat. ʒiiij. Misce. Cum saccharo fiat bolus. Hinc exhibe terebinth. venet. ʒj. plus minus, obelijs vino madidis inuolutam. Aut, ℞. radic. eryng. gramin. asparag. an. ʒß. fol. alth. pimpinell. an. Mi. semin. malu. citrul. fænic. melon. milij solis an. ʒj. liquirit. ras. ʒij. baccas halycacabi numero quinque fol. senn. ʒiij. fiat decoct. In colat. infunde medull. cass. vnc. benedic. laxat. ʒiij. In expressione dissolue syrup. de limon. & syrup. de quinque rad. an. ʒvj. pro dos. Lenit butyrum recens, & succus amygdal. dulcium ex albo vino si febris abest: aut aqua parietariæ vel halycacabi si calor exuperat, & picrocolos æger est. Saphæna dein secanda. Quùmque doloris acerbitas vrget, nihil semicupio vel balneo præstantius. In quo ℞. aqu. stillat. pimpinell. & parietar. an. vnc. 2. syrup. de limon. & capil. ven. an. vnc. sem. vel syrup. de alth. vnc. 1. Misce, fiat iulep. Vel ℞. succ. amygdal. dulc. extract. sine igne vnc. 1. Misce cum vnc. 3. aut 4. vini albi tenuis, aut aqu. parietar. pro potu. Post, vt antè semicupium, ℞. cyperi, călam. aromatic. an. vnc. 1. fol. alth. malu. parietar. petrosel. fænic. bardan. berul. an. Mj. semin. petrosel. macedon. milij solis an. ʒß semin. lini ʒiß. flor. chamæm. Pij. Claudantur hæc duobus sacculis minutim consutis, qui bulliant in aqua & lacte in fine posito pro fotu lumborum & partium reliquarum dolentium. Vel, ℞. fol. berul. parietar. an. Mi. Frigantur cum butyro, vel ol. amygdalarum dulc. pro cataplasmate. Tum ℞. ol. amygdal. dulc. aut lumbric. ʒiß. ol. scorpion. & axung. cunicul. an. vnc. 1. Misce pro litu Renum. Sed obseruandum an calculus magnus est, & incuneatus, infossusque Renum substantiæ. Quod probabile, si grauitas in affectu sit permanens & fixa, pluribus incassum irritata remedijs: tumque deplorata salus, si naturales aquæ non conferunt, ad quas remittendus æger, non omissis his, quæ occulta proprietate lapidem frangere notauimus.

Clyster

Phlebotomia.

Nephritica medicamenta.

Semicupium & balneum præstans in dolore calculo remedium: cui præmitti debet clyster, & phlebotomia

In balneo sumenda.

Fotus.

Cataplasma.

Litus.

Obseruatio in calculo notanda.

LITHIASIS, SEV CALCVLI vesicæ Curatio.

CAPVT VIII.

Vesica calculus difficilius Renum calculo curatur.

OMNIS *in exangui vesica calculus hærens*
Curatur, lapis vt Renum: tamen ægrius, vt qui
Durior & longas vt agant medicamina, tra-
nant
Difficilesque vias: ideò virtute retusa
Findere vix possunt lapidem, nisi fortè minorem.
Sæpiùs hic purges valido medicamine corpus,
Poplitis & venam reseca, tumidam-ve saphænam.
Quæque serum vacuant insigniter, atque lapillum
Frangere nata magis, varios aptentur in vsus.

Remedia varia vesicæ calculo conferentia.

Sic cum iudaici lapidis terebinthina detur
Puluere, vel lapidis quem spongia continet, huius
Aut lotio è Lyncis, qui concreuisse putatur.
Cassia sic Asari cum puluere, vel benedicta
Cum laxante Rheo, diaphænicoque voretur.
Combusti vitri, leporis cinis, atque crematæ
Huius auis tremulæ celebris quæ verbere caudæ.*
Cum vino tenui, velin oxymelite bibatur.
Sanguinis vt puluis, tenero qui manat ab hædo,
Calchantique oleum, stillataque lympha metalli,
Cinnameus liquor, & ligni decoctio sancti.
Schænanthum, lignumque aloes, Narduſque coquantur,
Atque galanga in aqua milij cum semine solis,
Semine iuniperi, laurique, hederæque, calentis
Ammeos, ac dauci, maluæ, gelidique limonis:
Colentur, mixto cum sacchare puluere ligni
Cinnamei, surget tenuans ab aromate lympha,

* *Hanc auē, caudam tremulam, seu motacillam appellant: quæ furno siccata puluere datur cum albo vino, vel aqua diuretica.*

Oleum & aqua viridis.

Aqua cinnamomi.

Decoctio quinquina.

Apozema calculum frangens.

Quæ durum valeat conuellere pota lapillum.
Illiris Iris aquas, berula & saxifraga findet,
Arthemisia, cum Raphano, succoque limonum,
Quas in vesicam syrinx argentea mittat,
Vt terat hinc lapidem. Pubis litus & Perinæi
Fiat in hunc vsum, ex oleo cui Scorpio nomen
Indidit, Anseris & pinguedine, cuniculique.
Si nequit his findi, nec iniqua sede repelli
Calculus, eruat hunc ferroque & vulnere sector.
At ne tam diri fiat generatio morbi,
Lac fuge, quæque parant de dulci fercula lacte,
Nec tibi lactis opus cordi sit Caseus vllus.
Vitetur caro salsa, caprilla, bouillaque, quæque
Anseris est, Anatum, consuetarumque volucrum
Immergi lacubus, fluuijs, stagnantibus vndis.
Piscis vt hic sine qui squammis, in aquaque paluſtri
Limosaque frequens, Anguillaque lubrica, Tancha,
Quæque cibos inter Lampetra est inclyta lautos.
Qui panis sine fermento est, incoctus arenis
Immixtus, cinerique. Simul vitetur oryza,
Et faba, lens, cicere exempto, reliquumque legumen.
Et mustum, nigrumque merum, neque fæcibus expers.
Et cereuisia, quæ limosa & sordida lympha.
Immaturi etiam fructus, potusque, cibique
Qui crassum pariunt, & plenum glutine succum.
Sed fermentatus panis, bene pistus, Aniso
Conditus, marathroque iuuat. Bona dædala Perdix
Et Capus & Gallina, Satusque è Phaside Gallus,
Cuniculi caro iunipero nutrita crepante,
Turtur, auis tremula quæ famosissima cauda,
Turdus, auesque aliæ latos volitare per agros
Assuetæ, caro veruecis, vitulique recentis.

Aqua composita calculum alterandi vim habens in vesicam per fistulam argenteam immittenda.
Linimentum.
Quando chyrurgi manus ad eruendum calculum necessaria.
Victus genus in calculo vitandum.

Victus genus calculosis salubre.

Squammosi pisces, & quos memorauimus illic,
Absceſſus vbi tentata est curatio Renum.
Vt vinum ſubtile, nitens, niueumque, vel vnda
Mellea, vel grato cum ſaccharo iuncta: probatur
Cum glycirrhyza, ſimul & cum gramine cocta.
Dactylus, & paſſæ celebres in fructibus vuæ,
Malaque quæ redolent, nucleum linquentia pruna,
Fragaque cum Ceraſis, pyra cocta, & perſica, ficus.
Sed neque repleri nimio potuque, ciboque
Corpora debebunt. Malus est qui cibus habetur
Optimus, in plenum ſolitus deſcendere ventrem.
Quique malus per ſe cibus est, alimenta creabit
Dulcia, ieiuno fuerit qui ventre receptus.
Sit labor antè cibum. Labor improbus omnis ab eſu.

Vide huius lib. cap. 6.

Fructus calculoſis vtiles.

Notanda ſententia.

COMMENTARIVS.

Plures calculi notas habes lib. 3. cap. 27.

VESICA pluribus cauſis obſtruitur, vt pituita craſſa, lenta, glutinoſa: grumo ſanguinis, caruncula, maximeque Calculo. Quem indicat vrina tenuis & aquoſa primum, hinc craſſa, turbida, ſubcruenta, ſedimenti multi, muccoſi, ſabuloſi, purulenti, guttatim & labore multo conatuque labens, in quo quoties meiendi, toties deſidendi cupido eſt. Interdum & vrina ſupprimitur, quum lapis in collum veſicæ deſcendit. Tumque ſi doloris initium eſt, indendus in anum clyſter, dein aperienda baſilica. Si puer eſt qui calculo premitur, repurgetur manna, caſſia. Sin adultus, & viribus integris. ℥. medull. Caſſ. ʒvi. Diaphæn. vel bened. laxat. ʒiij. Miſce fiat bolus. Vtilis in eum finem terebinthina, doſi ſuperiore capite deſcripta. Saphæna depleto corpore ſecetur. A qua ſi nihilominus cruciatus eſt, demittatur æger in ſemicupium aut balneum. Ab eo foueatur pecten & perinæum decocto maluæ, biſmaluæ, berulæ, cyperi, florum chamæmæli. Fiat Litus earum partium ex oleo rutæ, lumbricorum, ſcorpionum, amygdalarum dulcium cum axungia cuniculi: vel ſanguine vulpis, hirci, capræ. Pingue ius cicerum rubrorum, aut althææ, maluæ, petroſelini cum butyro ſæpè ſumendum: vt ſyrupi capillorum veneris, è duabus & quinque radicibus cum aqua ſaxifragiæ, pimpinellæ, iulepi forma bibendi. Poteſt & ex ijs Opiata concinnari, quæ tota ſubſtantia, ſeu qualitate ſpecifica calculum alterare putantur in hunc modum. ℥. conſeru. roſar. violar. nenuph. an. ℥j. puluer lapilli cancor. & lapid. iudaici an. ʒij. caudæ tremulæ, leporis cum pelle in furno ſiccat. an. vnc. ſem. Cum ſyrup. capill. ven. fiat

Curandi calculi modus.

Opiata pro calculo.

o piata.

opiata. De qua sumatur quotidiè manè & vesperi nucis auellanæ quantitas. At præter signa Calculi, quæ dedimus lib. 3. cap. 27. videbit Lithotomus immisso in vesicam cathere sitne calculus, & is an minor an grandior, cuius certissima solet haberi coniectura: quanquam & is interdùm, falli potest, nempè quùm lapis inuoluitur tunica, vel pituita viscida tegitur & incrustatur. Tùm enim calculus tactus non emittit sonum, vt quùm solitarius ac nudus est. Ideoque si per fistulam argenteam in vesicam immissam constat grandem esse lapidem, non est æger pijuribus remedijs agitandus, sed iniecto clystere molliente, misso sanguine, sumptaque Cassia, vel alio leni cathartico lithotomia procuranda: factaque sectione continendus ager in lecto molli seorsùm à turba, victus ratione fouendus.

Quid agendum, quando constat grandiorem esse calculum.

INFLAMMATIONIS VESICÆ Curatio.

CAPVT IX.

IN vesica tumens rapido tentatur ab igne,
Sæpe datus clyster ficeos excludat ab aluo.
Cassia sumatur, psilli confectio laxans,
Atque Diaprunum, calabrinaque Manna, Rheumque,
Seminibus gelidis coctis cum rumice, malua,
Lactuca, asparagis, marathri cum semine dulcis.
Vena secanda sed imprimis Jecoraria, curui
Poplitis hinc aut malleoli. Liquor inijciatur
Vesicæ in corpus plantaginis atque rosarum,
Et semperuiui tepidè, ne frigore tacta
Pars sphacelo pereat, suffocato indè calore.
Oxyrhodo periæi pars pubisque linatur,
Æger & humenti residens desudet in vnda.
Lympha sit è succo cum sacchare cocta limonum
Pro potu. Cibus è vitulo, pulloque, capoque.

Electuarium è psillo.

Vesica quoniam exangues & frigida, requirit tepida remedia.

COMMENTARIVS.

Inflammationem compescentia, bilemque ducentia.

Fotus.

Litus.

INFLAMMATIO vesicæ, cuius signa causasque lib 3. cap.18. demonstrauimus, rariùs accidit, quia quùm membranosa sit, non incalescit facilè. Sique phlegmonem aliquandò patitur, huic ilicò succurrendum, ne gangrænam incurrat natiui caloris inopia. Quare clysma frequens in anum immittendum ex althæa, malua, brancha vrsina, lactuca, semine lini, dissoluto Catholico, melle violato, butyro. Secanda vena brachij, deindè malleoli. Cassia sumenda bolo est cum Diapruno, vel in iusculo diluenda Manna: vel senna, cocta cum prunis, tamarindis, seminibus frigidis, electuario diluto quod è psillio nominant & syrup. de cichor. composit. cum Rheo. Sic ℞. syrup. de cichor. composit. ℈ rheo ʒj. electuar. ℈ psill. ʒij. diluantur in decocto prunor. tamarind. semin. quatuor frigid. maior. & fœnicul. dulc. in quo bullierit leuiter vnc. sem. fol. oriental. pro dosi. Tùm, ℞. fol. alth. malu. solan. semperuiu. myrthill. an. Mj. rosar. rubr. flor. chamæm. an. Pij. semin. lini ʒj. Bulliant in aqua pro fotu penis & perinæi. ℞. Oxyrhod. ʒj. cærat refrigerant Galen. & vnguent. popul. lot. in aqua rosar. an. ʒß. Misce pro litu post fotum. Si quid in vesicam liquoris per fistulam argenteam injicitur, sit id actu tepidum, nec omninò natura frigidum, ne dùm intemperiem calidam partis, & phlegmonem emendare frigidis volumus, neruosam vesicæ substantiam offendamus, nam, ex Hippocrate,

Frigida sunt Cerebro, dorsique inimica medullæ,
Dentibus atque ossi, gelidis inimicaque neruis.
At verò tepidus calor est gratissimus illis,

Non etiam tepidis eluenda sepæ vesica est: quoniam, vt idem ait,

A crebro calidi sequitur caro mollior vsu,
Nerui debilitas, infirma ignauia mentis.

Quamobrem vt vesica immissis iniectionibus foueatur, adhibenda summa cautio est.

STRANGVRIÆ, DYSVRIÆQVE Curatio.

CAPVT X.

Stranguriæ curatio à retentrici imbecillitate gemina.

Fotus ad lumbos pectinem & pe-

SI Stranguria fit, quia non benè firma retentrix
Vis est vesicæ nimio præ frigore, firmet
Hanc thymus, origanū, calamintaque, roſq; marinus,
Menthaque, maiorana, vt pectinis ac perinæi

Fiat ab his fotus: litus ex oleo quod anethum
Ruta, chamæmælum, quod candida lilia, quodque
Scorpius extinctus, quod odoraque balsama fundunt.
Sed priùs aut balanus, clysterve feratur in anum,
Cum sale, melle, oleis, coctisque prioribus herbis.
Proprietate valet terreni vermis, aselli,
Viuerræque cinis genitalis, vt indè tabellæ
Sacchare cum decuplo fiant, sal inque foramen
Indatur virgæ, cimex, candelave cæræ
Vncta oleo, syringa, vel algalia atque catheter.
Potio soletur blandi repetita lyæi.
Conuenient eadem si sæua Dysuria motu
Difficili sit vesicæ, flatuve creata.
Sin mordax vrina, dolor, tumor igneus, vlcus,
Abscessus-ve malum parit, à clystere secetur
Regia vena, dein quæ vena Saphæna vocatur.
Cassia nigra iuuat, iuuat & tragacantha, frequensque
Mulsio, quam dulcis dat amygdala, semina quæque
Frigida, semen Hyoscyami atque papaueris albi,
Sacchare cum multo, media quæ nocte bibatur.
Lympha etiam, cum qua liquiritia & vua coquatur
Passa, serum lactis, liquor hordi lacteus, atque
Lac Asinæ, pauidæque capræ lenire dolorem
Iniectum potumque solet, sumptusque syrupus
Iuiubeus, violæque, papaueris, atque limonum.
Lenit vt ingressus tepidæ qui molliat vndæ.
Fusula sint mollis cibus è vitulo atque caprillo,
Pulloque elixo in gelidis ac mollibus herbis.

vinæum à Stranguria causa frigida.

Stranguriam occulta qualitate sanãtia.

Curatio Strãguriæ, Dysuriaque à causa calida.

Materia Mulsionu.

Balneum aquæ tepentis.

COMMENTARIVS.

TRES sunt mictionis vitiatæ species, Stranguria quùm vrina guttatim: Dysuria quùm difficili pigroque motu, cúmque dolore mittitur. Ischuria, quùm omninò supprimitur: quorum causas, signa-

Tria genera læsæ mictionu.

Stranguria à frigore curatio.

que lib. 3. cap. 29. & 30. notauimus. Stranguria verò quùm ab imbecillitate retentricis facultatis vesicæ & frigore nascitur, quod ex eius hebeti sensu patet, repurgandum caput est enæmatis mollientibus & calfacientibus, pilulis coccijs, ex agarico, sine quibus: aut liquidis medicamentis quibus pituita deturbetur, eiusque generatio prohibeatur, vt diacarthamo, diaphænico, benedicta laxatiua dissolutis in aquis nephriticis. Deindè fouendi lumbi sunt, vt pærineum & pectem callacientibus ac tenuantibus, vt origano, calamento, pulegio, thymo, saluia. Tùm oleo rutaceo, terebinthinæ, scorpionum illinendi. Contrarijs remedijs vtendum, quùm humor acer ac phlegmone Stranguriam ac Dysuriam inferunt, vt clysmatis leniendi, refrigerandique vi præditis cassia, manna, mulsionibus, quarum materiam versibus exponimus, syrupo iuiubino, violaceo, nenupharino, venæ sectione. Sin calculus, sanguinis grumus, puris & vrinæ copia malum inuexit, vrinaria fistula, quam Catheterem appellant, vulgo syringuam iter ad excluſionem apertiendum.

Stranguriæ à calida causa curatio.

Curatio Strãguriæ ab obstructione.

ISCHVRIÆ CVRATIO.

CAPVT XI.

Ischuriæ causa, de quibus plura cap. 30. lib. 3.

A Clauso quandò est obstructio nata meatu
Vesicæ, Renumve, videsiet anne lapillus,
Sãguinis in grumos, tumor vrens, crassior humor,
An sanies, aliudve, serum quod forte moratur.
Si lapis est calidúsve tumor, saniesve, petatur
Cura, suis quæ dicta locis. Dissoluere grumum

Grumi sanguinu curatio.

Sanguinis hæc poterunt, quibus est mollire meatus
Findereque humorem data vis. Ita clysma parandum,

Butyrum & succus amygdalarum dulcium cum albo vino, grumu el/ à renulu deturbandu pote conuenies.

Quod berula, maluaque, & pingui constet omaso.
Butyrum dulci cum sacchare lenè bibendum,
Succus amygaleusque, meri cui potio iuncta
Sit niuei. Quæ grata etiam quùm dira nephritis
Exercet: velut est terebinthina mixta medullæ
Cassia quam promit, diaprunum, mannaque, senna,
Incoctis baccis quas fert halycacabus, atque
Iuiubeo fructu, cum semine petroselini,
Fæniculi, milij solis, maluæque sequacis.

Cataplasma ad ischuriã.

E parietaria, violaria, semine lini,

Bismaluæ radice, & vesicante quod aiunt
Solano pulchrum croceo quod & vtile fructu
Decoctis in aqua, tussis, cretisque, suillo
Cuniculique adipe immixto cataplasma sequatur,
Indendum teneris lumbis, pubique pilosæ.
Si minùs ista queunt, reserata e poplite vena,
Sæpius humenti, tepidáque moretur in vnda
Corpus, & exploret quidnam vesica recondat
Missus in hanc tardans lotium qui sæpe Catheter
Euocat: vt si quis tumor est, suppuret abundè
Mollibus iniectis, & pus ducentibus, indè
Detergente, vlcus genitum & solidante liquore
Firmetur pars lesa. Caroque superflua si qua est
Aut callus, minuatur ab his, quæ rodere carnem
Consueuêre, sed his minimum rodentibus, vt sunt
Pompholygos puluis, plumbique, & aluminis vsti.
Si gelidus crassusque vias intercipit humor,
Iniectis calidis fac attenuetur vt vndis
Origani, marathrique, apij, cretæque marinæ.

Solanum vesicarium, quod alkekengi.

Poplitis vatè sæpius malleolo vena reseratur.

Balneum aut semicupium. Catheterin vesicam immissio.

Carnem superfluam & fungosam erodentia, Catharetica dicta.

COMMENTARIVS.

ISCHVRIA, quam vrinæ suppressionem dicimus, fit inani, seu vacua plenaque vesica. Vacuam esse coniectemus si dolor & grauitas in Renibus est, qui ad lumbos eorumque vertebras sese porrigat & notha costas: in vesica verò nullus doloris grauitatisque sensus. Tum ad ea remedia recurras, quæ in phlegmones & calculi curatione notata sunt. Sin vesicam esse plenam ex eius, pectinis, & coxendicum assiduo dolore & pondere noueris, ius vtendum quæ vacuant: qualia sunt clyster, manna, cassia cum terebinthina, diapruno, benedicta laxatiua. Tum cimex ad irritandum indatur virgæ virili, vel candela vncta butyro, succo amygdalarum dulcium, aut oleo. Quibus si nihil elabitur, argentea fistula, seu syrinx vrinaria quam catheterem appellamus, inferatur in vesicam, vt eius altiùs & profundius insinuare se soliti ministerio, non modò lotium relaxatis vijs foras emittatur, sed etiam exploretur, si quid in vesica præter vrinam lateat, an etiam arenulæ, calculus, sanguis concretus, an pituita crassa, lentáque, sanies, caruncula, tuberculum, vt cuique causæ remedia quærantur. Pituitam crassam ac viscosam,

Ischuria quid, eiusque generationi contraria causa.

Ischuria à vacua vesica nota.

Ischuria à plena vesica signa, & curatio.

Variarum Ischuria causarum varia curatio.

arenulas, calculum, vrinæ copiam arctantem vesicæ meatum excludent diuretica, quæ memorata sunt huius libri cap. 1. 7. 8. Sanguinem concretum quæ narrantur hoc capite dissoluent: tumorem emollientia pusque mouentia minuent, qualia sunt hydrælæum, aqua tepida, butyrum, omnis adeps, maximè suillus, vitulinus, gallinaceus, Anserinus, qui non modò suppurat, sed & digerendi vim possidet. Abscessum vlcusque mundabunt ac detergent decoctum vel aqua hordei, plantaginis, agrimoniæ, cichorij. Glutinabunt vlmi folia, scabiosæ, saniculæ, buglæ, pimpinellæ, salicis. Carnem superfluam & luxuriantem absument cathæretica, seu carnem exedentia, quæ minimum erodunt, qualia sunt aluminis, pompholygos, plumbi, stybijque vsti cinis, quem peculiari dote cancros absumere memorant, vt & calchanti seu vitrioli puluis, quem gangrenis insperſum impedire ne serpant, nouamque carnem restituere sæpè vidimus. Hydrargyrus sublimatus eandem vim habet, maximeque conducit, quum à lue venerea natum est carnis incrementum.

Emollientia, pusque mouentia.

Detergentia.

Glutinantia.

Quæ carnem exedant, cathæretica dicta.

Stybii vsti cinis.

Calcanthi, seu vitrioli puluis Hydrargyrus sublimatus.

PRIAPISMI, SEV SATYRIASEOS Curatio.

CAPVT XII.

Vene sectio.

Satyris morbus qui dicitur atque Priapo,
Sanandus vomitu, molli clystere, secanda
Regia quamprimum vena est, ab eaque saphæna,
Spiritus est si causa calens qui tendit & implet,
Fertur & intensi patefacta per oscula Penis,

Purgatio in causa priapismi calida.

In portulacæ maceranda est Cassia lympha,
Barbaricumque Rheum, gelidi confectio psilli
In potum, nimius calor his vt Cole relicto
Intestina petat, laxámque feratur in aluum.

Iulepus.

Lactucæ vnda tepens, & nenupharina bibatur

Latus.

Sacchareo violæ granatorumque liquori
Iuncta. Linat pubem virgamque, oleumque rosarum

Vnguentum.

Nymphæa, violæque: vel vnguen Rhasis, habetur
Quod niueum, vel populeum. Commixta iuuabit

Caphura, quæ veneris cohibet, frenatque furores. *Caphura vim.*
Lamina succinget teneros benè plumbea lumbos.
Sique priapismi flatus fit causa, sinapi, *Curatio priapismi à flatu.*
Ruta cibis etiam viridis miscenda: cubile
Fiat ab hac herba, Castus quæ dicitur Agnus.

COMMENTARIVS.

PRIAPISMVS, est permanens pudendi tensio sine veneris desiderio. Qui ratus, & præter naturam affectus est, citam efflagitans curationem ob causas expositas lib. 3. cap. 31. Quumque fiat vel à flatulento spiritu fistulosum neruum implente: vel à feruidiore spiritu vitali, arteriarum oscula distendēte: in hac posteriore causa, caloris signis apparentibus confestim aperienda vena est, clyster in anum immittendus ex emollientibus & refrigerantibus: sumenda cassia, syrupus violaceus & nenupharinus in aqua cocta, vel endiuiæ, lactucæ, nenupharis iulepi forma bibendus: oxycrato fouendi Renes, oxyrhodinoque cum vnguento rosato Mesuæi, vel refrigerante Galeni cum caphura pauca linendi. Si flatulentus frigidusque spiritus cauum neruum distendēs est Priapismi causa, clyster injiciatur ex origano, calameto, ruta, seminibus anisi, fæniculi, dauci, carui, cumini, reliquisque flatus dissipantibus: ex quibus parentur & fotus, vt litus ex oleis anethi, rutæ, terebinthinæ. Priapismus virorum, Satyriasis imprimis mulierum est, in qua genitalia cum dolore pruriunt, acrioris humoris affluxu: quo fit vt ea manu scalpere cogantur, vranturque veneris æstro sine profectu, quia congressus ardorem auget, à quo maior fit humorum accursus. Quem auertes Cassia cum syrupo nenupharino, potu refrigerante cum lactuca, portulaca, tamarindis, seminibus frigidis addita senna, dissoluto syrupo rosarum laxatiuo: secta vena primum humerali, dein saphæna, præsertim vbi suppressi menses & florens ætas. Pudenda foueantur decocto plantaginis, oxylapathi, solani, salicis, semperuiui, rosarum, myrthillorum, florum nenupharis. Illinantur vnguento populeo cum caphura.

Quid Priapismus.
Priapismi causa.
Priapismi à calida causa curatio.
Priapismi à frigida causa curatio.
Clyster flatus discutiens, quem carminatiuum Signa Satyriasis.
Satyriasis curatio.

EORVM QVI NVPTI VENEREIS vti nequeunt. Et eorum qui cælibem vitam agunt diæta.

CAPVT XIII.

Euchymi cibi.

SI *nuptis malè fit, quia vis ignaua pudendi est,*
Sint alimenta boni succi cum turture, turdo,
Et gallo quem Phasis alit, mollique columba,
Gallinaque, capo, merula, gallique resectis
Testibus, & teneris Perdix quibus incubat ouis.
Iungaturque cicer, faba, nux & pinea, bulbus,
Asparagus, pinique nucis Cinara æmula, radix
Pastinacæ marathrique, & amygdala dulcis, & vua
Passa, sed ipsa recens, erucæ semen, anisi,
Linique, à Satyro quæ dicitur herba salaci,
Rappaque cum porro, conchæ genus, ostrea primùm,
Scincus, serpentis species. *Vulpini testes, Scincus, ceruique pudendum,*
Ambraque cum moscho, Lac & cum sacchare coctum
Antidotus analeptica seu resumptiua, & diasatyreum. *Et caryophillis. Analeptica sæpe voretur,*
Et satyrúm antidotus. Penis vicinia lili,
Castoreique oleo, Piperis cum puluere, myrrhæ,
Et moschi granis aliquot, lumbique linantur.
Mensa referta cibis, pariter sit odora lyæo.
Hæc & de nuptis. Sed eis quibus innuba vita
Mazza sat est, panisque niger, tenuisque lyæus
Iunctus aquæ, lactuca & quæ immergatur aceto,
Squammosi pisces, cerasum, prunumque, pyrumque
Quidve aliud, quo secedat sine Marte Cupido.

COMMEN-

COMMENTARIVS.

HOc caput in eorum gratiam esto, quos frigidos & maleficiatos nominant, qui matrimonio legitimo innecti suo iure fraudant vxores, dùm eis ex voto nequeunt debitum persoluere. Quibus alimenta præbenda sunt euchyma, seu boni multique succi, quibus temperatus, multusque sanguis generetur, ab' eoque semen in genitales partes affluens tentiginem excitet, qualis est Phasiani, perdicis, turdi, turturis, Gallinæ domesticæ, Capique caro, tùm elixa, tùm assa, vel sola, vel gratioribus aromaticis condita. Probantur Gallinarum & Phasianorum, sed imprimis Perdicum oua, Gallorum etiam testes, & cerebella passerum, quoniam horum est celebrata fæcunditas. Lac valdè nutrit, maximéque vaccinum; magis verò calfacit ac vires auget addito caryophillorum puluere cum saccharo. Sunt eiusdem census amygdalæ dulces, ex quibus fient amygdalogala frequentia. Sunt & Vuæ damascenæ in hunc vsum vtiles, quia Iecori familiares, bonique succi. Commendantur è pelagicis cibis Ostrea, quia succosa sunt, seroque, seu succo salso quem continent pruritum ac titillationem excitant, & flatulenta sunt, vt alia concharum genera. Cicer egregiè nutrit, non boni succi tamen, inflat, ac semen augens veneris desiderium erucæ, bulbi, pastinacæ, fabæ instar excitat: sed faba quia frigidior est, hyssopo, satureia, cæpis, porris incoqui debet. Asparagus & Scolymus seu Cinara, quam Alticocalum à pineæ nucis imagine vulgo dicunt in eundem vsum imprimis celebratur. Pinea nux crassi, non mali succi est, ex qua pineolatum fit arte pistoria gignendo semini, expurgandisque pulmonibus celebre. Præstat antidotus analeptica seu resumptiua, nutriens, humectans, roborans, quæ velut exangues ac tabidos erigit: Et Diasatyrion nutriens, genitale semen augens, venerem ignauam, & quasi sopitam erigens ad liberorum procreationem. Ambra, moschus cibis insperfa parem vim habent: vt vinum odorum, tenue, micans, quod quia blando calore spiritus creans ac vegetans cupidinis ignes accendit, potio veneris à nonnullis appellatur. Illinantur lumbi, pecten & scrotum his quæ canimus, vel balsamo Peruuino cum zibeti granis. Ab his continere se debent cælibes, & quibus est vota vitæ castitas, sed victus genus sequendum quod minimum, alat refrigeretque plurimum.

Quibus hoc caput destinauit author.

Victus genus.

Ostrea.

Cicer.

Pineolatum.

Antidotus analeptica & Diasatyrion.

GONORRHÆÆ VERÆ CVRATIO.

CAPVT XIIII.

SEMINIS effluuium, quo non genitura moratur,
Sed cadit inutilis, nulloque cupidinis æstro
Quamprimùm cohibe, tabes ne lenta sequatur.

Frigida cohibentia, & effluere semẽ prohibentia.

Oxalis & melo, cucumisque, cucurbita, blitum,
Portulaca, rubus, vitex, lactuca, rosarum
Lanugo, croceusque imprimis flosculus, harum
Denique rubrarum liquor & conserua, papauer,
Et cornucerui, tria santala, coraliumque,
Caphura, plantago nymphæaque frigida cogunt,
Efferrique extrà prohibent præ frigore semen.

Calida siccãtia semen, eiusque generationem impedientia. Tabellæ siccantes.

Siccaque quæ ruta est, pariterque calore notata,
Cannabis haud sinit hoc, calamintaque, menthaque gigni:
Hoc etiam genitum tenues dissoluit in auras.
Hinc è cannabeo, Lactucæ semine, Rutæ,
Puluere coralij, Cornuceruique, tabellæ
Sacchare cum decuplo fiant, tenuique liquore,
Quem rosa, vel quem mentha dabit, quæ ponderæ drachmæ
Antè cibos sumentur. Et vnguine tota madebit

Vnguentum.

Lumborum regio, capiat quod santala rubra,
Armeniæ bolum, cæramque, oleumque, virenti
Quod meat è Myrtho: foliis rutæve, vel Agni
Cingatur casti, grauis est si lamina plumbi,
Quæ gestata solet calido conducere Reni.

Potio refrigerans, cohibens que.

Lactucæ è foliis, portulacæve, rubive,
Seminibus gelidis, Nymphæa flore, liquore
Punicei mali cum sacchare potio fiet,
Frigore quæ in testis cohibebit corpore semen.
Sit paucus tenuansque cibus. Quæ lympha bibetur

Sentiat extinctum chalybem, coctosque lapillos.
Siccus & egelidus sit qui spirabitur aër,
Cura, laborque grauis, malè tincta ac sordida vestis,
Improbus vt fugiat tenera cum matre Cupido,
Cuius sperma frequens ac debile reddit imago.

Externa spermatis generationem remorantia. Nitida molliesque vestes quia sensus exhilarant, veneri illecebræ sunt: veneremque auocant sordidæ duræque quia contristant.

COMMENTARIVS.

Fluoris omnis causæ duæ, nempè facultatis excretricis robur, & retentricis imbecillitas.

GONORRHÆA, fluor est seminis, quæ, vt fluor omnis, ab excretricis fit robore, vel imbecillitate retentricis. Robur indicat arrectio Colis, imbecillitatem demissio. Gonorrhæa quæ tenso pudẽdo fit, seminis copiæ signum est: ideoque si molesta, vt iuuenibus non nuptis, & viduis, eius inhibenda generatio venæ sectione, Cassia sumpta cum syrupo nenupharino, diæta refrigerante tenuique. Quæ demisso Pene fit, & retentricis facultatis imbecillitate nascitur, de qua nunc agimus, ea præsidia requirit quæ versibus exprimimus. Quoniam verò semen vndique deciduum est, metuendum ne ex eius effluuio continuo corporis vniuersi languor & atrophia consequatur, attrito tandem natiuo calore, partibusque singulis suo genio, seu pabulo priuatis. Fit enim semen à benigniore sanguine, quo quùm alantur omnes corporis partes, si perenne sit, assiduumque seminis effluuium abeunte sanguine spirituque cum semine, necessum erit famelicum corporis molem minui sensim atque marcescere. Non igitur hic solis duntaxat obscænis partibus prouidendum, sed insuper corporis vniuersi firmandæ partes. Parabitur in eam rem opiata sequens. ℞. conseru. rosar. bugloss. borrag. an. ℥ij. conserue. nenuph. ℥j. ß. puluer. trium santal. rasur. eboris cornuceru. corall. rubr an. ʒj. aromatic rosat. diarrhod. abbat. an. ʒij. Cum iulepo rosac. quantum satis fiat opiata mollis, de qua sumatur manè & vesperi nucis iuglandis quantitas. Frequens esto syrupus granatorum myrthillorum, nenupharis, papaueris, iulepus rosaceus, oxysaccharum simplex. Sumentur è cochlearij, vel ex aquis refrigerantibus iulepi forma. Cibus ut ex cuchymis carnibus cum herbis frigidis, vt oxalide, lactuca, portulaca. Potus, ex aqua chalybeata, vel ea, cum qua parui silices coxerint.

Gonorrhææ vtriusque curatio.

Semen ex omni corporis parte decidum.

Generatio seminis à sanguine.

Opiata Gonorrhææ sedandæ conferens.

Astringentes refrigerantesque syrupi.

GONORRHÆÆ VIRVLENTÆ Curatio.

CAPVT XV.

SEMINIS effluuium, quo tenso vt fune pudendo
Fertur ab hoc virus sæuo comitante dolore,
Non ea quæ cohibent, sed quæsunt blanda requirit,
Quæque simul vacuant. Hinc manna, Rheumque bibatur
Et lenitiuum, terebinthina tota voretur,
Cassia sitque frequens. E poplite, malleolove
Purpureus manet facto de vulnere sanguis.
Mulsio contulerit, quam semina frigida condent
Quæ maiora vocant, pinusque, & amygdala dulcis,
Sacchare cum niueo, hordique & plantaginis vnda.
Nenupharis velut, althææ, violæque syrupus.
Quisquis ineſt Peni ferus ardor, lacte remittet
Si madet in tepido, tepidave fouetur in vnda.
Sed quia non simplex dolor est, at cæca veneni
Pernicies, veneris congressu nata maligno,
Quære queant illam quæ proprietate fugare,
Qualia Chyna, apios, & Sarsaparilla, medulla,
Scobs & Guaiaci, virus quibus omne feratur
In tenues auras, largo sudore citato,
Mollia iura probo teneri de carnibus hædi,
Gallinæ pulli, vituli, iuueniſque columbæ,
Cum cærefolio, atque acido cum rumice, molli
Lactuca, linguaque bouis: ptisanamque, vel vndam
Graminis, incocta chyna vel Sarsaparilla.

Gonorrhœa fœde cathartica.

Vena sectio.

Mulsio virulentã Gonorrhœam leniẽs.

Syrupi.

Fotus Penis ẽlucte vel aqua tepẽte.

Occulta vi sedam Gonorrhœam sananua.

COMMENTARVS.

Gonorrhœa virulenta quid.

1 GONORRHÆA virulenta, fluor est quasi putridi, virulentique seminis, ex impuro concubitu genitus. Nascitur verò, quùm tempore congressus morbida quædam excretio manans & exhalans ab

vtero, per meatus tùm apertos atque patentes, in partes præparando, perficiendoque semini dicatas insinuat intruditque se: qua vasorum spermaticorum sequitur imbecillitas, indéque seminis effluuium, à prostratione natiui caloris, venenataque qualitate putridum, spurcum & graueolens, cuius causas signaque lib. 3. cap. 33. dedimus. Curandi verò sumatur exordium à clystere, dein Cassia sola detur, aut electuarium lenitiuum, si facilè mouetur æger, & actior humor exasperat. Si pigriot est, vigetque bilis, adde Diaprunum, aut confectionem hamech, vt existente phlegmate terebinthinam. Quanã verò parte mittẽdus sit sanguis ambigi potest. Si namq; basilica scinditur, Venerea lues metuẽda, tapto in superiora veneno: quod nõ fiet aperta pedis vena, nõ erigente se maligno humore, sed in suo fonte recluso, vel à principibus partibus longè secluso. Veruntamen in plethora primum humeralis, sequentique die saphæna benè tundetur. Illa namque deplet vniuersum corpus, hæc autem virulentam materiam ad inferiora cito reuocat atque reuellit, vt ei mora non detur superiores partes inficiendi. Sequens ab his mulsio Renum vias lubricabit, virulentamque materiam leniet. ac mitigabit. ℞. Amygdal. dulcium vnc. 2. semin. quatuor frigid. maior. mundat. & pineol. an. vnc. sem. semin. papaueris albi, si magnus ardor est ʒij. Terantur in mortario lapideo cum aqua fontis prius cocta, vel aqua hordei si detergendum, vel plantaginis si reprimendum, vt in morbi declinatione, cumque saccharo sufficienti fiat mulsio. Tùm, ℞. cærati refrigerantis Galeni, & vnguenti popul. loti in aqua rosar. an. ʒj. ol. violac. & nenuph. an. vnc. sem. caphur. grana decem. Misce pro situ regionis Lumborum & Renum. Bibetur Sarsaparillæ, Chynæ, Guaiaciue decoctum, quorum doses sequenti capite describentur.

Gonorrhœa fœda generationi nocua.

Qua parte in gonorrhœa fœda mittẽdus sanguis.

Mulsio.

Vnguentum pro lumbis & renibus.

VENEREI MORBI CVRATIO.

CAPVT XVI.

Causæ luis venereæ.

CVRA luis Veneris non est benè tuta pudendæ,
Quandoquidem nec causa patet. Tamen esse venenum
Constat, in humores quod agit, molleſque medullas,
Ossaque, polluto genitum de semine. Nota
Sed non esse solet vis & mensura veneni.
Hinc recidiua mali sequitur plerumque. Sed ista

Cur venerei morbi malè tuta curatio.

Quæ celebres habet authores via prima medendi est.

Venerei morbi curationis progressus.

Imprimis ægri quæ sit natura Machaon
Inquirat, quæ temperies, quis & humor abundet,
Quodque in eo latitet vitium, vacuanda ferantur

Purgatio.

Arte suis vt quæque vis. Benè Senna coquetur
Cum lupulo, lactisque sero, linguaque bouilla,
Cum violis, fumo terræ potanda. Vel Hamech
Cum lenitiuo dabitur confectio primùm.

Vena sectio.

Et si phlegma nocet, purgabit Agaricus albens.

Balneum.

Vena dein tundetur. Et est vbi siccior humor,
In tepidis molleſcet aquis cutis, indè meatus
Vt pateant, fædumque abeat sudore venenum.

Sudores excitantia.

Quem scabiosa potest, & Tormentilla mouere,
Succisa, & cardus benedictus, odora Melissa,
Iuniperus, reptile sua latitare sub vmbra
Fraxinus haud patiens, & Personatia, Buxus,
Pluraque quæ nostro tellus producit in axe.

Hydrotica celebria, venerea lues alexiteria.

Chyna sed inda magis, & Sarsaparilla probatur,
Quæque medulloſi bibitur decoctio ligni
Guaiaci, seu sancti, alio quod manat ab orbe.
Sed quia Cor gliscens virus, cerebrumque lacessit,

Insignes opiate conserua, pulueres.

Synthesis Alchermes, Mithridatica, Ferneliana
Theriaceque iuuat: simul & conserua rosarum,
Anthos, bugloſſi, borraginis atque melissæ,
Puluis & è gemmis, is & est cui nomen ab Ambra.
Sæpiùs hic verò repetas, varieſque catharsin,
Humori ne fœda lues impacta moretur,
Perque vices sudore abeat reliqua aura maligna.

Linum ex hydrargyro salutationem afferens.

Si minùs hæc, quæ ferre solent pleriſque salutem
Contulerint, è Mercurio litus indè sequatur,
Quo se ſpurca frequens reiectet ab ore saliua.
Quùmque ægri corpus linitur, vel sarsaparillæ,

Guaiaci, Chynæve liquor potetur, vt illo
Vaneſcat quod Mercurio ſolet eſſe venenum.
Quique litum ſe poſſe negat tolerare, Vigonis
Perferat emplaſtrum tibijs, humeriſque locandum,
Articuliſque, quibus pariter fluat ore ſaliua.
Mercurij celebrant mixto catapotia moſcho,
Scammonóque, Rheoque, Auro, triticique farina,
Quæ liquor excipiat tenuans, aciduſque Limonis.
Terque iubent denis vnum glutire diebus.
Hocque luem ſolo veneris medicamine tolli
Poſſe putant, marathri lymphæ ſed vt vncia quaque
Hebdomada potetur, aquæ & ſemuncia vitæ.
Non benè ſuffitu veneris contagia cedunt
E Ladano cum cinnabari, cum maſtiche, Thure,
Styrace, Iuniperi gummi, è quibus eſſe trochiſci
Et calamo redolente ſolent. Magis illa probantur
Quæque per os vacuant, vacuant & craſſa per aluum,
Ecute quæque fugant tenues, fluidoſque liquores,
Decocto ligni Guaiaci & ſarſaparillæ.
Iamque modum victus paucis ſtringamus. Vt ager
Perferat ad finem morbi toleranda, cibetur
Principio lautis epulis, vt carne vel hædi,
Perdicis, pulli quem dat Gallina, capi-ve,
Turturis, aut iuuenis Leporis, iuueniſ-ve columbæ.
Sed potius ſit vt aſſa placet: benè coctus, aniſo
Vel ſale conditus panis, Chyna addita lymphæ.
Quùmque per os fluere incipiet, ſi forte fluorem
Euocat argentum viuum, non carne cibandum,
Sed prunis coctis, concreto iure, vel ouo.
Quùm furor & rabies ceſſarit, rurſus alendum
Plenius, antiqui renouandus amorque lyæi,
Quo calor exangues & vis accurrat in artus.

Mercurij venenata qualitas emendanda potu ſarſaparillæ, chynæ Guaiaci-ve, quæ ſunt illius antidota.

Suffitus lues venerea curatio per ſuffitum.

Victus genus in lue venerea tenendum.

COMMENTARIVS.

I VENEREI morbi signa causasque lib. 3. capite postremo sic exposuisse me arbitror, vt nemo sit, qui his expensis malum ignoret. Vellem autem vt illa nota sunt, ita pateret curatio, quæ hactenus celebertimos & Medicos & Chirurgos variè torsit, quùm difficilia fuerint inuentu remedia, quæque sunt inuenta non benè constent, neque probentur ab omnibus: ideóque non probentur, quod quibusdam opitulentur, alijs damno sint. Nonnullijs enim arridet diæta tenuis, qua cum indici ligni liquore perfectam sanationem pollicētur. Quibus consentit Aſrorum, Hyspanorum, Italorum, experientia. Quidam cibos optimi succi commendant, victusque genus paulò pleniùs, venæ sectione medicamentisque vacuant: deindè Sarzaparillam, Chynam bilioſis, pituitoſis Guaiacum propinant, hydrargyrum censent esse fugiendum, quod eius inunctio corruptelam inferat corpori, sitq; eius putredinem inferentis signū vultus liuor, & fætor in os & nares assurgens, qui tantus est, vt latè vicinum aerem inquinet, ægros interdum enecet, astantes fuget, ipsos etiam Medicos & Chyrurgos inficiat, quos salutis & questus desiderium cogit interdum cum eis morari diutiùs. Ex quo mercurium venenum esse statuunt. Quùm enim inquit Galenus, alicuius corpus aut liuens, aut nigricans, aut varium apparet, aut diffluens, aut grauem reddit odorem putredinis, hunc venenum sumpsisse proferunt: quod contingit ab hydrargyro. Contra tamen opinantur plurimi, nullam esse posse sine mercurio curationem: eum esse solum, qui tenuitate substantiæ, mobilique natura penetret in intima quæque corporis, huiusque morbi venenum in solidis partibus abditum euocet & attrahat, vt Viuerra, seu furunculus lepores è terræ cauernulis & specubus. Id indicare curationem, quam volunt è pilulis mercurialibus, lituque ex hydrargyro certissimam: quæ tamen tuta non est sine Guaiaci, Chynæ, Sarzaparillæ-ve decocto, quod verum est venereæ luis alexiterium, quodque frigus hydrargyri calore frangit, & venenatam vim occulta qualitate retundit. Quos vt conciliemus, certum esse statuimus hydrargyrum noxium, & malignæ esse naturæ. Sed vt Vipera, quæ venenum in se lethale gerit, simplicibus emendata salubribus, venenis aduersatur, ita mercurius præparatus vt decet, venerei morbi virus potest obtudere. Quem tamen ita suspectum esse velim, vt non nisi postremo loco, deploratisque penè rebus existimem vsurpandum. Militet quidem ac decertet in hoc prælio, sed non antè quàm res ad triarios redierit. Vt ergo veram ac germanam venerei morbi curationem attingamus, vbi plethoricum est corpus, semel, iterumque sanguis vena secta minuatur: vbi cacochymium, si bilis superat, cholagogo: si pituita, phlegmagogo: sin vstus humor, melenagogo pharmaco repurgetur. Et quia materia communis pituita putatur, quod affectus sine febre sit, noctuque dolor acuatur, calida, quæque pituitam cogunt, purgant, euocant, ad morbum propulsandum assferenda

Varia luis venereæ curatio.

Hydrargyri seu mercurij venenata qualitas.

Galen lib. 6. de loc. affect. cap. 6.

Author opinio de hydrargyri vsu.

Vera luis venereæ curatio.

Pituita communis venerei morbi causa.

renda. Sic, ℞ fol. chamædr. chamæpith. agrimon. beton. fumar. cuſcut. ſcolopendr. ceterach. capill. ven. an. Mj. ſemin. citri, card. fænic. an. ʒij. liquirit. raſ. ʒiij fol. ſenn. mundat. vnc. ſ. Fiat decoct. Cape de colat. lib. ß In qua infunde rhei elect. & agaric. recenter trochiſc. an. drach. 2. ſem cinnam ℈j. In expreſſione diſſolue elect. diacartham. vnc. ſem. ſyrup. laxat. roſar. vnc. 2. fiat apozema pro duabus doſibus, quæ ſumantur matutinis alternis. Quies detur in geminos dies, à quibus deſcendat æger in balneum aquæ tepentis per duos aut tres dies, maximè ſi fuerit temperamenti cali ſiccique. Iulepum in eo ſumat, qualis eſt ſequens. ℞. aqu. ſtillat. meliſſ. card. ſcabioſ. an. ʒiij, ſyrup. capill. ven. ʒij. miſce. fiat iulep. pro duabus doſib. Poſtero ab egreſſu balnei die communis clyſter in anum indatur. Hinc, ℞. ſarzaparill. vnc. 4. chynæ per taleolas inciſæ vnc. 2. Madeant in ſex libris aqu. fontis diem vnum, indéque bulliant ad tertias, addita ſub finem cinn. ʒß. Vel ℞. ſcobis, ſeu medull. ligni ſancti lib. ſ. Infundatur in octo libris aqu. fontis diem vnum, hinc igne lento bulliat, ad tertiæ partis conſumptionem. Colatura reſeruetur in phiala vitrea, ex qua, vt ex ſarzaparillæ, Chynæque decocto ſumatur ℔ß. quotidiè ſub auroram, vt erumpant ſudores in lectulo, pomeridianis horis ʒiiij. plus minùs, habita ratione virium, ſæxus, ætatis, temporis. Ex magmate decocti fiat potio cõmunis hoc modo. ℞. magma decocti ſuperioris, vuarum Damaſcenarũ, aut Corynthiacarum ʒij. liquirit. raſ. ʒß. cinnam. ℈ij. Bulliant in lib. decem aqu. fontis ad tertias pro communi potu. ℞. conſerv. roſar. & meliſſ. an. ʒij. opiatæ Fernelij. cortic. citri cõditian ʒiij. Theriac. & Mithrid. veter. an. ʒij. cõfect. alkermes ʒj. elect. de gemm. ʒß. Cũ ſyrup. de pomis odoriferis fiat opiata. Sumatur nucis iuglandis quantitas, hauſta quaque doſi decocti ſuperioris. Purgabitur hoc modo. ℞. medull. caſſ. ʒj. confect. hamech ʒii. ſyrup. Saporis regis vn. ſ. Cum aqua card. fiat doſis. Vel ℞. cathol ʒvj. elect. diacartham. & diaprun. laxat. an. ʒij. ſyrup. limon. ʒj. Cum aqua meliſſæ fiat potio. Vena debuit initio curationis aperiri, quæ poterit in plethora ſcindi rurſum, vt liberi ſint patenteſque meatus ad excluſionem virulentæ materiæ, quam vel renouato ſuperiore decocto ſudores excitante moliemur: vel eo quod è domeſticis noſtris ſimplicibus ita parabitur. ℞. radic. perſonatæ, tormentill. Succiſæ ſeu morſus an. drac. 3. fol. ſcabioſ. meliſſ. chamædr. chamæpith. an. Mj. ſemin. citri, fænic. cardu. granor iuniperi liquirit. raſ. an. vnc ſem. Madeant in aquæ tepidæ lib. quatuor, indéque bulliant ad tertias. In collat. diſſolue ſaccha. albi vnc. ſex. cinnam. drac. ſ. Fiat Apozema cuius doſis vnc. ſex. Quendam vilioris ſortis hominem accepimus in hac vrbe Pariſienſi ſibi peperiſſe in venereo morbo curando nomen, non aliundè, quàm quod decoctum Perſonatæ, quæ Lappa maior & Bardana, vulgo *Glouteron* appellatur ægris exhibebat. Vidi verò nobilem ver creis vlceribus maculiſque fædatum, qui ſe, vacuato per me corpore iuniperi granis quotidiè manè deuoratis, ab eo morbo vindicauit. Sed alterius orbis hydrotica quæ diximus tutiora comprobant vſus, quibus ideò magis fidendum eſt, & hæc iteranda, donec morbus omninò remiſerit, ca-

Apozema laxatiuum.

Balneum aquæ tepidæ.

Iulepus.

Decoctum.

Potio communis ad affectum venereum.

Opiata.

Potiones cathartica.

Vena ſectio.

Obſeruationes in lue veneree.

COMMENTARIVS.

VENEREI morbi signa causasque lib. 3. capite postremo sic exposuisse me arbitror, vt nemo sit, qui his expensis malum ignoret. Vellem autem vt illa nota sunt, ita pateret curatio, quæ hactenus celebertimos & Medicos & Chirurgos variè torsit, quùm difficilia fuerint inuentu remedia, quæque sunt inuenta non benè constent, neque probentur ab omnibus: ideóque non probentur, quod quibusdam opitulentur, alijs damno sint. Nonnullijs enim arridet diæta tenuis, qua cum indici ligni liquore perfectam sanationem pollicetur. Quibus consentit Aforum, Hyspanorum, Italorum, experientia. Quidam cibos optimi succi commendant, victusque genus paulò pleniùs, venæ sectione medicamentisque vacuant: deindè Sarzaparillam, Chynam bilioſis, pituitoſis Guaiacum propinant, hydrargyrum censent esse fugiendum, quod eius inunctio corruptelam inferat corpori, sitq; eius putredinem inferentis signũ vultus liuor, & fætor in os & nares assurgens; qui tantus est, vt latè vicinum aerem inquinet, ægros interdum enecet, astantes fuget, ipsos etiam Medicos & Chyrurgos inficiat, quos salutis & quæstus desiderium cogit interdum cum eis morari diutiùs. Ex quo mercurium venenum esse statuunt. Quùm enim inquit Galenus, alicuius corpus aut liuens, aut nigricans, aut varium apparet, aut diffluens, aut grauem reddit odorem putredinis, hunc venenum sumpsisse proferunt: quod contingit ab hydrargyro. Contra tamen opinantur plurimi, nullam esse posse sine mercurio curationem: eum esse solum, qui tenuitate substantiæ, mobilique natura penetret in intima quæque corporis, huiusque morbi venenum in solidis partibus abditum euocet & attrahat, vt Viuerra, seu furunculus lepores è terræ cauernulis & specubus. Id indicare curationem, quam volunt è pilulis mercurialibus, lituque ex hydrargyro certissimam: quæ tamen tuta non est sine Guaiaci, Chynæ, Sarzaparillæ ve decocto, quod verum est venereæ luis alexiterium, quodque frigus hydrargyri calore frangit, & venenatam vim occulta qualitate retundit. Quos vt conciliemus, certum esse statuimus hydrargyrum noxium, & malignæ esse naturæ. Sed vt Vipera, quæ venenum in se lethale gerit, simplicibus emendata salubribus, venenis aduersatur, ita mercurius præparatus vt decet, venerei morbi virus potest obtundere. Quem tamen ita suspectum esse velim, vt non nisi postremo loco, deploratisque penè rebus existimem vsurpandum. Militet quidem ac decertet in hoc prælio, sed non antè quàm res ad triarios redierit. Vt ergo veram ac germanam venerei morbi curationem attingamus, vbi plethoricum est corpus, semel, iterumque sanguis vena secta minuatur: vbi cacochymum, si bilis superat, cholagogo: si pituita, phlegmagogo: sin vstus humor, melenagogo pharmaco repurgetur. Et quia materia communis pituita putatur, quod affectus sine febre sit, noctuque dolor acuatur, calida, quæque pituitam cogunt, purgant, euocant, ad morbum propulsandum afferenda

Variæ luis venereæ curatio.

Hydrargyri seu mercurij venenata qualitas.

Galen lib. 6. de loc. affect. cap. 6.

Authoris opinio de hydrargyri vsu.

Vera luis venereæ curatio.

Pituita communis venerei morbi causa.

renda. Sic, ℥ fol.chamædr.chamæpith. agrimon. beton.fumar. cuſcut. ſcolopendr. ceterach. capill. ven. an.Mj. ſemin.citri, card.fænic. an. ʒij. liquirit. raſ. ʒiij fol. ſenn. mundat. vnc.1. Fiat decoct. Cape de colat. lib.ß In qua infunde rhei elect. & agaric.recenter trochiſc. an. drach. 2. ſem cinnam ℈j. In expreſſione diſſolue elect. diacartham. vnc. ſem. ſyrup. laxat.roſar. vnc.2. fiat apozema pro duabus doſibus, quæ ſumantur matutinis alternis. Quies detur in geminos dies, à quibus deſcendat æger in balneum aquæ tepentis per duos aut tres dies, maximè ſi fuerit temperamenti calidi ſiccique. Iulepum in eo ſumat, qualis eſt ſequens. ℥. aqu. ſtillat. meliſſ.card. ſcabioſ. an. ʒiij, ſyrup. capill. ven. ʒij. miſce. fiat iulep.pro duabus doſib. Poſtero ab egreſſu balnei die communis clyſter in anum indatur. Hinc, ℥. ſarzaparill. vnc. 4. chynæ per taleolas inciſæ vnc. 2. Madeant in ſex libris aqu. fontis diem vnum, indéque bulliant ad tertias, addita ſub finem cinn. ʒß. Vel ℥. ſcobis, ſeu medull. ligni ſancti lib. 1. Infundatur in octo libris aqu. fontis diem vnum, hinc igne lento bulliat, ad tertiæ partis conſumptionem. Colatura reſeruetur in phiala vitrea, ex qua, vt ex ſarzaparillæ, Chynæque decocto ſumatur ℔ß. quotidiè ſub auroram, vt erumpant ſudores in lectulo, pomeridianis horis ʒiiij. plus minùs, habita ratione virium, ſæxus, ætatis, temporis. Ex magmate decocti fiat potio cõmunis hoc modo. ℥. magma decocti ſuperioris, vuarum Damaſcenarũ, aut Corynthiacarum ʒij. liquirit. raſ. ʒß. cinnam. ℈ij. Bulliant in lib. decem aqu. fontis ad tertias pro communi potu. ℥. conſerv. roſar. & meliſſ. an. ʒij. opiatæ Fernelij. cortic. citri cõditian ziij. Theriac. & Mithrid. veter. an. ʒij. cõfect. alkermes ʒj. elect. de gemm. ʒß. Cũ ſyrup. de pomis odoriferis fiat opiata. Sumatur nucis iuglandis quantitas, hauſta quaque doſi decocti ſuperioris. Purgabitur hoc modo. ℥ medull. caſſ. ʒj. confect. hamech ʒii. ſyrup. Saporis regis vn.1. Cum aqua card. fiat doſis. Vel ℥. cathol ʒvj. elect. diacartham. & diaprun. laxat. an. ʒij. ſyrup. limon. ʒj. Cum aqua meliſſæ fiat potio. Vena debuit initio curationis aperiri, quæ poterit in plethora ſcindi rurſum, vt liberi ſint patenteſque meatus ad excluſionem virulentæ materiæ, quam vel renouato ſuperiore decocto ſudores excitante moliemur: vel eo quod è domeſticis noſtris ſimplicibus ita parabitur. ℥. radic. perſonatæ, tormentill. Succiſæ ſeu morſus an. drac. 3. fol. ſcabioſ. meliſſ. chamædr. chamæpith. an. Mj. ſemin. citri, fænic. cardu. granor iuniperi liquirit. raſ. an. vnc ſem. Madeant in aquæ tepidæ lib. quatuor, indéque bulliant ad tertias. In collat. diſſolue ſaccha. albi vnc. ſex. cinnam. drac. 1. Fiat Apozema cuius doſis vnc. ſex. Quendam vilioris ſortis hominem accepimus in hac vrbe Pariſienſi ſibi peperiſſe in venereo morbo curando nomen, non aliundè, quàm quod decoctum Perſonatæ, quæ Lappa maior & Bardana, vulgo *Glouteron* appellatur ægris exhibebat. Vidi verò nobilem vel creis vlceribus maculiſque fædatum, qui ſe, vacuato per me corpore iuniperi granis quotidiè manè deuoratis, ab eo morbo vindicauit. Sed alterius orbis hydrotica quæ diximus tutiora comprobant vſus. quibus ideò magis fidendum eſt, & hæc iteranda, donec morbus omninò remiſerit, ca-

Apozema laxatiuum.

Balneum aquæ tepidæ.

Iulepus.

Decoctum.

Potio communis ad affectum venereum.

Opiata.

Potiones cathartiçæ.

Vena ſecta.

Obſeruationes in lue venerea.

tharticis octauo quôque ferè die repetitis, vt his materia cra ſſior, in qua primùm virulentus inſidet ſpiritus, in anum abeat: illis, quiſquis eſt tenuior in habitum corporis ſparſus, in cutem, prouocatis ſudoribus efferatur. Qua methodo virulentas corporis maculas nullo adhibito topico deſijſſe, ceſſaſſe nodos, nocturnos dolores euanuiſſe in plurimis animaduertimus. Si tamen ea morbi contumacia eſt atque feritas, vt iſtis non conquieſcat, ad hydrargyrum recurre. Paretur vnguentum ex axungiæ ſuillæ libra, Mercurij quatuor plùs minùs vncijs, quo brachia, crura, plantæ pedum, axillæque linantur ad focum: hinc in ſtrato decumbat æger. Bibat Guaiaci decoctum, quod cum ſarſaparilla chynaque diximus eſſe Neapolitani morbi, Mercurijque verum alexiterium. Victus genus dilucidè noſtris verſibus expreſſum.

Hydrargyroſis ex vnguẽto Neapolitano.

NONI LIBRI MEDICÆ
Decados Finis.

FRANCISCI PORTI,

CRESPEIENSIS VALESII,

MEDICIQVE PARISIENSIS

Medicæ Decados

LIBER DECIMVS.

PRÆFATIO.

POSTREMVM iam reſtat opus, mihi caſta faueto
Cælicolûm regina, parens & nata Tonantis,
Fœmineis vt opem vatio medicamine morbis
Ferre queam. Tu fœmineæ ſuccurrere ſorti
Et potes, & debes, homini quæ ſola cadenti
Æternum mundo peperiſti fœmina Solem.

Inuocatio, qua Deipara Virginis fauor expoſcitur.

HYSTERICA MEDICAMENTA.

CAPVT I.

Hysterica medicamenta.

RIGIDA ſunt, menſeſque ſolent cohibere fluentes
Nenuphar & cytinus, cytinoque Balauſtia iuncta,
Semper & herba virens, & portulaca, rubuſque,
Plantago, ſemenque Rhois, cornuque peruſti
Scobs Cerui, lotique, Eboriſque quod Indica mittit.

Hyſterica calida.

Calfaciunt, menſeſque cient Camomilla, Meliſſa,

Ariſtolochia.

Betonica, inſignis lochijs quæque herba mouendis.
Arthemiſia, Marrubium, ſylueſtris Laurus,
Quoque thymum paſcuntur apes, poliumque, quod altos
Nobilitat montes, Ocymum, ſerpilla, decora
Lilia, Parthenium quod Amaracus, origanumque,
Trifolium quod odore potens, Aſarumque, Sabina,
Pullegium, ſeſeli, calamintaque, ruta, melanthi
Semen, vt & ſmyrni, dictamni, pæoniæque,
Iridis & ſcordi radix, Rubiæ, atque cyperi,

Gentiana.

Illius & nomen cui Gentius indidit herbæ.
Bdellion & ſtyrax, ſtacte cynarcia myrrha,
Oppopanax etiam, ſagapenum, galbaneuſque
Virus olens ſuccus, pauidoque è Caſtore teſtes,

Vterum roborantia.

Menſtrua qui partuſque trahunt, rubeaſque ſecundas.

Electrum, ſuccinum idem quod ambra citrina, quæ ſiſtendi firmādique vim habet.

Languor vbi eſt vtero firmat biſtorta, rubenſque
Coralium, pallenſque liquor, quem Populus arbor
Fundit, & Electrum ſeu citrina Ambra vocatur,
Et caryophillum, nux & moſchata, macerque,

Costusque, Angelicam cuius vice sumere fas est,
Nardus, odoratus calamus, ben atque zoinus,
Et styrax, & in his redolentia Moschus & Ambar.

COMMENTARIVS.

VTERO conuenientia, quæ vocamus hysterica, vel eius exuperantem fluorem supprimunt, vel menses euocant, vel roborant, firmandóque recreant. Quæ reprimunt, ea quoque refrigerant, vt nymphæa, quæ veneris impetus & insomnia sedat, sistit muliebre profluuium, & genitale semen extinguit, vt semperuiuum & portulaca, quæ strangulatus etiam vteri cohibet. Plantago, cytinus, balaustium, rubus, rhois semen, cornucerui vstum & lotum, eboris rasura, quapollent refrigerandi astringendique vi, menses albaque vuluæ profluuia frenant. Quæ menses euocant calida sunt, vt chamæmælum, anodina digerendique facultate præditum, qua potu inselluque menses & fœtus expellit, duritias vteri flatusque discutit. Betonica purgat vterum, eundemque roborat, conceptumque retinet: vtilis ideò prægnantibus, quibus illuuies sordida manat ab vtero. Parthenium seu matricaria, quam Amaracum appellant, quod amaro sapore sit, laurus, lilium, trifolium odoratum, sampsucus seu maiorana menses cient, strangulatui conferunt, vuluæque duritiem insessu molliunt. Aristolochia, matrubium, thymum, polium, serpillum, pulegium, calaminta, sabina, seseli, dauci semen, asarum, melanthium, smirnium, cyperi, rubiæ maioris, iridis, gentianæ, dictamni radix præter hæc secundas etiam & fœtus excludunt. Myrrha, styrax, bdellium matricem emollit, & clausam aperit, menses & partus extrudit. Castoreum partus & secundas. Sagapenum & oppopanax menses quidem trahit, sed fœtus enecat. Galbanum sumptum & admotum menses partusque ciet. Vterum verò firmant Bistorta, frigoris astrictionisque particeps, vt Coralium & succinum, quod etiam odoris suauitate recreat: magis verò Caryophillum, nux moschata, macer, costus, spica nardi, calamus aromaticus, benjoin, styrax, moschus, Ambra, quæ vi siccandi impuritatem absorbent, odore fragranti spiritus exhilarant fouentque, blandoque insuper calore concipiendi spem adferunt. Quibus quo modo sit vtendum in syrupis, iulepis, vnguentis, emplastris, pessis, fotibus, tabellis, opiatis, conditis & variè purgantibus, sequentibus capitibus, si superis placet, aperiemus.

Nymphææ semperuiui, Portulacæ vires.
Plantaginis etiam cytini balaustiæ, rubi, cornucerui.
Menses euocantia.
Chamæmeli vires.
Betonicæ vires.
Matricariæ, lauri, lilij, trifolij odorati, maioranæ facultates.
Quæ præter menses, partus etiam & secundas expellunt.
Vterum firmantia.
Odoris suauitate recreantia, spemque conceptus adferentia.

MENSTRVÆ PVRGATIONIS PRÆTER naturam suppressæ curatio.

CAPVT II.

Pro variis mensium suppressorum causis varia curatio.

SI dolor exoritur suppressis mensibus, huius
Quæ sit causa vide. Vigil est si cura, laborque,
Otia sectetur mulier, placidumque soporem.
Si sudor, fluor aut ventris, tepidi ve cruoris,
Sistatur. Sin pinguis adeps grumusve, liquetur.
Si crescens caro, dematur. Si lentior humor,
Findatur calido fotu, motuque, catharsi
Ex hyera, diaphænico, tenuantibus herbis:
Vt marathro, hyssopo, calaminta, pullegioque.

Menses euocantia

Compositi è Myrrha menses aperire trochisci
Sæpe solent, vt ius cicerum cum petroselino,
Butyro pingui, vituli vel carne, capique,
In quibus adde crocum. Rubiæ benè lympha bibetur
Tinctorum, vel menthastri, tenuisve Sabinæ.
Gratior est quæ cinnameo de cortice manat.
Quodque per Hippocratis manicam cum sacchare, ligni &

Ius Hippocraticum.

Cortice cinnamei premitur stillatque falernum.

Suffitus ad uterum suppressis mensibus. Iniectum.

Suffitus qui fit per aromata menstrua ducit
E maioranæ, baccharum puluere lauri,
Iuniperi, Nardi cum styrace, benque Zoino.
Ducit & insessus Camomillæ è floribus, anthos
Cum maiorana, nepeta, origanoque, thimoque.

Litus partium externarum incumbentium uero.

Illitus vt pubis, velut inguinis ex oleo, quod
Nux moschata parit, ladanum, succusque meliss æ
Cum cera mixta. Pessusque è Mercuriali,

Pessarium.

Puluere cum myrrhæ, moschoredolente, vel Ambra.

Sæpiùs at venis vteri qui craſſus inhæret
Cauſa mali cruor eſt. Actùm Iecoraria vena, — *Quando muliebribus ſuppreſſis ſecanda vena.*
Poplitis hinc aut malleoli reſeranda. Sed antè
Fæx erat iniecto molli clyſtere per anum.
Quique repurgari debere ſuperfluus humor — *Purgatio.*
Viſus erit, cedat ſeu fel, ſeu phlegma catharſi.
Balnea ſuccedant, & in his althæa coquatur, — *Balneum.*
Malua, chamæmelum, marathrumque, & odora meliſſa.

COMMENTARIVS.

QVVM menſes naturaliter, ſtatoque tempore fluunt, mulieres ſanæ ſunt: ægrotant, ſi labuntur immodicè. Sed ab vtero morbi fiunt, quùm menſtrua præter naturam ſuppreſſa ſunt atque ſubſidunt, ex Hippocrat. Aph. 57. lib. 6. Aphor. Ex cuius ſententia retentio muliebrium vteri proprius affectus eſt. Cuius multæ quidem cauſæ ſunt, quas lib. 4. cap. 4. ſcrutati ſumus. Sed præcipuæ, maximéque communes habendæ ſunt craſſities & copia ſanguinis, & obſtructio, qua vaſa comprimuntur atque denantur. Quamobrem vbi ſanguinis copiam morbi cauſam eſſe nouerimus, clyſtere proluatur aluus: quo reiecto mittatur ſanguis ex humerali primùm, qua totius corporis vacuatio conſequatur, deinè malleoli vena, qua cruor ex vtero reuellatur. Si ſanguis craſſus eſt, lentus & frigidus, vt in melancholicis otio torpentibus, purgetur etiam corpus hyſtericis leuiter aperientibus, vt arthemiſia, meliſſa, betonica, cum ſenna, catholico, ſyrupo laxatiuo roſarum, ſequaturque à vacuatione balneum. Sin obſtructio ſine febre eſt, à craſſis, pituitoſis crudiſque ſuccis, purgetur corpus apozemate tali. ℥ radic. apij petroſel. fænic. gramin. eryng. an. ℥j. rad. pæon. ſcord. an. ℥ß. fol. arthemiſ. beton. meliſſ. capill. ven. an M i. flor. ſalu. bugloſſ. borrag. an. Pi. fol. ſenn. & paſſul. Damaſcen. an. ℥iß. Fiat decoct. & colat. ad ℔ß. In qua infunde agaric. trochiſcat. ʒiij. Rhei elect. ʒij. cinnam. nucis moſchat. caryophill. an. ℈j. Expreſſione facta diſſolue ſyrup. laxat roſar. ℥ij. Fiat Apozema pro duabus doſ. Vel, ℥. aloes optimæ vnc. ſem. agatic. ʒij. croci, myrrh. an. ʒß. cinnam. ℈j. Cum ſyrup. de arthemiſ. cogantur in maſſam, exqua fingantur pilulæ tres pro ʒß. quæ deglutiantur hora ſomni: vel eadem doſis ſumatur antè paſtum pilulatum ex hyera. ℥. fol. origan. calament. Pulegij. polij montani, nepetæ, maioran. chamæm. marrubij odorati, abrotoni an M i. roriſmarini cum floribus M ij Coquantur in aqua pro fotu pedum, tibiarum & crurum, reliquarum indè partium vtero vicinarum. Quia verò ſuffitus aromatum muliebria ducit, ita decernatur. ℥. ligni aloes, calami aromatic. ſpicæ. nard. roſar. rubr. an ʒij. ſtyracis calamitæ, ſuccini an. ʒiij. Miſce. Fiat puluis conijciendus in prunas ad ſuffitum. Peſſarium vero ſic. ℥.

Retentio menſtruorum vteri proprius affectus.

Communes ſuppreſſorum menſium cauſæ.

Curatio varia pro cauſarum varietate.

Apozema menſes prouocans.

Pilulæ.

Fotus.

Suffitus.

Peſſarium.

rad. ireos & rosar. rubr. an. ʒiij. styracis liquidæ ʒvj. ciuetæ Ambræ, moschian. gran. 3. Fiat puluis, qui linteo exceptus accommodetur in pessum. Radix ireos oleo moschatæ nucis illita, pessique modo sinui pudoris indita validè menstrua prouocat, vt enemata crebra quouis tempore per sedem immissa, quæ describi possunt hoc modò, ℞. radic. enulæ, petrosel. fænic. an. vnc. 1. fol. arthemis. matricar. malu. bismalu an. Mi. semin. anis. fænic. rutæ an. ʒj. fol. lenn ʒj. Fiat decoct. & colat. ad ℔j. In qua dissolue cathol. & hyer. simplic. an. vnc. sem. mell. mercur. & ol. irin. an. vnc. 1. butyr. recent. vnc. 2. Fiat clyster. In eam rem faciunt syrup. capill. ven. de hyssopo, de calaminta, de prassio, de arthemisia, de duabus & quinque radic. vt & trochisci de Myrrha nuncupati.

Clyster mẽstrua prouocans.

FÆDI VIRGINVM COLORIS Curatio.

CAPVT III.

Curatio fædi virginum colorũ à frigidis crudisque succis.

FÆDA puellaris mixto pallore virori
Si cutis à potu gelidæ est, nimioque ciborum
Vsu crudorum, bibitur benè iuncta falerno
Lympha, merum absynthi, ex auibus cibus vtilis assis.

Agaricus trochiscatus.

Conueniunt hyeræ pilulæ, Ruffique, catharsis
Quæ stomachum frenans, fel, phlegmaque trudit in aluum.
Qualis quæ mentha constet, nardoque, galanga
Cum Casia, flauoque Rheo, iunctoque trochiscis
Hoc niueo atque leui quem mittit Agaria fungo:
Pallidulæque Rosæ, qui sit cum sacchare, succo.

Tabellæ ex matura chalybis.

Sumpta tabella iuuat Chalybis de puluere, cum quo
Sit diamargarítón tenuis cum mastiche puluis,
Synthesis alkermes, gemmæ, exhilaransque Galeni.
Ventriculus tepido foueatur odore cyperi,
Absynthi, origani, calami redolentis aroma.

Curatio fædi virginum colorũ à ciborum esu.

Sin ea vel piperis, caryophillumve, nucisve
Moschatæ, salis aut nimio succedit ab esu,

Mollia

Mollia iura, velut quæ butyracea, virgo
Sorbeat, & vituli quæ sunt de carne, vel hædi,
Cum portulacæ folijs, maluæque recentis.
Nulla magis prodest quàm Cassia nigra catharsis.
Corpus & in tepida crebrò benè mergitur vnda. *Balneum frequens.*
Vel ptisana, aut gelidi latices cum pane bibantur.
Si verò fædus color est, quia menstrua nulla
Succedunt, quanam moueas memorauimus arte.

COMMENTARIVS.

PVELLÆ nubiles, viroque maturæ sæpiùs in fœdos, quos pallidos appellant colores incidunt, à causis, quas exposuimus lib. 4. cap. 6. quasque potissimum ad tres hoc capite reducimus, nempè crudorum, aut calidorum ciborum esum immodicum, aut retentionem menstruorum. Si crudorum, pomorum, olerum, egelidæ multæ, cretæ, luti, carbonum, reliquorumque similium esus malum excitauit, curandæ sunt, vt quæ Pica, seu Malacia laborant. In qua quùm impuris & alienis humoribus prematur refrigereturque Ventriculus, pilulis de hyera, quæque Ruffi nomine celebrantur vtendum, quibus humor superuacaneus partim in aluum excludatur, partim coquatur, reddaturque ventriculo suus natiuus calor, quem attriuit humorum impuritas. ℞. mass. interior. pilul. de hyer. & pilul. Ruffi, quæ communes appellantur an. ʒiij. Cum aqua menth. vel syrup. de absynth. fiat massa mollis, ex qua fingantur pilul. duæ vel tres pro ʒß. alternis diebus, aut bis in hebdomadæ deglutiendæ. His si nihil aut parum agitur, ℞. fol. agrimon. menth. capill. ven. an. M.j. semin. anis. fænic. coriandr. præparati an. drac. 1. liquirit. rasur. drac. 2. summit. absynth. roman. flor. salu. an. P.j. fol. senn mundat. ℥ ß. sem. fiat decoct. In colat. infunde rhei elect. & agaric. recenter trochiscat. an ʒiiij cinnam. nuc. moschat. an ʒj. Expressione facta dilue cathol. duplicat. infus. & colat. syrup. de rosis pallid. an. vnc. 1. Fat dosis. Tùm, ℞. specier. elect. diarrhod. abbat. aromatic. rosat. limaturæ chalybis an. drac. 1. elect. è gemm. drac. sem. Cum saccharo dissoluto in aqua menth. vel mell. fiant tabell. pond. drac. 1. Sumatur vna manè, altera vesperi, hora antè pastus. Vel, ℞. conserv. rosar. & mellis an. vnc. 1. conserv. flor. salu. ℥ ß. sem. specier. elect. è gemm. aromatic. rosat confect. alkermes an. drac. 1. Cum iulepo rosac. fiat Opiata mollis, ex qua detur quotidiè manè nucis auellanæ quantitas. Foueatur ventriculi regio decocto menthæ, salu. spicæ nard. calami aromat. Linatur oleo menthæ, moschatæ nucis, absynthij, mastiches, addito puluere caryophillorum & pauca cæra. Misceatur in potu cum aqua vinum: sed vinum absynthites ieiuno stomacho sum-

Quid agendum in fædu virginum coloribus à causa frigida.

Pilulæ leniter purgantes, & cruda concoquentes.

Purgans medicamentum insurtu liberans.

Tabellæ.

Opiata.

Fomentum.

Linimentum.

Pallidorum colorum à calida causa, curatio.

ptum valdè confert. At si ventriculus reliquumque corpus vsu calidorum fædos colores attulit, contrarium agendum est. Cibus namque potusque refrigerans & humectans esse debet, danda sæpe Cassia, quæ bilioſos humores attemperet & expurget. Frequens esto balneum ex aqua tepida. Sique malum à suppressione mensium excitatum est, his remedijs prouocandi, quæ superiori capite dictauimus.

HYSTERICÆ SVFFOCATIONIS, & furoris vterini Curatio.

CAPVT IIII.

VIVAT *an hæc, vtero quæ suffocatur, an aura*
Vitali careat primùm dignoſcito, penna
Immiſſa in nares, pyrethri elleborique repleta
Puluere, detractiſque pilis è parte piloſa

Hyſterica grauia ſymptomata.

Hyſtericæ, quæ nec ſpirat, neque ſede mouetur,
Nec ſentit, iacet at ſine vi, quaſi triſte cadauer.
Vitaque ſi ſupereſt, patiantur vincula partes
Extremæ, atque ab eis præſertim crura fricentur.
Fœtida odorentur, ruta, & quæ Galbana fumant,

In hyſterica ſuffocatione fœtida naribus, odorata vtero admouenda.

Caſtoreum, Euphorbum, gagates, atque cremati
Igne pili, plumæque, & cornua quadrupedantum.
Grataque quæ fuerint, & ſuaueolentis odoris
Excipiat ſinus hic, qui dicitur eſſe pudoris.
Qualia moſchatus bombax, & odora Zibeta,

Odoraterum varia ſpecies.

Gallia quæ ſuaui celebratur, Alyptaque moſcho,
Ambraque, lignum Aloës, Caryophillumque, macerque,
Et ſtyrax, Ladanumque: oleum quod lilia, coſtus
Spicaque dant, lauruſque, ambra redolentia mixta.
Conueniunt primò iſta. Sed eſt vbi craſſior humor,

Cathartica.

Glande repurgetur vel clyſmate fœcibus aluus:
Dein potu ex hyera, diaphœnicoque, vel anthos

Conſerua cathartica, ſumenda formâ bolo.

Conſerua in bolo, cum qua terebinthina lota
Iuncta ſit, & fungus, cui nomen Agaria fecit.

Si peccat ſanguis, reſeranda in poplite vena.
Sin ſemen mala tanta trahit matrice recluſum,
Ægraque vel vidua eſt, virgo vel vota, linatur
Pars obſcæna oleo cum pectine nenupharino,
Caphura odoretur, viridis cum cannabe Ruta,
Portulaca cibum lactucaque iungat: alendum
Sed tenui, parcoque cibo. Subiecta cubili
Herba ſit & vitex, Caſtus quæ dicitur Agnus.
Nubilis at virgo, vel ea eſt quæ nupta, marito
Jungatur, feret amplexus bona multa virilis.
Quùm furor eſt vteri parili ſanabitur arte.
Sed magis hic auſis quia ſe calor explicat ingens
Pluribus è venis ſalientem haurire cruorem.
Frigida ſint quæcumque dabis potuſque, cibique,
Sacchareuſque liquor, clyſter, balanuſque: bibatur
Caſſia Nymphæa aut violæ comitata ſyrupo.

Miſſio ſanguinis.
Hyſterica ſuffocationis a retento ſemine curatio.

Per ſaccharetum liquorem ſyrupos intelligo frigidos.

COMMENTARIVS.

1 SVFFOCATIONIS vteri terrifica ſigna cauſaſque repetes è capite 5. lib. 4. Sed cauſæ præcipuæ ſunt retentio ſeminis aut menſium, ex quorum corruptela teter vapor exhalat in Diaphragma, fauces, Cor & Cerebrum, qui ſpiritum arctat, pulſum intercipit, mentique mærorem ac tenebras inſinuat. Quamobrem vt deorſum vergat malignus iſte vapor, arctis vinculis ligandi pedes, fricanda crura, cucurbitulæ femoribus, ſeu coxis internis aptandæ, naribus admouenda quæ grauiter olent, vt aſſa fætida, Ruta, Galbanum, Caſtoreum, Sagapenum, auium, præcipuéque Perdicum vſtæ pennæ, pili, corium calceorum pariter vſtum atque crematum. In vteri verò collum immitti debent quæ grati ſint & ſuauis odoris. In id itaque digitum admouebit obſtetrix illitum oleo moſchellino, vel laurino, liliaceove, in quo moſchus aut ciueta diſſoluatur. Suffitus etiam fiet compoſitis trochiſcis è ſtyrace liquida, nuce moſchata, macere, cinnamomo, Caryophillis, Ambra, zibeto, gallia moſchata, cuius odore fragranti in pudoris ſinum per infundibulum excepto deorſum reuocetur vterus, qui gratis ac ſuaueolentibus odoribus aſſolet delectari. Proluatur aluus acriore balano, clyſtere, potoque cathartico: baſilica dextra primò ſcindatur, ſi menſium ſuppreſſio, phlethoraque cauſa morbi eſt, indè ſaphæna. Furor vterinus potiſſimum à retento ſemine naſcitur: quod quia ſolitarium non eſt, ſed generationem habet à ſeruido multo-

Cauſæ principes ſtrangulatus vteri.
Curatio ſuffocationis hyſterica.
Fætida.
Odorata.
Vterus ſuauiter olentibus delectatur.
Furoris vterini præcipua cauſa, cuius ſequitur curatio.

Semen minuentia.

que sanguine, quo viduæ iuuenes, & florentes ætate, quæ solent hoc affectu corripi turgent, phlebotomiæ non videtur esse parcendum, vt ea refrigeretur corporis habitus, minuatur sublata causa semen. Quod etiam minuet, obtundetque veneris ignes cibi paucitas, aquæ potus, lactucæ, portulacæque frequens esus, culcitra durior, vestitus simplex, pia lectio meditatioque, consortium eorum hominum, quorum vita est innocens & inculpabilis. Quibus si non omninò tollitur ardor efferus, sit Cassia frequens & syrupus nenupharis; secetur vena saphæna, nec omittatur balneum æstiuis ardoribus.

MENSIVM IMMODICE FLVENTIVM Curatio.

CAPVT V.

MENSTRVA *quæ nimio sunt pernicioſa fluore*
Secta manu larga cohibet Iecoraria vena,
Amplaq́; sub geminis admota cucurbita mãmis
Cum multa flamma: strictisq́; coercita vinclis
Et calefacta manus, repetitaque frictio sæpe.
Vel succi, vel aquæ gelidi plantaginis hauſtus
Cum granatorum, myrthillorumque syrupo.
Puluere vel carabes, spodij, lemnive trochisci
Armeijve luti: vel puluere Corallinæ,
Coralij rubei, vel Iaspidis, atque Draconis
Sanguinis, & lapidis cui fit de sanguine nomen.
A quibus atque rosæ conserua, Nenupharisque
Symphitique, liquore etiam cum sacchare myrthi
Syntheſis exurgat, de qua mensura petatur
Castaneæ, ante cibos aliquot sumenda diebus.
Lanceolæ salicisque liquor bombace receptus,
Aut molli lana pessi genitalia forma
Imbibat, oxyrhodo vicinia tota linatur.
Congelat antidotus quæ dicitur esse Philonis
Et Requies, spissatque ferum pacatque fluorem,

Astringẽtia.

Puluis trochiſchorum è carabe, & è terra lemnia.

Lapis hæmatites.

Philonium, & Requies

Cæteraſi nequeunt compeſcere. Fœmina menſes
Quæ patitur nimios iaceat tranquilla, cibetur
Exiguis epulis, ſucci laudabilis, aſſis:
Purpurei quibus adde Ribis, malique liquorem
Punicei, cum ſpinoſæ fructu oxyacanthæ.
Floridus exiliens venam cruor eſſe ſecandam
Indicat; humorem furuus color & niger atrum
Fel viridis croceuſve, & phlegma ſubalbidus ano
Quemque ſuo debere notat medicamine tolli.
Sed ſi languor ineſt, imprimis ſiſte fluorem,
Tum vacues, quum ſit noua vis, aut priſtina manſit.

Victus genus.

Venæ ſectio. Quibus purgandum.

Virium imbecillitas ab immodica vacuatione, ſupprimendum fluxum indicat.

COMMENTARIVS.

Menſium fluorem immodicum reuellentia. Siſtentia. Syrupus.

Opiata.

Aſtringens ad vterum iniectio.

Quando purgandum. Quando repellendum & aſtringendum. Lochia ſeu purgamenta partus eandem cum menſibus curationem habent.

MENSIVM immodicus fluor ſecta baſilica dextra dolorificis ligaturis & frictionibus brachiorum, affixaque ſub mammis cucurbitula magna reuellendus. Aſtringentibus verò ſiſtendus, ſumptis ſyrupis myrthillorum, granatorum, cydoniorum, oxyſaccharo, iulepo roſaceo, cum oxycrato, vel aqua roſarum, ſolani, plantaginis, vel hoc ſyrupo. ℞. ſuccorum depuratorum plantaginis, ribes & granatorum an. ℥iij. ſacchari communis, ſed roſati potius ℔ß. fiat ſyrupus parùm coctus. Vel hac opiata. ℞. conſeru. roſar. ſymphit. nenuph. an. ℥iß. boli armenæ, terræ lemniæ coralli rubr. an. ʒij. Cum ſyrup granator. aut iulepo roſaceo fiat Opiata mollis. Admotis etiã ſiſtitur fluor, vt emplaſtro contra rupturam & vnguento comitiſſ. pubi & lumbis inducto: peſſario è folijs ſalicis aut plantaginis leuiter contuſis, inuolutiſque linteo, cum puluere ſanguinis draconis, terræ ſigillatæ, vel his ſimilium. Miſſis etiam in vterum iniectionibus è ſequentibus, ℞. fol. tapſi barbati, plantag. abſynth. roſar. rubr. nucum cupreſſi, calycum glandium quercus an. ℥ß. cytini. balauſt. an. ʒij. Bulliant in aqua cum auſtero vino pauco. In colatura ℔j. diſſolue trochiſcor. è carabe, & puluer. maſtich. an. ʒj. de qua cape ℥iij aut ℥iiij. quibus fiat clyſter metrenchites. Repurgandum corpus erit ſi cacochymum: cholagogis quidem, ſi bilis exuperat: phlegmagis ſi pituita: ſi niger humor, melenagogis, quorũ ſigna peculiaria lib. 1. tradita ſunt. Sed priùs in reuellentibus, aſtringentibus, repellentibus, quæque fluentem ſanguinem cogunt inſiſtendum, ſi cõtinuum effluuium vires atterit atque proſternit, quibus erit iuſculis ſucculentis & carnium expreſſis opitulandum. Purgamenta partus quæ lochia dicuntur vel retenta, vel immodicè fluentia parem cum menſibus curationem requirunt. Nec tamen temerè ſiſtenda, quum toto genere præter naturam ſint.

FLVXVS MVLIEBRIS CVRATIO.

CAPVT VI.

Fluor muliebru quid.

QVVM ſanies varij nullo ordine fœda coloris
Effluit ex vtero, fluor hic muliebris habendus.
Siſtere quem primò licet aſtringentibus illis
Quæ nuper memorata. Sed & vacuare neceſſe
Vena ſectio. Si rubeus fluor & cubitalis vulnere venæ
Purgatio. Si pallens, flauente Rheo, ſimilique catharſi
Bilis erit demenda. Niger purgabitur humor
Cum lupulo ſennaque, & ea quæ dicitur hamech
Antidoto, diaphœnico pituita, lenique
Tubere, longinquis quod Agaria mittit ab oris.
Sanguinis indè ſerum marathroque, apioque feretur
In Renes, cruorve, ſecreto humore ſeroſo
Spiſſetur, ſpiſſuſque vtero remoretur in vdo.
Contulerint cutis & cæcos aperire meatus
Epotis ſudorificis, vt Sarſaparilla,
Guaiacoque, & aquis morſus, cardique calentis,
Cauſa mali ſi denſa cutis, benè frictio fiet
Aſtringentia quæ ſiſtendi fluoris vim habent. Mollibus è linis, panno aſperiore ſubindè.
Siſtet Equiſeti atque Hypocyſthidis vnda fluorem,
Decoctuſque Rubi fructus cum flore, balauſtum
Et myrthi cortex, Pinique, coagula Cerui,
Hædive, aut imbellis ouis, vitulive, fugacis
Aut leporis, quæ cum forti ſumentur aceto.
Floris Amaranthi vires. Puniceum perhibent Amaranthi ſiſtere florem,
Menſtruaque, & reliquos vteri ventriſque fluores.
Aſſumenta tabellæ. Ex Eboris niuei, coralli puluere rubri,
Stillataque Roſæ dulci cum ſacchare lympha
Fingatur ſæpè antè cibos ſumenda tabella.

Si dolor à fluxu eſt quem ſuſcitat acrior humor,
Lac Aſinæ potum roſeo cum ſacchare confer,
Et ptiſanæ ſuccus, cum lacte & oryza coquenda.
Vlcere ſique leui & ſanie genitalia ſordent,
Eluat aſſidué vnda tepens affuſa: linantur
Quæque dolent melino oleo, myrthique, roſæque.
Ne verò fluor hic redeat, cibus acer, & implens
Flatibus, & calidus, labor omnis, balnea ventrem
Quæque mouent, vacuantque ſerum de Renibus abſint.
Sit cibus & potus qualem dictauimus antè.

Fluxus muliebris ab humore acri curatio.

Quæ in muliebri fluore vitanda.

COMMENTARIVS.

FLVOR in mulieribus triplex. Vnus menſtruus, qui fit ſingulis menſibus, & ſanis vtiliter excernitur rubens, victimæ nuper iugulatæ ſimilis. Alter fit à partu, quem Lochia dicunt. Tertius eſt fluor muliebris appellatus, de quo nunc agimus, quem καταμήνια ἄγονα, ſeu menſes decolores cum Hippocrate nominare poſſumus, quibus idem author purgationem aſſerit eſſe neceſſariam. Videndum autem quis color per vterum effluat, an albicans, an pallens, an ſubuiridis, an croceus & flaueſcens, an etiam nigricans, vt ex vario colore fluentis humoris temperamentum & naturam agnoſcas, eique mouendo medicamentum aptes. Reuellendum verò primum eſt, maximè ſi fluxus erit immodicus. Ideò clyſter in anum indatur, ab eoque reiecto baſilica vena ſecetur, magna cucurbitula ſub mammis affigatur, deinde que ventri medio. Tùm, ſi labentis humoris color eſt flauus, aut pallidus, aut praſinus, ℞. fol. gingidij, ſeu cærefolij, plantag. agrimon. cichor. totius an. Mi. ſeminum quatuor frigid. maior. & papau. albi an. vnc. j. flor. nenuph. & viol. an. Pi. fiat decoct. In colat. infunde Rhei elect. ʒij. ſantal. citrin. & cinnam. an. ʒj. In expreſſione diſſolue elect. lenit. vnc. i. ſyrup. de cichor. compoſit. cum Rheo vnc. ſem. Detur doſis. Sequentes tabellæ robur addent vtero, ſpiſſabunt, ſiccabunt, huius acrimoniam retundent ℞. raſur. Ebor. & cornucerv. an. ʒi. coralli rubr. margarit. electar. terræ ſigillatæ veræ an. ʒß Cum ſacchar. roſato fiant tabellæ ponder. ʒj. quarum vna manè detur, altera veſperi. Si fluor albus eſt, ℞. Agaric. infuſi in aqua plantag. & endiu. ʒiij. Rhei elect. ʒii. cinnam. & ſantal. citrin. an. ʒj. In expreſſione diſſolue cathol. duplic. vnc. i. iulep. roſac. vnc. ſem. fiat doſis. Vbi nigricat fluor ℞. fol. ſcolopendr. ceterach. betonic. ſummit. lupulor. an. Mi. ſemin. fænic. dulc. coriandr. præparat. cuſcut. liquirit. raſ. an. ʒj. fol. ſen. ʒvj. fiat decoctio in aqua & ſero lact. In colat. pro doſi diſſolue elect. lenit. & ſyrup. de cichor. compoſit. cum Rheo an. vnc. ſem. confect. ha-

Fluor in mulieribus ab vtero triplex.

Hippocrat. Aph. 36. lib. 5. Apho.

Ordo tenendus in muliebri fluore ſiſtendo.

Muliebris fluxus flauus, pallidus, viridisque curatio.

Tabellæ ſiſtentes & robur addentes.

Alius fluxus curatio.

Nigrecantis fluxus curatio.

Conserua vel syrupus è rosis transmarinis.

mech. ℈iiij. Conserua, vel syrupus è rosis transmarinis fluorem hunc muliebrem imprimis siccare memorant: solentque mulieres rubrarum puluerem cum astringente vino dare: quùm ruber aut pallidus, albarum quùm albus fluor est. Conferet autem sequens opiata. ℞. conserv. rosar. violar. nenuph. an. vnc. 1. trochisc. è carabe, rosar. ebor. cornuceru. boli armen. sigilli lemnij an. ℥j Cum iulepo rosac. vel syrupo myrthill. fiat opiata, de qua sumatur quandò visum erit nucis auellanæ quantitas. Cæt era petantur è versibus.

Opiata fluxum supprimens.

IMBECILLITATIS VTERI Curatio.

CAPVT VII.

Cibus ad uteri robur à causa frigida.

DEBILIS est vterus nimio si phlegmate, crudum
Quod vel olus, vel aqua, aut fructus peperêre fugaces;
Roboret hunc cibus hic qui siccus, vt assa columba,
Gallina, & Perdix, & turtur, & ortygometra,
Gallus & hic quem Phasis habet, teneræque palumbes.

Potus.

Cinnameo ligno cum sacchare mixta bibatur
Lympha, merumque vetus: vel quæ spirare falernum

Hydromel vinosum.

Vnda solet mellita, suoque beare calore.

Tabellæ diarrhodon, diamargariton, & e gemmis.

Quæque rosis, & aromaticis constare tabella
Proditur è gemmis, diamargaritoque, voretur
Antè cibos omnes, sed & horum in fine voretur.

Materia pessariorum ad uteri robur.

Eque cyrænaico pessaria odora liquore
Fingantur, rubeisque rosis, graniisque Zibeti,
Ambaris & moschi. Styrax calamita, rosæque,
Spicaque, schænanthum, calamus redolentis odoris,

Pulus ad uterum roborans.

Ambraque populea quæ manat ab arbore, iuncta
Tritaque sint: fiat puluis, qui missus in ignem,

Ambra ustrina.

Ingressusque, sinum possit suffire pudoris.

Varie imbecillitatis

Si creber partus, creberque sequutus abortus
Debilitat,

Debilitat, frigusque fuit pituitave causa,
Par cura est. Sed & à motu se temperet omni,
Et mœrore vacet mulier. Nocet omnis in orbem
Saltus, equi velox, tremulique agitatio currus,
Seu frigus, seu causa calor. Sed nenupharina
Conserua cum coralio cohibeto calorem.

vteri causa. & curatio.

Imbecillitatis vteri à causa calida curatio.

COMMENTARIVS.

INORDINATI menses, frequens abortus, veneris odium, dolor & grauitas in pectine, lumbis, cruribus, & alia signa relata lib. 4. cap. 10. debilem vterum significant. Quod quia fit vt plurimum à crudis & prauis humoribus in eum decumbentibus, vacuandum initio corpus est. Sique plenitudinis signa comparent, aperta basilica reuellendum, deindéque purgandus hic humor, à quo cacochymia nascitur; phegmagogis quidem si pituita, cholagogis si bilis exuperat. Firmabitur vterus aromatico rosato, diarrhodon abbatis, electuario de gemmis, & diasatyrio sumptis, vel hac opiata. ℞. conserv. rosar. ℥ij. conserv. meliss. diasatyr. cortic. citr. condîti an. ℥ß. specier. elect. diarrhod. abbat. & è gemm. an. ʒj. rasur. ebor. cornuceru. corall. rubr. an. ʒß. lapidis bezoard. gran. sex. ambræ, mosch. an. gran. tria. Cum iulepo rosac. fiat opiata inuoluta folijs auri: de qua quotidiè vesperi longiùs à cœna sumatur nucis auellanæ quantitas. ℞. ol. moschat ℥ß. ol. mastich. ℥j. succini puluer. ʒj. zibeti, mosch. an. gran. tria. Vel, ℞. aqu. rosar. ℥ij. ambræ grisæ, moschi, zibet. an. gran. duo. Cum bombace moschato in ijs madefacto fiat pessarium liquidum. Vel, ℞. benzoini, styracis liquidæ an. ʒiij. pulueris rosar. rubrar. coral. li rubr. succini an. ʒj. ambræ, zibeti, seu ciuetæ an. gran. quatuor. Misce. Fiat puluis, qui linteo molli clausus accommodetur in pessum, in vteri sinum immittendum. Suffitus fiet in hunc modum ℞. styracis ℥j. succini ʒiij. spicæ nard. calami aromatic. schænanti, rosar. rubrar. an. ʒij. semin. melanth. seu nigell. ʒj. fiat puluis pro suffitu, cuius vapor per infundibulum seu canalem in vteri sinum efferatur. Ratio victus erit nostris descripta versibus.

Imbecillitatis vteri signa.

Conserua roborans vterū.

Pessaria liquida.

Pessarium siccum.

Suffitus.

PHLEGMONES ET ERYSIPELATIS vteri Curatio.

CAPVT VIII.

Clyster. AD Lumbos pubemq; dolor, grauitasque tumorẽ
Si calidum in matrice notat, fæx exeat aluo,
Clysmate composito è gelidis ac mollibus herbis,
Melle, oleo violato, butyroque recenti.

Venæ sectio. Venaque malleoli vel poplitis icta profundat,
Viribus expensis iterumque, iterumque cruorem.

Frictiones & ligaturæ. Vincire extremas partes, & crura fricare
Cura sit, ex vtero cruor auertatur vt illis.
Nenupharis violæque liquor cum sacchare iunctus
Vtilis in potum, at latices miscere memento.
Cassia sitque frequens, calabrinaque Manna, Rheumque

Cathartica. Cum senna lactisque sero, nigris tamarindis,
Lactuca, portulaca, his vt bile catharsi
Secluſa, ex vtero pariter calor exeat omnis.

Fotus. Qui si non cesset penitùs, lumbi, inguina, pubes,
Matricis collum: Sedi sint fota liquore,

Linim. Lactucæque, roſæque: oleo lita nenupharino,
Melino, roſeoque. Calor nisi cedit ab istis

Balneum. In tepida corpus muliebre locabitur vnda.

Diæta. Sit cibus humidior, gelidis & frigidus herbis.
Potus aquæ magis vtilis est, cui cinnama iungi
Non nocet & sacchar. Si quæ est tamen vsa falerno
Fœmina per multos, nec aquam benè concoquit annos,
Fac vt lymphatum bibat hæc, tenuemque lyæum.

Erysipelatis vteri curatio. Quem tamen abscindes, est si sacer ignis in imo
Depascens, potumque dabis de simplice lympha.

Et loca mulcebis gelido muliebria fotu.
Sedabis querulam placidis sermonibus ægram,
Nymphæque feres, grauidoque papauere somnos.

COMMENTARIVS.

INFLAMMATIONIS vterinotas causasque lib. 4. cap. 11. dedimus. Curationem autem hic perspicuam habes: quam ordiri debes ænæmate, venæque è cubito sectione: tùm à Manna, vel Cassia, sola vel cum Rheo, vel diapruno solutiuo, si sit aluus ignauior. Hinc aperienda saphæna, præmissis frictionibus crurum: balneum aquæ tepentis ingrediendum; collum vteri, pecten lumbi fouenda sunt decoctis, aut aquis solani, semperuiui, lactucæ, rosarum, myrthillorum, plantaginis: oleoque rosarum & nenupharis illinenda. Similis in Erysipelate tenendus ordo est, & eadem vsurpanda remedia, sed in hoc refrigerandi & humectandi cura debet esse potior. Sunt autem vteri ex Hippocrate tùm phlegmone, tùm erysipelas in prægnante lethales affectus. Sed & in ijs quæ grauidæ non sunt etiam periculosi. Phlegmone namque non rarò degenerat in Abscessum, Erysipelas in Cancrum, quorum ideo properanda, non procrastinanda curatio.

Ordo tenendus ad curationem vteri phlegmones & Erysipelatis.

Hippocrat. aph. 30. & 43. lib 5.

ABSCESSVS VTERI CVRATIO.

CAPVT IX.

EX vteri calido sanies si fœda tumore
Manat, & Abscessum, putrefactumque indicat vlcus,
Tergendum lactisque sero, mulsaque tepenti.
E quibus & succo psilli, plantaginis, atque
Lactucæ, portulacæ, succoque rosarum
Cum metrenchyta liquor injiciatur in imos
Matricis cæcosque sinus, reliquumque pudendum.
Vtque resiccetur magis ac solidetur id omne
Quicquid hiat, virusque mouet, iungatur alumen,
Vngiten vt & plumbi, diapompholygosque, cerussæ,

Vlcus in vtero detergentia, siccantia, glutinantia.

Metrenchites seu metrenchita cauum est instrumentum, catheteri seu vrinariæ fistulæ simile, accommodatum infundendo in vterum liquori.

Cathartica. *Quodque rosis è purpureis conflatur, & album.*
Cassia iuncta Rheo, peregrinaque Senna bibatur.
Sæpiùs & clyster, balanusque feratur in aluum:
Putris vt ex vteri vicinis partibus humor
Exeat, hoc cessent etiam sanioſa fugato.
Hordeatum. *Siccior esse cibus debet. Liquor adiuuat hordi*
Hydromel & hydrosaccharum. *Sacchare cum roseo sumptus: iuuat hydromelique,*
Lymphaque cinnameo cum ligno & sacchare iuncta.

COMMENTARIVS.

Vteri vlcus cur immedicabile. Signa boni, malique puris.

1 ABSCESSVS Vteri, qui Phlegmonem sequi solet, periculi plenus est. Nam quod ab eo sequitur vlcus, vt plurimùm immedicabile: quia sedes eius spermatica pars est, assiduomadore diffluens. Vlcus autem dolor pungens, & excreta sanies indicat. Quod benignum, bonique moris est, si læue pus, album miniméque fætidum effundit: si viride, croceum, fætens, malum: si nigricans, aut fæcis vini simile, pessimum, nempè cancrosum ac lethale. Speculo verò matricis, quod διοπτραν appellant, aut immisso longo pessario balani forma videndum vbinam vlcus. Faciliùs namque curatur quod meatui vicinius est, vbi videri tangique potest. Quod verò profundius est, deterius, quia nec aere libero frui, nec medicamentis illatis exsiccari glutinarique potest: faciléque putrescit, illuuie non perspirante. Repurgato corpore per ea quæ versibus expressa sunt, in vterum injicienda per Metrenchyten ea primò, quæ blandam detergendi vim habent, vt serum lactis, hydrosaccharum, hydromel: deindè quæ detergeant, pariterque glutinent, vt aqua rosarum & hordei, cum aqua plantaginis, & saccharo rosato. Vel, ℞. fol. agrim. marrub. consolidæ maioris & minor. an. M1. rosar. rubr. Pij. Bulliant in aqua, vel sero lact. vel hydromelite. Cum vnc. 4. colaturæ dissolue syrup. rosar. siccar. vel absynth. vnc. 1. fiat clyster Metrenchytes. Quùm erit glutinãdum, ℞. decoct. aluminis ʒiiij. vnguenti diacalchyt. è plumbo, & vnguent. alb. Rhas. an. ʒj Vel, ℞. aqu. stillat. plantag. & rosar. an. vnc. 2. vnguent. Diapompholyg. ʒij. fiat clyster in vterum injiciendus. In vteri collo, vel in pudendo si fuerit vlcus quod possit attingi. ℞. pessarium commune, longum ad digitos quinque, quod immersum in vnguentum diacalchyteos liquatum inferatur in pudẽdum. Cõferent ad id potæ Niuernenses & Spadenses, nobis familiares aquæ: decoctum etiam Chynæ, vel sarzaparillæ, cuius tenuitate liquetur humor, serumque superuacaneum in cutem efferatur, siccatoque corpore vlcus etiam vteri solidetur, cuius est in exsiccatione posita curatio. Conducit autem imprimis sarzaparilla Chynaque quùm est vlcus à lue venerea contractum, vt & suffitus è cinnabari. Communis

Vteri vlcus quibus organis detegatur.

Detergendi, glutinandique vim habentia.

Aquæ Niuernenses & Spadenses.

autem hic erit vlceri cuiuis. ℞. Mastiches, olibani, succini, vernicis an. Trochisci pro suffitu ad vteri vlcus glutinandum.
℥ij. puluer. rasuræ buxi, & nucis cupressi an. ℥j. fiant trochisci pro suffitu, cuius vapor per canalem in vterum exhalet.

VTERI SCIRRHI CVRATIO.

CAPVT X.

SCIRRHVS *vbi in Matrice sedet, generatio crassi*
Cessetvt humoris, liquidus cibus esto. Velassa, Ratio victus in Scirrho tenenda.
Si tempus, regioque iubent nimis vda, facultas
Aut ventris resoluta, boni sint omnia succi,
Carnibus è teneris pulli, vitulique, capique,
Capreoli, turdi pinguis, leporisque fugacis.
Coctaque cum lympha liquiritia & vua bibatur.
Multa vel vnda mero pauco sociata. Per aluum
Crassus & ater eat quisquis dominabitur humor,
Sæpiùs epota molli cum iure, vel vuis,
Et prunis, lupulo, lactuca & Rumice Senna.
Molliat æsypus Scirrhi loca, succida lana, Malacticæ, Scirrhum, reliquosque duros tumores emollientia.
Butyrumque, oleum quod amygdala fundit, anethum,
Lilia, pinguis adeps gallinæ, Anatisque, Suisque,
Anseris & vulpis, Vituli Ceruique medulla,
Maluaque cum ficu, bismalua, vrsinaque brancha, Resina terebinthina, Laricea, abietina.
Pix liquida, & Styrax redolens, resinæ, & Terebinthus
Quamque Laryx, Abiesque ferunt, thymiamaque natum
In Lybia, Ammonis quod nobilitatur ab æde: Gummi ammoniacum.
Bdellion, Oppopanax, cæra cum virgine gummi,
Galbaneusque suo succus malè gratus odore.

COMMENTARIVS.

1 SCIRRHVS, durus tumor est & indolens, vbi confirmatus: lenis doloris obtusique particeps quùm incipit: cuius est ardua difficiliſque curatio, præsertim in vtero, membranosa & exangui parte flu- Quid Scirrhus. Cur uteri Scirrhus curatu difficilis.

Quibus notis Scirrhus in vtero cognoscitur.

xionibus obnoxia, & quam integra medicamenta non subeunt. In vtero verò Scirrhus esse censetur, quùm tumor in eo circumscriptus est digitis resistens: sentitque mulier quum sedet in lumbis, quum stat in pudendis & vteri fundo grauitatem, & dolorem, si quis est, hebetem & obtusum. Curatio fit mollientibus sumptis, iniectis, admotis. Ideoque crebris iusculis vtendum ex althæa, malua, lactuca, portulaca, cum butyro, vitulina carne, pullis elixis, hordeatis, amygdalatis, gelatina, sumptis interdùm assis, ne mollientium vsu nimio ventriculi facultas resoluatur. Enæmata crebra erunt, & fient è malua, brancha vrsina, semine lini cum vterinis aliquot, vt arthemisia, matricaria, nepeta, vel ex omaso solo cum aquæ congrua quantitate cocto. Topica sint oleum amygdalarum dulcium, liliaceum, adeps Anatis, Suis, gallinæ, cum vnguento de althæa. Vel, ℞, styracis liquidæ, pinguedinis Suis & Anseris an. ℥ij. emplastri de mucillag. ℥j. Cum cæra pauca fiat vnguentum pro litu scirrhosæ partis. In vterum eant adipes liquidi: sed potiùs herbarum emollientium decoctum per metrenchitem, præmissis vniuersalibus remedijs, inijciendum.

Vteri Scirrho consentis.

Topica ad vterum mollendum.

CANCRI VTERI CVRATIO.

CAPVT XI.

Cancri vteri nequit esse absoluta curatio.

ARTE *Machaonia cæci curatio Cancri*
Non datur: hinc vtero Cancer malè conditur imo.
Sed tamen hunc mulcere licet, varioque medendi
Ne serpat versare modo. Primumque catharsi
Causa mali fæx nigra sequax voluatur in aluum
Cum senna, lactisque sero, cui Cassia iungi
Mannaque blanda potest, & mixta filicula prunis.
Spissior in venis & si muliebria sanguis
Detinet, hunc primum Fecoraria vena profundat,
Poplitis hinc, aut Malleoli. Sin ater in anum
It cruor, hocque tumens hæmorrhois atra dolorem
Inuehit, hanc aperi ferro, vel hyrundine fauua.
Neue Iecur piceum generet crassumque cruorem,
Mittat & in Splenem, reliquasque in corpore venas,

Purgatio Cancri prohibens incrementum.

Venæsectio varia.

Sint alimenta boni ſucci, neque multa, Capus quæ
Adferet, indaque auis, vituli caro mollis, & hædi,
Coctaque cum malua quæ butyracea iura,
Concretumque gelu, preſſique è carne liquores,
Præſertim cochleæque, & amantis flumina Cancri.
Lympha ſitim vel ſola leuet, paucoue falerno
Iuncta, labat ſi vis. Ptiſanam præferre ſaluti eſt,
Hordea quam condant, liquiritia & vua racemis
Paſſa tumens. Liquor è pomis redolentibus, atque
Poma iuuant, ab eiſque Sapore à Rege ſyrupus.
Bugloſſi conſerua frequens, quæque ex hyacintho eſt
Syntheſis, è gemmis diamargaritoque tabellæ.
E Ranis oleo Cancri pars tacta leuatur,
Vnguine pompholygos, plumbique, liquore roſarum,
Solanique, & hyoſciami, ſucco huius & herbæ
Quæ ſemperuiuum, Iouis & qua barba vocatur.
Lac quibus adde tepens ſi ſordet ab vlcere Cancer.
Sæpe ſerum lactis, ptiſanæ cremorque bibatur.

Cibus & Potus ad Cancrum, ne ſerpat, vtilis.

Syrupus Saporis Regis.

Topica pro Cancro.

COMMENTARIVS.

CANCER, affectus præter naturam in carne, veniſque nigricantibus conſiſtens, à ſanguine quidem melancholico generationis ſuæ ſumit exordium, ſed qui tempore vertitur in atram bilem. Ideoque primis diebus curari poteſt, non poſtremis. Curatur verò ſectione venæ primum è cubito, dein è malleolo, ſi menſtrua præter naturam ſuppreſſa ſint. Tum cathartícis blandioribus vtendum, vt electuario lenitiuo, manna, caſſia, decocto fol. ſennæ cum ſero lactis, prunis, tamarindis. cichorio, ſcolopendrio, fumaria, lupulis. Hinc validioribus, vt confectione hamech cum diapruno ſolutiuo, quibus depuretur expurgeturq; nigricans ac fæculentus humor. Cuius erit inhibenda generatio iuſculis humectantibus è lactuca, portulaca, malua, bugloſſo, borragine cum butyro, vel carnibus iuniorum animalium, vt hæduli, vituli, pulli gallinacei, capi, perdicis: frequentibus hordeatis, amygdalatis, lacte, cuius vſu putat Galenus Elephantiſin, quæ cauſa cum Cancro conuenit, apud Scythas vix vnquam apparere. Quare Canceri fluuiatiles & Cochleæ, quibus eſt ad profligandum hunc affectum inſita proprietas, bene cum lacte coquentur. Si Cancer eſt confirmatus nempè depaſcens

Quid Cancer, cuiſque cauſæ.

Vena ſectio.

Purgantia.

Victus genus in vtero Cancro.

Galen. lib. 2. ad Glauc.

Scythæ quia lacte nutriuntur rarò fiunt Elephantici.

& phagedænicus, vlceratus manifestè, vel occultus, vel in vtero, quem arguat calor ac dolor quasi ferientis acus, deplorata res est: ideóque non irritanda pars, sed topicis lenientibus vtendum. Quùmque Cancer est in vtero, post vacuationem vniuersalem, ℞. succi vel aquæ semperuiui, solani, plantag. an. ℥ij. Leuiter cum lacte coquantur, & tepidè per metrenchytem insinuantur in vterum. Cum ijsdem succis, vel aquis, vel lacte tepido misceri possis oleum è vitellis ouorum, quod præstantissimum anodynum est, aut oleum è Ranis, aut parum vnguenti diapompholygos, diacalchyleos, vel vnguenti de plumbo: quæ commodiùs in Cancris externis admouentur.

Iniectiones in vterum.

Oleum è vitellis ouorum præstantissimum anodynum.

MOLÆ CVRATIO.

CAPVT XII.

Quid Mola. NFORMIS *Mola dicta caro quam vulua recondit*
Si sinitur, solita est aliquot durare per annos,
Tamq; diu interdũ, non vt nisi morte relinquat.

Mola causa. *Quam quia morbosi menses peperere retenti,*
Morbosumque viri semen, neget ægra viriles
Fæmina concubitus, ne se nouus aggerat humor.

Curatio. *Vtque fluant menses, simul & Mola tota liquetur,*
Aut ruat in præceps, Iecoraria vena secetur,
Seu cubiti primo, dein Poplitis atque Saphænæ.
Purgetur niueo quem mittit Agaria fungo
Cum senna corpus, nepeta, veneriſque capillis,

Balneorum materia. *Hyssopoque & betonica, marathroque, thymoque,*
Et geminis hyeris. Camomillaque balnea condat,
Maluaque cum lauri foliis, & semine lini.
Saluia cum Polio foueat decocta, meroque

Fotus. *Vicinas vteri partes, velut inguina, pubem.*

Pessaria. *Ex oleo pessi fiant quod & Iris, Anethum*
Lilia dent cum butyro, Ceruique medulla,
Vel maioranæ succo, veterique falerno.

Cataplasma. *Muniat infernum ventrem cataplasma, quod extet*

Eis malua

Bismaluæ radice, & ea quam lilia promunt
Candida, cum lympha mulsa, quibus igne recoctis
Contusis cretisque Suis sit & Anseris vnguen.
Dictamnum dilecta Ioui quod Creta recondit,
Castoreumque Molam, mensesque mouere quietos
Cum vino redolente potest, haustoque liquore
Parthenij, aut similis quæ menstrua prouocet herbæ.
Si nec ab his, Myrrhæ neque sumptis vlla trochiscis
Spes venit, è speculo cernas matricis, vbinam
Insideat Mola: Num matricis in ore quiescat,
Aut lateri, an supera remoretur parte, notetur
Vt locus, & videat Chirurgus an arte reuellet.

Potio Molæ, mensesque prouocans.

COMMENTARIVS.

MOLA informis est in vtero caro, per suas venas instar fœtus alitur solita: quæ quod lapidis molaris modo grauitatem inferat, donatur hoc nomine. Quia verò præter naturam est, & augetur in dies, primis mensibus, si fieri potest, præcipitanda. Quod vt tutò fiat, obseruanda distinctio fœtus & Molæ, quam lib. 4. cap. 15. notauimus, vbi pariter Molæ signa causasque dedimus. Ergò si quarto mense mulier quæ se prægnantem arbitratur, lac non habet in mammis turgentibus, nullum in vtero motum percipit, gracilescit, sitque decolor, putatque se, qua parte sedet aut mouetur sentire pondus, probabiliter Molam gerit. Quod tamen non omninò certum, quùm ad Molam & conceptum eadem signa multa concurrant, & imbecillus fœtus Molam interdum mentiatur. Itaque blandè vacuandum ad nouimestre spatium, quo exacto, Molæ signis apparentibus valdè purgandum est, & sanguis è cubito Saphænaque ducendus. Purgatio fiet ex Senna & Agarico, Diacarthamo, Diaphænico, benedicta laxatina, trochiscis alhandal, cum ijs quæ menstrua prouocare diximus, ex huius libri cap. 2. repetenda. Sic. ℞. cathol. duplicat. ʒvj. elect diacartham. ʒij. trochisc. Alhandal ℈j. syrup. solut. osar. ℥j. Cum aqua meliss. fiat dosis. Vel, ℞. elect. diacartham. & bened. laxat. an. ʒij. syrup. laxat. rosar. cum Agaric. ℥ß. Cum aqua arthemis. fiat dosis. Vel, ℞. fol. arthemis. meliss. capill. vener. & petrosel. an. Mj. fol. senn. mundat ʒvj. fiat decoct. In colat. infunde Agaric. trochiscat. ℈iij. aut ʒij. zingib. gran. quatuor. In expressione dissolue syrup. de quinque radic. ℥j. Fiat dosis Vena secta purgatoque corpore ℞. castor. drac. 2. Diluantur in ℥iij. odoriferi vini pro potu. Vel, ℞. aqu. stillat. meliss. & arthemis. an. ℥jß. syrup. capill. ven. ℥j. trochisc. è Myrrha ʒij. misce fiat potio. ℞. mass. pilul. è saga-

Quid Mola, & vnde illi nomen.

Quibus notis examinandum an mulier Molam gerat in vtero.

Cathartica deturbanda Molæ apta.

peno ʒj. ex qua fingantur pilul. tres, quæ inuolutæ folijs auri deglutiantur. Ingrediatur ægra balneum aquæ tepentis, in qua maduerit origanum, calamentum, polium, serpillum, sabina, maiorana, Nepeta, chamæmælum, althæa, malua, lauri folia, lini semen, hisque similia, quæ ciendi menses, molliendique vim possident: ex quibus etiam fotus, pessaria, cataplasmata fingentur. Quibus si Molam non excludit vterus, speculo matricis adhibito videat Chirurgus, an eam tutò possit extrahere. Difficilis enim est eius extractio, quùm alligetur interdùm vtero per innatas membranas & ligamenta, præsertim vbi diu manserit, nempè per vnum, aut plures annos.

Balneum ciendis mensibus vtile.

GONORRHÆÆ MVLIEBRIS VERÆ, seu simplicis curatio.

CAPVT XIII.

QVVM *sine pruritu genitalia semine sordent*
Sæpiùs, atque leui sensu, muliebribus è quæ
Seceditgenitura locis, nolitve, velitve
Fœmina, iuncta Rheo vel Cassia nigra voretur.
Vel cum lactuca, cum Rumice, cannabe, ruta,
Cichorio Lenitiuum vel Senna bibatur,
Si corpus scateat prauis humoribus. Indè
Sæpe rosæ detur, granatorumque syrupus,
Nenupharis, Myrthi. Benè mala cydonia claudent,
Incipientque cibos. Oleo cum Nenupharino,
Oxyrhodo, armeniæque luto regio ampla linatur
Lumborum, ventris medij, pubisque pilosæ.
E cyrænaico carabes cum puluere succo,
Mastiches atque rosæ scandat genitalia fumus.
Paucus erit cibus, ac tenuans. Ea sæpe bibatur
Quæ recipit chalybem cum sacchare lympha rosato,
Plura illis inquire locis, quibus est data veræ
Cura Gonorrhææ, satyriaseosque pudendæ:
Qua muliebre genus premitur, genus atque virorum.

Cathartica.

Syrupi refrigerantes & astringentes.

Linus.

Suffumigiũ.

Aqua chalybeata.

COMMENTARIVS.

HVc reuocandum quod de Gonorrhæa vera capite decimo quarto libri superioris expositum est, huicque narrationi iungendũ, ne quid ad absolutam huius affectus curationem desit. Sed curatio Gonorrhææ muliebris alia topica postulat quàm quæ virorum est. Hic itaque post sectam è cubito malleoloque venam, purgationem multiplicem, syrupos refrigerantes & astringentes, vt nenupharinum, rosaceum, granatorum, Myrthillorum, cydoniorum: litum ventris ex oxyrhodino, oleo nenupharino, bolo armena cum aliquot caphutæ granis, & alia nostris versibus exposita: pessarium immittendum est è solano, semperuiuo, plantagine, rosisque contusis exceptisque linteo, vel eorum succis cum puluere rosarum & carabes. Fingendi sunt & trochisci cum styrace, puluere ligni rhodij, ligni aloes & mastiches pro suffitu, quibus desiccetur ac firmetur vterus.

Pessarium. Trochiscorũ materia pro suffitu.

GONORRHÆÆ MVLIEBRIS VIrulentæ Curatio.

CAPVT XIIII.

Gonorrhææ muliebru virulẽtæ signa.

EX vteri ceruice graui fœtore quod exit
Assiduè semen crassum, niueique coloris
Et viridis, flauique cutem quod mordet, & vlcus
Sæpe parit, redolet virus, veneriſque malignæ
Credatur soboles. Ideò ne serpat, & omnes
Inficiat partes vteri, cum lactis aquoso
Senna sero detur, violæ vel iuncta syrupo
Cassia. Seminibus gelidis qui constat, eoque
Lacte quod hordea dant & amygdala dulcis, & albo
Sacchare iulepus, seu mulsio sæpe bibatur.
Malleoli superas infecti sanguinis aura
Ne meet in partes reseretur vena tumentis.
Lac Bouis immixtum lymphæ plantaginis vlcus
Leniat, admotum tepidè. Quod vt injiciatur

Cathartica Gonorrhææ sõuenientia.

Mulsiolentes, refrigerans, nutriens atque detergẽs.

Venæ malleolisectio.

Iniectionis in vterum materia.

Metrenchyta dabit, pleno quæ gutture sese
Inserat in vuluam, sinuosaque cuncta madore
Implendo, latitans ibi quoduis mulceat vlcus.
Decoctum. *Sed non est mulcere satis. Fac sarsaparillæ*
Vel chynæ potu sanatio tuta sequatur.
Si minùs his videas succedere cuncta, linatur
Mercurij effectus à lotu. *Fœmina Mercurij quod dicitur vnguine, donec*
Os hiet à tumidis cum gutture faucibus, atque
Exerta lingua, pituitaque manet ab ore
Plurima, quæ tetro loca proxima fœdet odore.

COMMENTARIVS.

Seminis ex vtero in Gonorrhœa virulenti fluentis examen. SEMEN crassum, interdùm & liquidum, albi coloris, assiduè fluens ex vteri ceruice, copiam indicat, aut imbecillitatem vteri: si viridis aut flaui, cacochymiam quidem, atque humoris bilioſi redundantiam, cuius acrimonia consequi potest vlcus. His additus fœtor assiduus Cacoithiæ feritatisque signum est. Ideo si mulier illicito vsu congressu malignum vlcus, remedia communia respuens gerit in pudendis, vsurpanda quæ lui venereæ congruunt. In plethora post iniectum clysterem humeralis vena primùm, sequentique die, ne virus serpat altiùs Poplitea, vel Saphæna secanda. Purgandum Cassia cum diaphœn. vel diacarthamo, si sanies albens parum doloris adferat. Sin viridis aut flaua pungens dolorem acerbum excitet, Cassia sola, vel immixto diapruno glutienda. Bibetur mulsio, quam hic damus & cap. 15. lib. noni descripsimus. Per Metrenchytam seu syringuam lac tepidum cum aqua solani, plantaginis, hordei, rosarum in vterum inferetur, si profundum vlcus: aut ex ijsdem fotus fiet, si patet in obscœnis partibus. Decoctum è Sarsaparillæ Chynaque bibetur: à quo si non absoluta sanitas, ad hydrargyrosin, vtin lue venerea contumaci veniendum, de qua postremo capite lib. 9. verba fecimus.

Venæ sectio.

Purgatio.

Fotus.

Decoctum hydroticum.

INFLATIONIS, SEV TENSIONIS Vteri curatio.

CAPVT XV.

VVM turget Matrix à flatu tensa sonoro,
Cesset vt hic, tenuans indatur clysma per anum,
Seminibus marathri coctis, daucique, carique,
Commixtis hyeris, oleoque quod innuba laurus, — *Clyster flatus discutiens.*
Indaue dat nardus, vel Anethum, ruta vel Iris.
Insessus cum marrubio fotusque parentur, — *Insessus.*
Pullegio, fragrante thymo, polioque. Linantur
Inguinaque & pubes, lati cum pectine lumbi — *Linit.*
Nardino, laurique oleo, piperumque calente
Puluere, cum cæra pauca, & gummi Terebinthi.
Si flatus causa est, vtero qui crudus inhæret
Humor, & hinc metus est noua ne excrementa ferantur
In partem quæ sentit onus, pituita molesta — *Purgatio pituita flatus excitantis.*
Exeat, epoto medicamine phlegma mouente,
Fungus vt est in Agarenis qui nascitur oris,
Et diaphœnicum, diacarthamus & benedicta:
Deindè litus dicti, simul & fomenta sequantur.
Ficubus è passis rubeat cutis éque synapi, — *Synapismus.*
Magnaque cum multa sit iuncta cucurbita ventri. — *Cucurbitula.*
Balnea conducunt incoctis mollibus herbis. — *Balnei materia.*
Althæa, malua, camomillæ floribus, hisque
Quæ tenuant, mensesque mouent, vt petroselino
Cum maiorana, calamintha, Parthenioque.
Inserat in vuluam digitum quæ fœmina saga est, — *Flatus à grume curatio.*
Molliat vt grumum: digitus sit at vnctus oliuo,
Butyroue vel hoc quod habet Sus pingue vel Anser.
Si manus inclusum nequeat dissoluere grumum,

Mittat aquas syrinx, quæ metrenchyta vocatur
Mollibus ex herbis vteri in sinnosa, liquetur
Vt cruor hic, vtero quisquis grumosus inhæret.
Et si præterea superans in corpore sanguis
Causa mali est, secta minuas in Poplite vena.
Turricolæ celebrantur aues, piperataque mensis,
Vt vetus ac tenuans, fragransque, micansque lyæus,
Aerium generat flatum si crudior humor.
Sin cruor obturans, tenuans expersque caloris
Sit cibus, & lympha lænæum dilue bacchum,

Flatus à sanguine concreto curatio.

Victus genus.

COMMENTARIVS.

Tensionis vteri prouenientis causarum varia curatio.

IN vteri tensione solum hypogastrium sine febre tumet. Cuius causa si solus flatus est, carminante clystere, fotu liniqueque sedatur ex eorum materia quæ primis huius capitis versibus attingimus. Sin flatum pituita, crassiorque materia fouet, phlegmagogis insuper ex hyera, diaphœnico, diacarthamo, vel agarico cum catholico pugnandum. Si grumus sanguinis, dissoluendus fotu chalastico, balneo, frequentibus in vterum iniectionibus ex althææ, maluæ, chamæmæli, polij, pulegij, maioranæque decocto, non omissa primis diebus phlebotomia, si copia sanguinis esse causa videbitur.

HYDROPIS VTERI CVRATIO.

CAPVT XVI.

DESINAT *vt turgens vterum qui detinet hydrops,*
Fac Iecori vt benè sit rubeo, nigroque Lieni:
Quæque retenta prius, repetant muliebria cursum.
Si que vides aliquid dominari in corpore, bilem
Manna Rheumque trahat: Colocynthis, Agaricus album
Humorem: nigrumque filix ac senna, serumque
Quæ rosa pallidula est, diacarthamus, atque trochisci,
Qui colocynthidos, & vulgo dicuntur Alhandal.
Tum clysere moue, balanoque frequentius aluum.
Ex hyeris, & aquas ducentibus, Iride nempè

Varia purgandi ratio pro vario humore peccante.

Sambucoque, Ebuloque, quibus miſcebis Aneſum.
Ellebori nigri geminatæ pondere drachmæ
Cum ſucco mel iunge, oleumque quod illiris Iris
Fundit, & ære cauo quod Metrenchyta vocatur
Inijcias vtero. Trahet is muccoſa potenter
Succus, aquaſque. Mouebit & has lathyridis vnguen
Admotum ventri: cataplaſmaque ſulphure mixto
Cum cochleis. Naturales è ſulphure lymphæ
Vitriolo, nitro, inſeſſu potuque iuuabunt.

Clyſterum ad vteri vitium hydropem materia.
Ad hydropem vteri vitium iniectio.
Vnguentum & cataplaſma ſerum & aquas educens.
Aquæ naturales.

COMMENTARIVS.

Hydropis vterini cauſa.

HYDROPIS vterini cauſæ ſunt, aut communes, vt qui fit vitio Iecoris & Lienis, aut peculiares, vt qui ſequitur ad refrigerationem & imbecillitatem vteri per ipſius morbos: aut ad ſuppreſſionem menſium. Si vitio Lienis & Iecoris ex capite 16. lib. 8. repetenda curatio. Sin imbecillitas vteri vel refrigeratio cauſa ſit huius affectus, tollatur per ea quæ dicta ſunt huius libri cap. 7. vt per miſſionem ſanguinis, & ea quæ menſtrua prouocant, eum ſi peperit ſuppreſſio. Communis verò curatio procuranda per hæc, quæ ſerum & aquas in anum deriuant, vt electuarium diacarthami, trochiſcos, alhandal, ſyrupum laxatiuum roſarum: aut in Renes, qualia diuretica ſunt, & aquæ ſulphureæ, nitroſæque potæ: vel in cutem per ſudores è chyna, ſarzaparilla. Vel quæ vim habent aquas abſumendi, quale cataplaſma eſt è cochleis, admotum tumori. Fotus etiam & ſuffitus è calfacientibus atque ſiccantibus: & iniectiones in vterum ex ijs quæ muccoſa ſeroſaque potenter educunt, qualis eſt hæc, quæ ex 3ij. ſucci Ellebori nigri cum melle, & oleo Irino componitur.

Communis hydropis vterini curatio.

ASCENSVS, DESCENSVS, AC PROcidentiæ, ſeu Prolapſus Vteri curatio.

CAPVT XVII.

Aſcenſus vteri curatio.

RRVAT *in ſuperas ne Matrix effera ſedes,*
Famina galbaneos de nare inſpiret odores,
Gagaten, rutamque, pilos Vulcanius ignis
Quos cremet, & quicquid tetro fœtore moleſtũ eſt.
Sed maioranæ madeant genitalia ſucco

Cum myrrha, ladano, nabathæo thure, ſuaui
Cineta, Moſcho vel, eam quod vincit odore,
Pterui lætatur ſuauibus odoribus
Et cyrænæis gummi quod ſtillat in oris:
Vt quæ panchæis lætatur odoribus, ima
Mitra petat, velit inque ſua ſe ſede locari.
Curatio deſcenſus uteri.
Sed ne deſcendat nimiùm, retinebitur vſu
Firmantis Peſſi, madidi plantagine, cocta
Cum vino auſtero, rubeoque liquore roſarum:
Pectinus & fotu, quem ſpongia plena procuret
Curatio prolapſus.
Oxycrato. Si forte foras prolabitur, atque
Procidit ingenti caſu, partuque nefando.
Blandiùs hanc ſurſum reuoca, dum tota moretur
In proprio concluſa ſinu. Sed ne indè recedat,
Cruribus extenſis mulier decumbat, vt vnum
Crus ſuperimmineat cruri: peſſuſque paretur
Qui priùs & fotus. Vel adhæc ſit tincta liquenti
Lana mero, ſuccoque hypocyſthidis atque balauſti.
Fragrantes patula de nare trahantur odores:
Fœteat obſcœnis occluſa in partibus aura.
Ilibus & medio benè magna cucurbita ventri
Cum flamma ſtabit. Qua dempta, tota linatur
Quid agendum ne prolapſus uteri gangræna corripiatur.
Hæc oleo myrthi regio, paribuſque relatis
Quæ reprimunt. Sed ne pereat pars lapſa putrente
Gangræna, cito fœx abeat clyſtere per aluum,
Exeat & lotium. Matram citò deindè repone
In proprias ſedes: cubitalem hinc cædito venam.
Ne fluat hic aluus, diro ne tormine preſſa
Prona cadat, pariatque dein delapſa periclum.
Aſpera ſit neque vox, nec ſternutatio, crebra
Nec tuſſis, placidis ſit motio paſſibus, vlla
Motio ſi tuta eſt, non mens tranquilla, quieſque.
Sit paucis cibus ac tenuans, tenuiſque lyæus.

Suberis

Suberis è tenera celebratur cortice peſſus
Ouali forma, quifilo appenſus, inanem
Miſſus it in Vuluam: manet is, trahiturque, cupido
Si qua tenet mictus, iacet aut ſi fœmina tecto.
Quúmque caua manet incluſus Matrice, recluſam
Continet hanc tutò, patitur neque ſede moueri.
Suberis at Peſſum circumtegat vndique cœra.

Peſſarium vterum continens.

COMMENTARIVS.

VTERVS plurimis partibus alligatur, vt oſſi ſacro ſpinæque vertebris ligamentis fortibus, oſſibus etiam pubis; magnis vaſis per duas venas & arterias, has quidem ab Arteria magna, illas à Caua vena propagatas: inteſtino recto veſicæque per tenues fibras. Quare non facilè moueri loco poteſt. Ferri tamen ſurſùm ac deorſum experientia conſtat, laxatis partibus eius membranoſis, extenſiſque vinculis quæ laxa ſunt. Ideóque quùm ſurſùm aſcendit, fœtidis in nares illatis vt ruta, galbano, pilis crematis: odoriferis autem ſinui pudoris admotis, vt oleo Moſchelino cum granis aliquot ambræ griſeæ, moſchi, zibetiue reuocandus. Sin deorſùm illabitur, ſuauiter olentia naribus admouenda, graueolentia pudendis partibus. Vterus enim quaſi ſentiens animal, ad gratos odores accurrit, fœtidos auerſatur. Conijciendum autem an Vterus ab manitione, an à plenitudine moueatur. Plenitudo eſt, quùm ſuppreſſa menſtrua ſunt, faciei rubor, Lipothymia frequens, quo tempore vacuandum. Inanitio, quandò fluentibus naturaliter menſtruis faciei pallor eſt, pulſus paruus ac frequens, maximè virginibus adultis & viduis, quæ quùm virum appetant, expleri volunt: ideóque viro iungendæ, vel his inſtituenda victus ratio, quam huius libri capite quarto dictauimus. Procidit autem vterus ictu, caſu, partuum frequentia, fœtus extractione valida, violenta fecundinæ depulſione, relaxatione vinculorum & muſculorum vterum ſuſtinentium, refrigeratione, collectione muccoſæ ſubſtantiæ. Qui priuſquam ſuæ ſedi reſtituatur, injiciatur clyſter, & excludatur vrina, vt ei liberior & patentior ſit ingreſſus. Vtero blanda obſtetricis aut Chirurgi manu repoſito Peſſus immergatur vino auſtero, in quo coxerint rubus, cytinus, balauſtium, roſæ rubræ, cum alumine in pudendum inſinuandus. Quo ſublato ſuccedat alter ouali forma, factus è ſubere ſuperinducta cœra, qui miſſus in vterum, eum firmiter contineat, nec vltrà relabi ſolido ſuo corpore patiatur, maneatque quandiu fœmina volet. Qui vt extrahi pro voto poſſit, appendi debet filo forti, & coxis alligari. Procidiſſe verò putes vterum, ſiſtante, vel in genua procumbente muliere pendet in pudendo corpus ouo ſimile.

Vteri cum multis partibus connexio.

Aſcenſus ac deſcenſus vteri curatio.

Vterus quaſi ſentiens animal.

Plenitudinis vteri ſigna.

Inanitionis nota.

Prolapſus vteri cauſa.

Curatio.

Vterus procidiſſe quandò cognoſcitur.

CVRA PRÆGNANTIVM.

CAPVT XVIII.

Quid fugere, quid agere debet mulier gestationis tempore.

VÆ modò concepit mulier, neque ferueat ira,
Nec iacet mœrore graui, curaue, metuue,
Non graue gestet onus, nec equo, curruue vehatur,
Non saltet, nec agat quicquàm violentius, infans
Ne ruat in præceps vtero qui pendulus hæret.
Sed leuè tractet opus: calathos è vimine nectat,
Vel lanam trahat, & tenero cum pollice fusum
Torqueat: instet acu, texens aulæa, virorum,
Quadrupedum viuas, bipedumque imitantia formas.
Et si rura petit, passu gradiatur anili,
Quandò vacuanda prægnans. Lectica molli, lentoue feratur asello.
Sique dein geminis exactis mensibus, oris
Ventriculi morsu premitur, fit & anxia, sæpe
Hæc in affectu contingunt, quem Pitam seu Malaciam appellant. Nauseat atque vomit, sputat, fastidit, & odit
Acceptos semel ore cibos, peregrinaue mandit,
Vt terram, testas, piceos & ab ignibus emptos
Carbones, & quæ non sunt alimenta: ciboſque
Catholicum hoc nomen habet, quod humores vniuersaliter purget. Vel salsos, acidosue vorat, vacuanda catharsi,
Qua blandis vicibus secedat noxius humor,
Vt Manna, fuluoque Rheo, sennaque, coquatur
Quæ sensim in dulci, molli, pinguique liquore:
Vel Lenitiuo, vel eo medicamine, cunctos
Quod trahit humores, habet hinc & nomen ab illis.
Sanguis ab hoc si multus erit dematur: & illa
Quæ mediana, vel est quæ regia vena secetur.
Sed parcè demendus erit, vicibusue, mali vis
Si cogit, ne deindè cibo priuetur alumnus.

Euchimis dapibus viuat quæ fœmina fœtâ est,
Lymphatumque bibat soluens mœrore falernum.
Hæc ita si fiant, minùs est metuendus abortus.
Quem ne matricis pariat malè firma facultas,
Ætites, Samiusve lapis, vel fuluus Jaspis,
Quique vel in vulua fuerit, vel ventre repertus
Ceruarum supero gestetur ventre: moueri
Non sinet inferiùs fœtum. Sed tempore partus
Tollendus, matrix vt eo sit aperta fugato.
Vtilis ante cibos Abbatis sumpta tabella,
Et quam componunt tria santala, quæque feruntur
E gemmis, roseus liquor, atque cydonia mala.

Victus ratio pregnantiu.

Fœtum continuantia, quæ parietes vterum firmant.

Hæc ventriculum, iecur, Corque roborant, crudaque concoquunt.

COMMENTARIVS.

QVVM in muliere morborum omnium causa sit vterus, quæ grauida est imprimis sibi cauere debet. Nam, inquit Hippocrates, si debilis fuerit, aut onus leuarit, aut perculsa fuerit, aut anxia: si clamârit, si fastidierit cibum, aut eum plus quàm par sit acceperit, aut in animi deliquium inciderit, fœtum perdit. Fœtus etiam quem continet, primis diebus & mensibus tenellus est, ideóque facilè labitur & excidit, vt arborum fructus, qui prima generatione pediculis infirmis sustinentur: postremis quoque lubricus est, & facilis ad casum, maturorum fructuum instar. Adde quod grauiditatis tempore fertur in vterum ex vniuerso corpore sanguis, qui si copia vel qualitate peccauerit, necessum erit morbosum fieri fœtum, ideóque quid prægnandi fugiendum, quid sequendum sit vt fœtus ad legitimum tempus partus conseruetur hoc capite ita perspicuè, ni fallor, explicamus, vt ista res alia narratione non opus habere videatur.

Causa multitudinis morborum vterus. Hippoc. lib. 1. de morb.

QVÆ MORTVVM FOETVM excludunt.

CAPVT XIX.

VVM nequit ex vtero, matris conatibus infans
Mortuus excludi, si menstrua nulla feruntur,
Plenaque sunt nimio muliebria vasa fluore,
Secedant balano fæces, clysfere vel acri.
Vena dein cubiti referetur, ab hacque Saphæna.

Ordo tenendus in excludendo fœtu mortuo.

Ex hyeris, & eo quod Agaricus ingrediatur,
Aut diaphænicôn, diacarthamus, aut benedicta
Laxius efficiat Pæon medicamine corpus.
Fœtum mortuum excludentia.
Dictamni, filicis, rubiæque, thymique, sabinæ,
Marrubij, scordi, centauri, pullegijque,
Tussillaginis & calamintæ lympha bibatur,
Balsameusque liquor: maculatæ galbana myrrhæ
Mixta mero: cum pullegio geminataque drachma
Castorij, quibus è sinibus matricis in auras
Prodeat extinctus citò, ne mora longa parenti
Noxia sit, matremque necet non natus alumnus.
Hi lapides ad umbilici regionem positi fœtum continent, quem excludunt alligati femori.
Conferet Ætites femori illigatus, Jaspis,
Et Samius lapis, & radix quæ manat ab herba,
Porcinus panis, seu quæ Cyclamen habetur,
Cuius odor fœtum vitians inducit Abortum.
Suffitum parti creet indita Myrrha pudendæ,
Bothrios & puluis, calamique potentis odore,
Sulphuris, Anchusæ radicis, aluminis albi.
Si nec ab his, nec quem dabit Arthemisia fotu
Fœtus abit metra, Chirurgus vt arte magistra
Detrahat hunc ferro lacerum, manibusque necesse est.

COMMENTARIVS.

Signa mortui fœtus in vtero.

1 QVIBVS prægnantibus circà septimum aut octauum mensem derepente mammarum & ventris plenitudo collabitur, vbera gracilescunt, lac non apparet, dicendum est, inquit Hippocrates, puerum esse mortuum: aut si viuit valdè debilem. Ad hæc autem eum interijsse certum est, si his est Capitis, oculorum, Cordisque dolor, lipothymia frequens, horror, conuulsio, fœtor anhelitus, ventris inferioris & cruicis vteri frigus, vt lib. 4. cap. 25. dictauimus. Ideoque procuranda quamprimum fœtus exclusio, ne huius corruptelæ, quæ citò fit aura quasi veneno mater intereat. ℞. fol. origan. calament. puleg. thymi, tanaceti, matricar. an. Mj. semin. rutæ drac. 2. Bulliant in aqua, colenturque ad lib. 1. In qua dissolue hyer. simplic. & diacolocynth. an. ʒiij. mell. mercur. ʒij. ol. rut. lil. an. vnc. 1. sem. fiat clyster. Si plenitudo est, mittatur sanguis pro viribus. Sanguis namque missio val-

Hippocr. lib. de morb. mulieb.

Clyster mortui fœtus exclusionem adiuuans.

Phlebotomia.

dè commouet vterum, eumque deplendo ſolatur, ſeuocato reuulſoque ſanguine, qui ſolet tùm ad eum confertim accurrere. Detur ab ea mulieri iuſculum è multo petroſelino cum viſcellis ouorum, aut gelatiua reſtaurandis viribus, vt ſi purgandum aliquot intè videtur horis, oneri ne ſuccumbat. ℥. cathol. duplicat. ʒj. elect. diacatholicon. vel bened. laxat. ʒij. trochiſc. Alhandal. ℈ß. aut ℈i. ſyrup. laxat. roſar. cum Agaric. & è cichor. compoſt. cum Rheo an. ʒvj. Cum aqua meliſſ. vel arthemiſ. fiat doſis. Ab ea, vel huic ſimili ſi non ruit nec præcipitatur fœtus, ℥. trochiſc. è myrrha ʒij. Diluantur in ℥iij odoriferi vini pro potu. Vel ℥. caſtor. ℈iiij. trochiſ. è myrrh. ℈ij. ſyrup. de arthemiſ. ʒj. Cum decocto filicis, pulegij, petroſelini, vel aqua ſcord. calaminth. meliſſ. fiat potio. Fotus & ſuffitus fieri poſſunt ex his quæ canimus hoc capite. Sed quia periculum eſt in mora, ſi prioribus hiſce non ſuccedit, ad chirurgum erit properandum, qui fœtum vel manu, vel chirurgicis inſtrumentis extrahat.

Purgatio.

QVÆ DIFFICILI PARTVI conferunt.

CAPVT XX.

QVÆ prægnans vtero viuum benè geſtat alumnũ,
Difficilemque timet, malè iam ſibi conſcia, partum,
Si vicinus erit partus, neque manat ab aluo
Sponte, ſed obſcuris fæx dura incluſa latebris
Inteſtinorum manet, hanc balanuſ-ve deorſum
Clyſma-ve det, mictuque ſerum de Rene feratur.
Iuraque ſumantur quæ butyracea, maluis
Incoctis, ouumve recens tremulumque, caroque
Perdicis, vituli fuerit quæ preſſa, capique:
Quique gelatinæ perhibetur nomine ſuccus.
Conuenit imprimis Cochleæ caro, Turturis aſſæ
Cum baccis vel iuniperi, laurique virentis,
Cinnamei ligni vel puluere: mixta falerno
Lympha. Per inſeſſus vterum mollire tepentes
Sæpè iuuat, tepidoque oleo quod amygdala dulcis,
Vel camomilla dabit, vel candida lilia, ſaga

Parturienti balanus clyſter & mictus vtilis. Hu enim lætior ſatui via patet ad exitum.

Parturienti vtilia genus.

Topica quæ mollunt ac reſerant.

Parturient cur respirationem continere debet, & spiritum intro ducere.

Contrectante, sinum sensim reserare pudoris:
Thuris & origani suffitu benque Zoini.
Si dolor itque reditque frequens, matrixque dehiscens
Fundit aquas, surgat prægnans, animamque iubenda
Contineat, valide quo spiritus omnis ad ima
Descendens, segnem moueat cum pondere fœtum.
Sternutet Pyrethri in nares cum puluere misso,
Hippocratisque mero sese soletur, vt illo
Gustato vicibus, repetat mens lapsa vigorem
Cinnamea vel aqua, vel aqua quam lilia reddunt
Candida iuncta croco, & cacia, quæ nostra Canella est.
His si non satis ora patent Matricis, ab hacque
Imbellis fœtus proprijs neque viribus exit,
Nec genitricis ope, vnda mero commixta bibatur
Dictamni, myrrhæve eadem coniuncta trochiscis.
Hæc etiam fiant quæ nuper agenda putaui,
Mortuus ex vtero quando excludendus alumnus.
Difficilis partus variæ, quas diximus antè
Sunt causæ: quibus expensis sit sedula cura,
Ne fatum incurrat comitata puerpera fœtu.

Vide cap. 26. lib. 4.

COMMENTARIVS.

Quænam difficilem partum indicent.

SI lotium (aquas obstetrices vocant) Allantoide membrana contentum, & Lochia copiosè sine fœtu fluunt ab vtero, dolorque parturienti languidus est, ratoque repetens: si fœtus aut extinctus, imbecillus, aut crassior, aut longior quam par sit: aut matris vulua strictior, siccior, aut obstructa cicatrice, verruca, scyrrho, callo, difficilis erit partus. Cuius ideo scrutandæ causæ sunt, vt ex ijs ad puerperium facilitandum apta remedia seligantur. Si enim ex aquarum & sanguinis effluuio siccior vterus est redditus, molliendus, vt via molliore magisque lubrica facilius exeat fœtus. Tumque, ℥. radic. lil. & alth. an. ℥ij. fol. malu. branch. vrsin. an. Mij. semin. lini ℥ij. Coquantur in aqua sufficienti decoctionis omasorum. Cape de colatura ℔ij. in quibus dissolue pinguedinis Anseris, aut suillæ recentis ℔ß. pro quatuor aut quinque clysteribus. Ex huius decoctionis magmate cum butyro fiat cataplasma, quod extensum supra lienteum duplex admoueatur imo ventri. ℥. radic. lil. ℥ij. radic. cyperi ℥j. fol. alth. malu. mercur. an. Mij. ori-

Quid agendum vtero sicciore reddito ex aquarum & sanguinis effluuio.

gan. calament. maioran. an. Mi cinnam. ʒi. Cum aqua & odorifero vino coquantur & colentur ad ℔ ij. ℥. prædictæ decoctionis ʒiiij. per metreuchyten fiat in vterum iniectio. Digitos. obstetrix butyro, vel oleo liliorum aut amygdalarum dulcium obtinet, quibus in pudoris sinum immissis eum emolliat, referet, fœtusque protrusionem moliatur, eumque venientem sic moueat, vt si pedes aut brachia, dorsum aut latera porrigit, blandè reponat, donec caput attigerit, per quod eum in lucem emittat. Quod si pro voto non succedit, sternutatio procurabitur Ellebori, Pyrethri, vel Euphorbij puluere in nares per calamum insufflato. Nam hystericæ mulieri, difficulterque parienti sternutamentum superueniens bonum, quia languidam ac torpentem naturam excitat ac recreat, quæque corporis partibus tenacitet impacta sunt vehementiore iactatione quassuque commouet & excutit: ideoque fœtum sua sede dimouens ad exclusionem excitat & impellit. Adiuuabunt trochisci de myrrha cum vino, vel aquis descriptis superiori capite. Robur adferet Hippocraticum vinum & ratio victus quam describimus. At si fœtus extinctus est, aut sic imbecillus vt se non adiuuet: aut æquo longior aut crassior, vix nisi per Chirurgum euellitur. Si matrix angustior, aut obstructa cicatrice, schirrho, callove per pudendum extrahi nequit, sectio per ventrem fieri debet partu Cæsareo, cuius multas, easque fælices hystorias D. Rolletus libro suo commemorat, si qua potest in eo partu esse fælicitas.

Obstetricis manus in difficili partu.

Hippoc. aph. 55. lib 5. aph.

Effectus sternutamenti.

Pro variis difficilis partus causis varia curatio.

QVÆ SECVNDAM, QVÆ CHORION appellatur, excludunt ab vtero.

CAPVT XXI.

SI membrana manet, quæ Chorion atque Secunda
Dicitur, à partu Matrici inclusa, nec huius
Os hiat, internas foueat pinguedine molli
Anseris atque Suis, butyro, vel camomillæ,
Irino, liliive oleo, moueatque pudendas
Saga manu pingui partes, vteri osque resoluat.
Instar & indè pilæ glomeratam ex arte Secundam
Euocet, & lentè, ne si temeraria motu
Excutiat valido, Metram trahat atque Secundas,
Quod crudele nimis, merito reparabile nullo.

Chorion membrana, Secunda dicitur quod ea sit secundum domicilium ac receptaculum ab vtero, & venis satis indumentum.

Sin vteri fundo nimis hæc annexa, fidelis
Arte manus-nequit euelli, per aromata fiant
Suffitus, quæ fumosa condantur in olla.

Suffitus materia.

Qualia sunt nardus, Casia, illiris Iris, odorus
Iuncus, odore beans etiam radice Cyperus,
Arthemisia, dictamnum, poliumque, sabina
Cum ladano, styrace & bdello, ben atque Zoino.

Sternutamenta.

Pluereque Ellebori sternutamenta frequenter
Concutiant vterum: quatiant balanique frequentes
Ex hyeris: purgans & ab his aliisque catharsis
Quæ moueant validè, velut extat Agaricus albens,
Et laxans benedicta in aquis quæ menstrua ducunt
Sumpta: potest similem si forte puerpera ferre,
Quæ tulit antè feros, à partu pressa, dolores.

Secundas quæ potissimum ejiciant atque protrudunt.

Castoreum sed aquæ mixtum Polijve, Thymive,
Pullegijve datum, poti myrrhæve trochisci,
Succus & è folijs expressus petroselini,
Vel Casiæ, seu cinnamei lympha inclyta ligni,
Pessus & è Cyclamino, myrrhaque, vel vnguen
Impositum ventri quod & hæc, lathyrque dederunt,
Præcipitare solent vtero persæpe Secundas.

COMMENTARIVS.

Chorion, seu Secunda quid.

Δευτέριον, χοριον græcis, Secundæ latinis, fœtus in vtero velamentum & inuolucrum est. Quod ab obstetrice cum fœtu simul educi debet in partu. Retentum enim lipothymias & cõuulsiones inferre solet, à quibus puerperæ sequitur interitus, si primis diebus ab vtero non secedit. Vt igitur excludatur, clysteres acres injciantur è decocto radicis cyperi, rubiæ maioris, Iridis, Gentianæ, foliorum Arthemisiæ, matric. sabinæ, filicis, cum floribus chamæmæli, dissolutis hyeris, & oleis irino, chamæmælino, rutaceo. Potio detur è benedicta laxatiua, diaphænico, syrupo laxatiuo rosarum cum Agarico, trochischis etiam alhandal, dissolutis in aquis arthemisiæ, melissæ, calendulæ: quæ iusta dosi dentur, expensis vsque quaque viribus. Pessarium fiet hoc modo. ℞. puluer. myrrh. galban. styracis an. ʒß. puluer. ellebor. & trochisc. alhandal. an. ʒj. Simul include nodulo forma glandis in pessarium, in

Clysterum materia secundas præcipitantium.

Purgatoria.

Pessus.

sinum

sinum pudoris immittendum. ℞. radic. ireos, dictamni, polij, sabinæ, granor. iuniperi an. ʒj. benzoini, Myrrhæ, styracis an. ʒij. Misce. fiat puluis ad vteri suffitum. Ptarmicum seu sternutatorium vt hysterica suffocatione pressas, ægreque parientes adiuuat, ita secundas deturbat ob eam causam, quam superiore capite dedimus, in hunc ideò effectum adferendum ex pyrethri & euphorbij puluere in nares insufflando. Vel, ℞. Castorij ʒij. syrup. de hyssop. ℥j. Cum ℥ij. aqu. melis. vel arthemis. vel decocti filicis fiat potio. Vel, ℞. trochisc. è myrrh. ʒjß. syrup. de hyssop. ℥j aqu. decoct. filicis, & sabinæ ℥ij. Misce. Diluantur in potum. Huc reuoca quæ capite de mortuo fœtu, difficilique partu nuperrimè sunt exposita.

Suffitus.

Ptarmicum.

Potiones secundas excludendi aptæ.

STERILITATIS PRO VARIETATE causarum Curatio.

CAPVT XXII.

ONCIPIT *haud mulier, loca cui muliebria torpent*
Frigore, densaque sunt, nimioue exusta calore,
Siccaque: vel nimio conferta ac plena madore:
Cuique hæc arcta nimis vel clausa, foramine nullo.
Frigida si matrix sterilem facit, exeat humor
Frigidus, epoto medicamine phlegma mouente
Cum calidis, vt Betonica, Polioque, thymoque,
Marrubio, hyssopo, & paribus, quæ menstrua ducunt.
E maioranæ fiant pessaria succo
Cum Moschi granis aliquot, condita voretur
Saluia, fœcundans, prohibens fœtumque ruina.
Assa caro melior, melior lymphaque Lyæus.
Si nimio Matrix furit, & resoluta calore est,
Cassia contulerit, nimium quæ leniat æstum,
Cum portulaca, lactuca, Rumice: creber
Potus aquæ, coctique cibi cum mollibus herbis:
Balnea dulcis aquæ, sine cura vita, quiesque.
Sin madet à nimijs humoribus, humor abundans
Siccetur motu vario crebroque, volucrum
Assato paucoque cibo, cum pane bis ignem

Conceptum impedientes causæ.

Mulier imperforata nõ concipit.

Curatio sterilitatis à causa frigida.

Pessaria.

Sterilitatis à calida causa curatio.

Sterilitatis ab humiditate nimia curatio.

Experto, vel qui in sale sit vel pistus Aniso.

Suffitus materia.

Suffitus fiant vtero cum thure Sabæo,
Cum ladano, myrrha, origano, polioque, thymoque.
Sed clysmo balanove prius se fæcibus aluus
Exuat, & poto medicamine: sectaque vena
Quod satis effundat, si fortè necesse, cruorem.

Imperforatarum, & earum quibus sinus pudoris angustior est cura eo.

Os vteri claudens membrana secanda. Quod arctum est,
Hoc dilatet adeps admotus, quemque dat Anser
Præcipuè, vitulique recens ceruique medulla.
Sunt aliæ fiat sterilis cur fœmina causæ,
In quibus assiduè contraria cura sequatur.
Sed quia non sterilis, sterilis fit iuncta marito
Qui spado, vel qui fœcundum semen in aruum
Non iacit, interdùm venit explorandus vterque.

Quænam sint ad fœcunditatem agenda.

Sique simul sani, nec in ipsis discrepat ætas,
Non habitus, nec amor, genitalis seminis author,
Non otio pigri sedent, nimiumve laborem
Sectentur: medium tencant in vtroque recessu.
Concoctuque cibo facili, mollique falerno
Excipiant sese, passis vescantur & vuis,
Et cynara, nostris quæ nobilitatur in hortis,
Asparagis, bulbis, rappa, porroque, recentis
Pastinacæ, Marathri radice, marique petitis,
In quibus excellunt quæ dicunt Ostrea, conchis.
Insuper & læti viuant, neque pluribus escis
Impediant stomachum, ne crudo sanguine multus
Crescat adeps, & ab hoc semen minuatur. Idipsum
Si seruent, fœcunda feret citò fœmina fœtum.

COMMENTARIVS.

Sterilis mulier quæ dicitur.

STERILEM dicimus mulierem, quæ iuncta viro non concipit. Cuius rei plurimas causas attigimus lib. 4. cap. 3. Manifestæ verò magisque communes sunt vteri frigus & densitas, vel eiusdem calor & flo-

citas, vel humiditas exuperans, locellorum vteri vel occlusio, vel angustia, quæ contraria præsidia requirunt, vt omnis præter naturam affectus. Cognoscuntur autem hæc peculiaribus signis. Vt frigus, ab eoque densitas, tùm animaduertitur quandò suppressi sunt menses, aut pigrè labũtur, veneris odium est, in lumbis ac pectine stupor. Tùm itaque repurgandum corpus agarico, diaphœnico, reliquis pituitam excludentibus, incoctis calidis mẽstrua mouentibus, vt Aristolochia, melissa, betonica. Suffiendus vterus styrace, benzoino, granis lauri, iuniperi contusis & in ignem missis. Caloris & siccitatis vteri notæ sunt incerti menses, pauci, nigricantes, tenues, interdùm & crassi, partium pudendarum vlcera, pruritus, veneris ardor. Tùm cassia frequenter vtendum, mittendus sanguis, balneum aquæ tepentis ingrediendum; victus ratio sit refrigerans & humectãs. Humiditas vteri nimia cognoscitur è muliebri fluore, mẽstruis multis & aquosis, pubis lumborumque pondere. Tùm motus, & exercitatio sit frequens, purgatio, quæ cacochymiæ debetur, per sennam, catholicum, electuarium diacarthami, cum aquis melissæ, betonicæ, calendulæ: victus genus siccans, tenue, paucum, ex assis alitibus, vt alauda, columba, cothurnice, pane biscocto. Bibatur aqua non simplex, sed adiecto cinnamomo, vel seminis anisi, fœniculi, coriandri puluere cum liquiritia: vel annosum vinum aqua dilutum. Si membrana locellos occludit, per Chirurgum incidenda. Si crassum quid obstruit molliendum anseris adipe, medulla vituli, ceruique cum ladano, bdellio, styrace. Quibus artibus mulier sterilis fœcunda reddi potest, si præterea seruentur, quæ postremis nostris versibus tenenda monemus.

Vteri frigus & densitas quibus signis agnoscatur.

Vteri affectus à frigore curatio.

Vteri calidi siccique notæ.

Curatio.

Humiditatis vteri notæ.

Curatio.

Sterilitatis ab occludente membrana & crasso corpore obstruente curatio.

EXANTHÆMATVM CVRATIO.

CAPVT XXIII.

Exanthematum eruptio lethalis & contagiosus affectus.

Exanthematum curatio.

LEthifer *in pueris morbus popularis habetur,*
Qui varijs serpit maculis, rubeoque colore
Sæpe cutem tingit, nisi Pæonis arte dometur.
Ergò si lenta papulæ, nullave feruntur
Febre, nec in pueris malus est insigniter humor,
Excludat balanus fæces, aut clysmus ab aluo.

Cardiacis & aquis, quas morsus & Oxitriphillum
Et scabiosa dabit, limo, citria mala, seratur
In cute quod poterat latitare in Corde venenum.
Impubes calido decumbat in aëre, multis

Cardiaca.

Vestibus incluſus, vento ſecurus ab omni,
Sudor vt erumpat maculis commixtus: alatur
Sæpe gelatina, preſſis & carnibus, ouis,
Butyri vel iure, in quo lactuca coquatur,
Oxalis atque Seris, bouis & quæ lingua vocatur.
Potus erit quæ lympha capit cum ſacchare citri
Palliduli ſuccum. Fertur cum lente parata,
Ficubus & glycirrhiza, marathrique, citrique
Semine ferre foras, largumque ciere madorem:
Quæque ſit è coctis pariter cum ficubus vuis.
Ante venit papulas aliquot ſi fortè diebus
Magna febris, multi ſoboles humoris, ab hacque
Non terror leuis eſt oneri ne corruat impar
Natura, inque cutem non efferat omne venenum,
Materiæ ſecta detur portio vena
Præmiſſo clyſtere, ſed & calabrina bibatur
Manna, vel in pulli, vituli vel iure ſoluta.
Tùm verò hæc fieri quùm ſe cutis alba colore
Commaculat vario nolim, niſi ſtrangulat ægrum
Orgaſmus, nimiamque docens dyſpnæa ſaburram
Indicet exitium, reſerata auertere vena
Quod melius videatur. At an benè perferet æger
Conſule, ſit quantuſque metus præſentibus ede.
Detrahe nec puero cui porrigit vbera nutrix.
Neſi vi morbi ſequitur malus exitus, huius
Te ferat authorem, inque tuo dein nomine, nomen
Pæonium fera turba, procax, inſana prophanet.

Potus ad exanthemata nobilia.

Acuta febris exanthemata præcurrẽt quam curandi formam requirit.

Orgaſmus. 2. materia ſurgens, quæ vacuationem indicat.

COMMENTARIVS.

Exanthematum examẽ.

EXANTHÆMATVM eruptio cacochymiæ ſignum eſt: ſiquidem alia ſubalbicant, alia flaua, pallida, violacea, nigraque ſunt: alia eaque plurima rubra, quæ plethoram etiam indicant: vt hinc benè colligas ea eſſe Plethoræ Cacochymiæque ſobolem, in qua putredinem inſignem ponere licet, ab eaque malignum quid, quùm à communi cauſa

nasci soleant, populariterque grassari. Quare mirum videri debet, cur vulgò negligatur eorum curatio, sitque affectus ex eorum genere, in quibus Medicus rarius accersitur. Creditur nimirùm hæc quid esse criticum, quod naturæ vi foràs expellitur, huic ideò soli committendum: vndè fit vt plurimi fato concedant, qui sanari poterant artis Medicæ munere. Nam si nonnulli vel bonitate naturæ, vel lenitate symptomatum ab interitu vindicantur, plures tamen imbecillitate virium & morbi magnitudine pereunt. Quare prudentibus, & sana consilia non aspernantibus instituta sit hęc exanthæmata curandi ratio. Medicus ad ægrum vocatus attentè consideret papularum notas expositas à nobis libro quarto cap. 27. quales sunt frequens escitatio, pandiculatio, punctio per vniuersum corpus, naris & aurium pruritus, raucedo vocis, capitis dorsique dolor, rubor vultus, inuoluntariæ lachrymæ, dyspnæa, tremor in somnis, febris, sitis. Ex quibus quia plenitudo colligitur, si puer adultior est aut iuuenis, injiciatur clyster, ab eoque vena tundatur antequam erumpant maculæ. Versetur æger in aëre calidiore, decumbat in lect multis vestibus tectus, in eoque sudorem expectet, quem excitabit hæc dosis. ℞. aqu stillat. morsus & card. an ℥ij. syrup. de limon. ℥j. Misce fiat iulep. Aut parabitur potus quem versibus expressimus ex lente, ficubus, glycirrhiza, semine citri & fæniculi. Vel erit hæc communis potio, ℞. liquirit. rasi. ʒß. caricas incisas numero septem, vuarum Damascenarum ℥ij. Bulliant in aquæ libris tribus ad tertias, addendo sub decoctionis finem succi limon. vncias duas An vero quum erumpunt papulæ, iamque patent, & corpus vniuersum obsident vacuandum sit quæri potest. Multi namque non nisi per cutim, per quam natura vergit mouendum existimant, ideóque solis sudorificis locum esse debere contendunt. His tamen si nihil fit, nec leuatur æger, ruborque vultus est, plenitudo pulsus, spirandique tanta difficultas, vt suffocationis periculum ingruat, tum aperire venam expedit vel etiam vena secta purgare, quemadmodum vtrumque fit in purpuratis febribus, in quibus, vt hic, corpus vniuersum maculis aspergitur. Nec sine ratione. Morbi namque tum orgasmus, & acutus affectus est. At in acutis eodem die quum materia turget purgandum esse notat Hippocrates. An non etiam vena secta vacuandum quum plethoræ signa manifesta sunt? Anno salutis millesimo sexcentesimo nono cum D. Lutonio parisiensi Medico celebri sum vocatus ad Ambianenses vrbis toparchæ nepotem, qui morbillis per vniuersum corpus effusissimè sparsis cum dyspnæa & stertore pene suffocabatur. Rogatus quid sentirem, explorato pulsu valido phlebotomiam suasi, qua celebrata, repurgatoque corpore consequuta breui sanitas. Nolim tamen hac historia cunctis qui morbillis variolisque fædantur idem remedium obseruari. Sed videndum an exanthæmata critica sint an symptomatica. Si critica, quæ tolerantia facili lenique, vel nulla febre se promunt, committenda naturæ sunt, neque remedijs vllis exagitanda. Si symptomatica, nempè cum ingenti febre, lipothymia, dyspnæa, mouendum ex assidentis medici prudentia.

Exanthematum seu morbillorum & variolarum curandorum modus.

Morbillorum signa.

Varia potus species ad exanthemata salubres.

Quæstio de venæ sectione variis erumpentibus.

Hippocrat. lib. 4. aph. 10.

Historia notanda.

Quid obseruandum in Exanthematum curatione.

PORPHYROIDIS, SEV PVRPVRATÆ febris curatio.

CAPVT XXIIII.

Purpurata febris ita dicta, quod rubra purpureisque maculis corpus tingat.

HÆC *febris, rubicunda dedit cui purpura nomen,*
Tingat erythræo quod corpora nostra colore,
Purpureisque notet maculis, nouitate maligna
Terruit hoc nostro, subitisque Machaonas æuo
Cladibus, infesto docuit se opponere monstro
Phœbigenæ telis, quibus hunc armauit Apollo.

Signa purpurata febru.

Et quia pulsus erat minimus, tremulusque, soporque,
Mens vaga, visque labans: lotium crassumque, rubensque,
Interdum tenue instar aquæ: cineritia, flaua,
Alba, virens, graue virus olens fæx ibat ab aluo:

Purpurata febru curatio.

Cardiacis visum est ægro succurrere lymphis
Reginæ prati, scordi, morsus, scabiosæ,
Oxalidis, cardique, citraginis, oxytriphylli,
Cum succis acidi, niueo cum sacchare citri,
Punicei mali, flauescentisque limonis:
Theriaces & aqua, quæque imperialis habetur:
Antidotis etiam, veluti mithridatica, Chermes,
Theriace, diamargariton, quæque ex Hyacintho est.
Sed leue præsidium fuit hoc, neque cessit anhelæ
Effera vis febris, quia non fuit vnicus aër
Causa mali, latuit neque solo in Corde venenum.
Multus erat Cerebro, reliquisque in partibus humor

Quæstio de vena secanda in purpurata febre variis rationibus excussa.

Pestifer, immitti ferroque manuque domandus.
Quæstio longa fuit, quia purpura rubra cruoris
Pecc[illegible]is dabat indicium, foret an reseranda
Vena [illegible]ns, & ab hac mittendus sanguis aperta.

Sed metus vnus erat, vena penetrabile secta
Intima ne peteret virus, pareretque ruinam.
Creber & hic animi lapsus, pulsusque timorem
Augebat, paruus tremulusque. At turba medentum
Sanior esse ferum negat hoc, vel debilitatis
Esse notas: Cor at oppressum fore sanguine misso
Viuidius, tetro procul indè obeunte vapore
Censuit, & numquam fore ad interiora recursum.
Partibus & vacuis oneroso sanguine, vires
Esse reuersuras, quibus eximeretur ab omni
Corpore quicquid erat vitij, sortisque malignæ.
Nec mora, detrahitur pleno de corpore sanguis,
Lenis & interdum datur haud inuisa catharsis:
Cardiacis Cor munitur quæ diximus antè,
Sollicitatur & his sudor. Cibus ille paratur
Qui beet & reparet vires è turture, turdo,
Gallina, mollique Capo, teneriſque columbis,
Euchymisque alijs acido cum rumice coctis,
Bugloſſo, paribusque, expressa carne, geluque,
Et distillato duplicato in vase liquore,
Pulueribus mixtis bezoardi, margaritarum,
Gemmarumque, eborisque, & cornu monocerotis,
Rhynocerotis, vt & cerui, redolentis & ambræ:
Conseruis etiam borraginis atque melissæ,
Nenupharis, linguæque bouis, violæque, roſæque.
A quibus admoto Cordi cataplasmate, fixis
Corniculis variis in partibus, & cute cæsa
Cum rutila flamma, morsaque ab hirudine vena,
Deseruit multos genus hoc lachrymabile morbi,
Quod priùs innumeros stygijs immerserat vndis.

Conclusio quæstionis.

Curatio methodica purpuræ febris.

Victus genus eorum qui purpurata febre laborant.

Cardiaca varia.

COMMENTARIVS.

PORPHYROIS, seu Purpurata febris à cæteris febribus peculiaribus notis causisque distinguitur, vt lib. 4. cap. 28. docuimus: ex quibus pendet varia curandi ratio. Malignus quidem morbus est, occultaque vi Cor obsidens, quod ostendit minimus, ac ferè nullus pulsus, ifque quantum micare potest tremulus & conuulsiuus, quem ideò σπασμῶδες μον appellant, & Lipothymia frequens. Cordi consentit Cerebrum, vndè sopor & hebetudo mentis, grauis auditus, delirium: compatitur & Torax, vndè dyspnæa. Naturales denique partes affliguntur, vndè varietas vrinarum, fœtor atque diuersitas excrementorum in aluum descendentium. Quare cardiacis vtendum assiduè, vacuandum ex interuallis. Quumque cardiacorum duo genera sint, frigida nimirum & calida quæ capite 15. lib. 7. nominauimus: calidis, quæ pariter sicca sint putredinem, in qua maligna vis, arceamus, hoc modo. ℞. aqu. stillat. card. scordij, melissæ an. vnc. 4. syrup de limon. ℥j. Vel, ℞ aquar. oxalid. oxytriphill. card. an. ℥ij. syrup. de limon. & oxysacchar. simplic. an. ℥j. aqu. theriac. & imperial. an. vnc. sem. Misce. fiat iulep. in duas doses. Primis diebus indatur clyster, secetur que vena. Dein, ℞. radic. angelicæ, tormentill. dictamni cretici an. vnc. sem. fol. oxytriphill. melill. scabios. bugloss. borrag. vlmar. an. Mi. semin. acetos. citri, card. an. drach. 2. Bulliant in aqua sufficientis quantitatis. In colat. lib. 1. dissolue sacchar. vnc. 4. succi limon. ℥j. fiat apozema clarificatum, cinnamomo conditum in tres doses. Quia verò purgatio necessaria est ob plethoram cacochymicam, in dosi infunde Rhei elect ʒj. santal. citrin. & moschatæ nucis an. ℈i. In expressione dilue catholic. duplicat. ʒvj. elect. diacartham. ʒij. syrup. capill. ven. ℥j. Si debilior est æger, ad expressionem Rhei dissolue quantaxat syrupi Saporis Regis ℥j. aut ℥j ß. Parari poterit syrupus solennis in hunc modum ℞. succor. Oxalid. oxytriph. bugloss. borrag. vlmar. scabios. morsus, citri pomor. redolentium pari dosi mixtorum ac depuratorum ℔ß sacchari tantumdem. Lentè bulliant, fiatque syrupus perfectè coctus, quo sæpè capiat æger è cochleari, vel ex aqua cocta simplici, vel diuina, cuius in hoc opere non rarò meminimus. Huius syrupi vicem supplebit syrupus è limon. è granat. ex acetosæ succo, iulepus rosaceus, oxysaccharum simplex. Conseruarum, opiatarumque cordialium formulæ reuocentur huc è capite postremo lib. 5. & cap. 5. lib. 7. Nec verò reuocare te in hac febre à vacuatione debet pulsus paruus ac frequens, quoniam ab oppressione fieri consueuit, quæ venæ sectione cathartique tollitur. Quod tamen vt benè colligas, nec fallaris, nouula signa lustres. Nam si rubet facies, spirandi difficultas est, vrinarum rubor, excrementorum alui fœtor, mouendum est. Sin pallor liuorve vultus, stertor, vrinæ tenues, quæque descendunt in aluum liquida sunt & aquea, quæ vocant ὑδατοειδῆ, magis horrendum, ideóque cautius agendum. In hoc autem affectu tam ancipiti, tamque subdolo non antè salutem polliceare, quàm

Ex variis signis causisque variandæ curatio.

Cardiacorum duo genera.

Apozema cardiacum.

Syrupus solennis, seu magistralis.

Notandum.

quàm omnia salutis signa consentiant. Nam vt quis intereat, vel vnum esse malum signum sat est: vt conualescat, omnia bona signa concurrant necessum est, vt apud Hippocratem in prognost. Galenus monuit in acutis morbis haud ociosè obseruandum.

ARTHRITIDIS CVRATIO.

CAPVT XXV.

In Arthritide quando vena secanda.

HVMOR *in articulos tenuis caliduſque patentes*
Quùm fluit, & ſubito pungit queruloque dolore,
Exeat è vena cruor, oppoſitaque dolori.
Lenis & è Manna detur Sennaque catharſis.

Quibus purgandũ quùm aſero bilioſo ſit Arthritis.

Epotis feruor gelidis ſedetur ab vndis

Iulepus refrigerans.

Lactucæ, ſeridis, plantaginis atque roſarum,
Cum granatorum myrthillorumque ſyrupo.
Lenit at imprimis aſinini potio lactis.
Caſſia ſumpta per os iuuat, & Cataplaſmatis inſtar
Iuncta dolorificæ dat opem & noua gaudia parti.
Lac etiam cum quo panis macerata medulla

Varia cataplaſmata dolores lenientia.

Cocta ſit, atque croci minimùm ac penetrantis aceti.
Seminis & pſilli muccago extracta liquore
Solani, cum lumbricis oleumque roſatum.
Si fluor his non ceſſat, & eſt dolor efferus, ingens,
Inſtar acus pungens, intercludenſque ſoporem,
Lac & hyoſcyami folium ſimul incoque, lacvè
Iunge opio, quo ſenſus hebes ſtupiduſque ſequatur.
Nocturnis hordi ſuccus ſumatur in horis,

Hordeatum & amygdalatum.

Et liquor hic niueus quem fundit amygdala dulcis.
Sit comes huic ſacchar, ſemenque papaueris albi,
Leniat vt, ſiſtat, placidumque dolore remoto
Conciliet ſomnum. Toſt quæ Catapotia dentur

Pilula cholegoga.

Aurea, barbaricique Rhei mollita liquore
Lactucæ, vel nymphæa, violæve ſyrupo:
Fellis vt indè ſerum, gemebundi cauſa doloris

Deferat articulos, excludaturque per aluum.
Fluxio ni ſedatur ab his, camomilla coquatur,
Aiuga, galla, roſis & nigro mixta Lyæo
Cataplaſmata parẽ affectam roborantia, ſiſtentia fluxionem, leniterque digerentia.
Pro fotu. Stercuſque recens tepidumque boantis
Admotum parti ſtet pro Cataplaſmate vaccæ:
Materiam fotus niſi pro Cataplaſmate malis,
Quæ cum butyro, roſeoque ſit vnguine frixa.
Si pituita parens Arthritidis, humor in aluum
Arthritidis à frigida cauſa curatio.
Sæpe ruat pilulis quas condit Agaricus albens,
Et reliquis quæ phlegma mouent. Pituita coquatur
Fotus diſcutiens, molliẽs, partemque roborans.
Partibus eſt quæ fixa, grauique dolore moleſta
Origani fotu, meliloti cum camomilla,
Cum que roſis: olei vulpini, vel terebinthi,
Litus.
Lumbricive litu, cum quo Enula & Iua madebit,
Saluia, Samſucus ſeu Maiorana, chamædris,
Caſtoreumque, Ebuluſque, & lauri bacca virentis.
Muccago ſeminis fœnugræci in oxycrato extracta.
Qui fœnugræci extrahitur de ſemine muccus
Oxycrato cum melle, tribuſque in parte diebus
Hæret, ab hac triſtem fertur reuocare dolorem,
Cataplaſma è cochleis.
Muccus vt è tritis cochleis. Diſſoluere nodos
Arthritidis nodos diſſoluentia.
Quos pituita parit, Podalyrius arte medendi
Vix poterit. Tamen eſt aliquot niſi nodus ab annis,
Hunc vetus in pernæ fuerit qui iure ſolutus
Caſeus emollit, diachylum & ab Iride dictum,
Mercurij emplaſtrum, Vigo quod celebrauit, oliuum
Banarum, cum quo Suis extet & Anſeris vnguen.
Materiam trahat Iſchiados ranunculus, atque
Iſchiadis curatio.
Creſſio ſylueſtris, Pini reſina & Terebinthi,
Nigraque pix, viuum ſulphur, fimus atque columbæ,
Iſchio dolenti non ſunt admouẽda antè vacuationem topica.
Quæque dolorificæ ſint fixa pyrotica parti.
Sed priùs & vomitus fiant, & clyſmus in aluum
Detrudat fæces hyeris commixtus, ab hocque

Vena humeri fundat, dein poplitis icta cruorem.
Corniger hinc abeat proles Semeleia Bacchus
Et Cytherea Venus. Frugalis vita, lyæi
Potaque lympha loco, Podagræ, diræque Chyragræ,
Articulúmque alios vetat insanire dolores.

Venus & vinum arthriticis infensa: sic vtilis vna frugalis.

COMMENTARIVS.

QVID Arthritis, quot eius species, à quibus partibus oriatur, quibus signis agnoscatur, & à quibus fiat causis lib. 4. cap. 29. diximus. Causa quidem communis serum est, cuius duplicem fontem agnouimus, Cerebrum & hepar, à quibus serum id decumbens in articulos mora crassescit, nodosque parturit. Ideóque si fluxio manat à Cerebro, quod ex grauitate capitis, & Pericranii dolore cognoscitur, Cerebrum expurgandum est pilulis arthriticis, coccijs, ex agarico, si pituitosis excrementis redundare videtur: sin biliosis, catapotijs aggregatiuis, aureis, è rhabarbaro: pilulis verò lucis minoribus, indis, è fumaria, si melancholicus humor exuperat. Sed à lecore suspectus humoris serosi decubitus, quùm plethoricum hominem arthritis affligit. Ideóque tùm Cassia, Manna, Catholico, syrupo solutiuo rosarum corpus exonerare conuenit, venamque secare sæpiùs & audentiùs quàm in reliquis causis. Quamquam & in Arthritide qualibet phlebotomia perutilis, tùm quia serum, huius affectus vnica causa, sanguinis excrementum est, vel puri, vel biliosi, vel pituitosi, Melancholicive: tùm quia sæuit in Arthritide dolor, cui nihil æquè subuenit, vt sanguinis detractio, quæ prophylacticum huius remedium est, si morbum anticipet: therapeuticum, eo si nato celebretur. Sed vacuare melùs est eo tempore, quo malum, quod periodis è mouetur, redire consuenit. Quod Vere sæpiùs contingit & Autumno. Sed Vere maximè, quo calor aëris ambientis humores fundens, è partibus internis, ipsque principibus euocat in cutem, vel in imbecillas partes amandat atque transmittit: quod ex varij Hippocratis & Galeni locis liquet. Quod si morbus vrget, neque præ dolore dat inducias, obseruandum è signis calidus frigidusne sit. Si calidus, ℞. decoctionis remollit. factæ in sero lact. lib. 1. cathol. loch. è Cass. an ʒvj mel. violat. butyr. recent. an. ʒij. misce. fiat clyster. Mittatur ab eo sanguis ad vncias septem, plus minus, expensis ægri viribus. Phlebotomia poterit iterari, si calor, dolor, plethora suaserit. Deindè, ℞. medull. alll. vnc 1. fem. Cum saccharo, vel syrup. violac. fiat bolus. Vel ℞ medull. Cass ʒvj. Diaprun. solut ʒij. Misceantur in bolos. Vel, ℞ cathol. & syrup. laxat rosar. an. ʒi. Diaprun. solut. ʒij. Cum aqua lactuc. fiat dosis Vel ℞ tol agrimon. lactuc portul. cichor, totius an. Mj. semin. quatuor. frigid. minor. contus. an ʒj. flor. violar. nenuph. an. Pj fiat decoct. in sero lact In colat. Dissolue elect. linit. ʒj elect. è succo rosar. ʒij. syrup. violac. & è cichor. compositi. cum rheo an. ʒß. Manna,

Arthritidis causis communis.

Signa & curatio fluxionis à Cerebro.

Signum fluxionis à lecore, eiusdemque curatio.

Cur in quauis Arthritide vena secanda.

Phlebotomia prophylacticum & therapeuticum Arthritidis remedium.

Hippoc. aph. 20 lib 3. aphor 47. & 55 lib. 6. & Galen in comment.

Modus Arthritidem à calida causa curandi.

blandum medicamentum ad vnc. 2. in iure pulli vitulive dissolutum cholagogum est, educitque serosa; quare in arthritide biliosa sæpiùs vsurpandum. Topicorũ hinc vsus esto ℥. lact. vaccini lib. 1. vitellos duorum ouor. medull. panis ʒiiij. aqu. stillat. rosar. plantag. acetiana ʒij. croci ʒß. Lente coquantur in cataplasma: quod stuppis cannabinis aut linteis exceptum admoueatur partibus dolentibus. Hoc quidem lenit, discutit, coquit, leniterque repercutit. Refrigerabit magis, doloremque sopiet, si solani & hyoscyami succum addideris, aut aliquot opij grana.

Cataplasma.

Arthritidis à frigida causa curatio.

Vel, ℥. muccag. psill. & cydon. extract. in aqua plantag. & rosar. ℔. ß. Admoue cum linteo partibus his, in quibus calor & dolor est. Sin frigus Arthritidis est causa, ℥. fol. alth. malu. petrosel. fænic. an. Mj. fol. orientalis. ʒvj. fiat, decoct. & colat. ad lib. 1. In qua dilue diaphæn. mell. mercur. sacchar. alb. an. ℥i. ol. chamæm. & anethin. an. ʒiß salis ʒj. fiat clyster. Hic venæ sectio non æquè confert. Vtilis tamen, quoniam omnis Arthritidis causa fluxio est, quam comitatur dolor: sed parciore manu sanguis effundendus, ratione materiæ frigidæ, quæ per sese phlebotomiam non exigit. Parari verò poterit hæc potio ℥. fol. calendul. chamædr. chamæpith. an. Mj. semin. anis. fænic. coriandr. præparat. an. ʒj. fol. oriental. ℥ß. fiat decoct. In colat. infunde agaric. trochisc. ʒiß. nuc. moschat. ℈j. In expressione dissolue elect. diacartham ʒij. iulep. rosar. cum agaric. ℥j. Cum aqua beton. vel calendul fiat dos. Vel, ℥ cathol. duplicat. vnc. 1. trochisc. alhandal ℈j. syrup. de mentha, & capill. ven. an. vnc. sem. Cum decocto beton. chamædr. primulæ veris fiat dosis. Dolorem sedabunt oleum vulpinum, chamæmælinum, lumbricorum, stercus bouillum aut vaccinum cum his oleis aut butyro frixum, partique mediocriter calens appositum. Vel, ℥. muccag. semin. fænugræc. extract. in hydromelite cum aceto pauco. ℔. ß. Admoue parti dolenti cum stuppis, aut linteo. Vel, ℥. cochlearum integrarum diu contusarum in mortario lib. 1. sulphuris viui vnc. 2. Fiat cataplasma: quod omni conuenit Arthritidi, sed in calida causa detrahendum sulphur, aut minuendum est. Fotus è maiorana, saluia, floribus chamæmæli, meliloti, semine lini conferent, quùm in declinatione morbi reliquiæ crassioris humoris erunt discutiendæ. Quúmque sint Arthritidis species Ischias, Chyragra, Podagra, quibus Gonagrã potes annectere, notabis in Ischiade venam è cubito primùm, hinc è malleolo tundendam, refrigerantibus & astringentibus, quæque fluxionem intrò reuocent topicis non vtendum, ne crassior humor seu muccus in Cotyle manens in tophum abeat, cogatque, laxato articulo femoris caput coxa excidere, foràsque ferri, sequaturque claudicatio: sed admouenda quæ discutiant & attrahant, qualia sunt oleum irinum, rutaceum, vulpinum, lumbricorum & terebinthinæ: vel hoc emplastrum. ℥. gummi pini, terebinthinæ, resinæ nigræ an. vnc. vnam puluer. radic. ireos florent. sulphur. viui an. vnc. sem. puluer. hermodactyl. drac. vj. ol. lumbric. & cæræ quantùm satis in emplastri consistentiam. Extende super alutam admouẽdum Ischio dolenti. Reuellendum aperta cubiti vena seuiente podagra, sed è poplite sanguis effundendus in Chyragra.

Arthritidi frigidæ congrua medicamẽta.

Ad Arthritidem frigidam topica.

Arthritidis species. Ischiadis curatio.

Si Gonagra cum plethora est, primum ex humerali, dein è malleolo venam aperi. Tenuis ratio victus imperetur, interdicatur venere vinoque. Nam excrementorum prouentus, venus & crapula tanti mali seminaria sunt: quibus addas articulorum imbecillitatem, parentumque semen vitiatum, quo transfertur affectus in prolem, & fit Arthritis hæreditaria, cuius curatio difficilis ac penè deplorata, quùm sit connata, naturalis & hectica. Cætera quæ pertinent ad hunc locum è versibus require.

Arthritidis adiuuantes causæ.

ELEPHANTIASIS CVRATIO.

CAPVT XXVI.

VIx Elephantiasis, solidis in partibus hærens,
Visceribusque potest tolli, quia Cancer habetur.
Demere tentabit tamen hanc Podalyrius, illis
Præsidijs quæ Musa canet. Calabrina bibatur *Blandiora cathartica.*
Manna frequens, rate quæ pictis affertur ab Indis
Cassia, Senna sero lactis macerata, vel vuis
Mollibus & prunis, vituli vel iure, vel hædi.
Venáque tundatur, maculataque sugat hyrudo *Venæ sectio, ab æquo cornuum & hirundinum admotio.*
Partibus è varijs nigrantem sæpe cruorem.
Corniculis etiam fixis cruor exeat, icta
Sæpe cute, & tumidis sint fixa pyrotica membris. *Cauteria variis corporis partibus figenda.*
Mergatur tepidis non rarò corpus in vndis,
Mollis vt his & aperta cutis sit, & exeat illa *Cur frequēs debet esse balneum.*
Fumus hebes qui corpus iners facit, ingrediatur
Et vapor, internos tepidus qui temperet artus.
Post hyera vtilis est quam dat Colocynthis, & hamech *Validiora cathartica.*
Syntheſis, è fumo terræ catapotia, quæque
Elleboro nigro constant, velut Inda feruntur, *Pilula de lapide lazuli.*
Hæc & quæ Cyaneo sunt celebrata lapillo.
Sit cibus è teneris pullis quos India misit, *Ratio victus.*
Nostraque dat gallina, capis, vituloque recenti.
Quæ licet Omphacio iungas, acidoque liquore

Punicei mali, Mediue, vel oxyacanthæ,
Purpurei-ve Ribis, caro si magis assa placebit.
Sin elixa, fero magis est quæ commoda morbo
Sumitur, Oxalis est magis & lactuca coquenda,
Plantago, violæque, seriſque domestica, lætans
Borragoque, & lingua bouis. Cibus optimus ouum
Amygdalatum, hordeatum & lac asininum. *Sorbile, si sit id atque recens, & amygdaleum lac,*
Sacchare commixtum roseo, quod & hordea fundunt:
Arcadicæque Asinæ pleno quod ab vbere manat.
Nec nocet euchymis interdum è piscibus esus.
Panis hordeaceus. *Panis erit melior spicato pressus ab hordeo.*
Salsa nocent, & aromaticis condita, suillæ
Ceruinæ carnes, Asinæ, leporisque, bouisque.
Caseus &, nisi fortè recens, faba & omne legumen,
Et pyra, sint nisi cocta. Iuuant sed pendula curtè
Poma, rubens cerasum, Melonis & aurea pulpa
Si calor est, lactuca & quæ maceretur aceto
Cum Portulaca, tenuique è cappare fructus.
Pomaceum & potus diuinus. *Limpidus è Pomis potus liquor vtilis, isque*
Qui venit è cocta, tenui cum sacchare lympha,
Commixto citri, casiæ cum cortice succo,
Nulla meri sitis adsit, obest Cereuisia, quique
Crassior est succus. Liquiritia & vua coquantur,
Vndaque surgat ab his, violæ miscenda syrupo.
Visa fuit prisco castratio ferre salutem.
Si minus ista placet, renouentur balnea sæpè.
Sarsaparilla potus & è mercurio luas elephantis sanatorius. *Sarsaparillaque det largos epota madores,*
Mercurijque cutis pinguescat ab vnguine fœdo.
Sed quia virus inest, eaque iugulare venenum
Proprietate valent Medicos aptentur in vsus.
Cardiaca. *Est velut antidotus Mithridatica, Theriaceque,*
Scobs eboris, cornucerui, viridisque Smaragdi,

Vipereumque merum. Bibat hoc elephanticus æger,
Viperea vel edat carnem. Condita sed antè
Viperea cum sale sit, Porróque, oleóque & Anetho, *Viperea carnis preparatio*
Cum capite abscissa, quibus est vis noxia, cauda.
Pergameus probat hoc, & eo sanasse Galenus
Testatur. Tamen hæc si lubrica cura videtur,
Vipereáque horres saliens è carne venenum,
Jus dato gallinis, cocta in quo Vipera virus
Merserit, implumes vbi sunt, alimenta parabis
Ex illis, pellem quibus exuat atque senectam
Leprosus, teneraque nouet cum carne iuuentam.

COMMENTARIVS.

QVI Spagyriam & Pyrotechniam, seu Chymiam, veróque nomine Cacotheemiam amplectũtur, in eo se vincere Dogmaticos aiunt, quod relictos ab eis Paralyticos, Hydropicos, Arthriticos & Elephanticos aliquando sanent. Quos vellem relictis ignibus, in quibus oleum, & operam perdunt, dum assiduè metalla comburunt, calcinant, cæmentant, dissoluunt, putrefaciunt, maturant, digerunt, fixant, sublimant, fulminant, circulant, filtrant, graduant, rectificant, reuerberant, proijciunt, coagulant, & varia simplicia mille modis versant inaniter atque difformant, vndè vitra, sales, cineres, liquores, & quintas suas essentias parant cremandis hominum viscеribus, potiùs in scrutandis morborum signis & causis occupari, sine quorum cognitione nulla esse potest morbi tuta sanatio. Scirent hi quidem ex eis verè & apodicticè quibus morbis, quando & quomodo medendum sit, neque vanis pollicitationibus, exhaustis ægrorum loculis, pro salute mortem inferrent in Medicinæ summum dedecus, quæ per eorum impostura iam non ars, sed atechnia putatur, & hariolorum similis vertutia. Quos hic insectari mihi non est animus, sed monere, hortarique, vt relicto fornacum fumo, quo caligat eorum mens, Solem aliquando videant, in eiusque lumine morentur, in quo, non in puteo, nec orco Paracelsico quærenda veritas. Solem in arte medica voco methodum, quæ ratione fit & experientia: quam qui sequitur, in ægro centesimo vix falletur. Habent enim quique morbi, quemadmodũ hoc opere demõstrauimus sua signa propria, quæ possumus, vt sunt Apodictica, Pathognomonica, Tecmiria nominare. signaque coctionis, quæ salutem: aut cruditatis, quæ dubium exitum præferunt, ex quibus ad causas facilis est transitus, quibus cognitis scitur etiam an salutis spes affulgeat, an metuendus interitus, ideóque sit ne curabilis an incurabilis morbus. Do-

Vana chymicorum ars & pollicitatio.

Chymicorum vanus labor.

Nulla morbi tuta sanatio, sine signorum & causarum cognitione.

Methodus in Medicina Solis dicitur, quia per eam arti vt per Solem mundo lumen adfertur. Est autem methodus ratio prouisione ac modo alterum faciendo.

ceamus hoc in istis affectibus, quos isti dogmaticos, ex quorum numero nos esse gloriamur, relinquere dicunt. Paralysin annuam, in qua pars sine sensu motuque est, grauis & tabida, sanare vix homini datum existimem. Diuorum hoc munus est, eius nomine concessum, qui è sinu patris in mundum venit, nobisque salutem peperit. Cur verò sanari natura nec arte potest antiqua Paralysis? Quia non affluit à Cerebro radius spiritus animalis, obstructis omninò neruis à materia, quæ primis diebus sequax, temporis spatio coaluit. Non etiam in partem paralyticam ingreditur vitalis spiritus à Corde per arterias, nec alimentum à Iecore per venosum genus, quia sopitæ sunt & ignauæ facultates, vndè sequitur Atrophia, qua posita partem habeto mortuam. At dicet quis, calfiet membrum, essentiarum nerualium viribus. Causticæ sunt hæ quidem & igneæ, summéque penetrabiles. At quid facias, vbi parti non inest natiuus calor: siccabis duntaxat, partique conuulsionem à siccitate, quæ lethalis sit adferes. Recentem quidem nuperque natam Paralysin sæpe curauimus, in qua non omninò sunt occlusi motus & sensus vitæque meatus, veterem numquam. Sic profligare per interualla redire solitam, at

Paralysis annua vix curatur

Paralysis antiqua cur non curatur

Recens paralysis curari potest.

Tollere nodosam nescit Medicina Podagram.

Arthritis curari potest. si nodosa non est.

Nam qui nati sunt in articulis tophi, gipsei sunt scirrhosique, qui neque calidis discuti possunt, nec humectantibus liquari resoluique, maximè si vitium ab aliquot iam annis contractum, estque vetus exuccumque corpus. Hydrops ab obstructione sanatur: ab inflammatione Iecoris, siccitate, scirrhoque minimè. Sic nec elephantiasis confirmata curabilis. Cancer enim est vniuersalis, ideoque generalis corruptela substantiæ, quæ quum suo natiuo calore destituta sit, fœteat inficiatque, ad interitum vsque necesse est, quia non est ad habitum à priuatione regressus. Quare si graueolens anhelitus, rauca vox est, aures retortæ, malæ, labra prominent atque crassescunt, corpus vniuersum tuberosum est, fædisque rimis exaratum, insuperque grandinosum, quúmque transfigitur acu sensus expers, ne polliceare sanitatem. His enim signis colligendum in habitu corporis deprauatam assimilationem, ac per enem in visceribus corrupti sanguinis generationem, quam ars nulla possit emendare. Sin leuiora signa comparent, vt rubor vultus ad liuorem, motus sensusque piger ac stupidus, Dyspnœa, durior aluus, ad venerem insolens procliuitas, sternutatio, ructusque frequens, somnia molestissima, mœror, Incubus. Ad hæc si pruritis excitatur, cutis Alpho, Lichene, Psora conspurcatur, attollique iam in fœdum tumorem cernitur, in eius curationem remedijs hoc capite decantatis accingere. Progrediaris autem hac methodo. Primùm inijciatur clyster, ab eoque basilica vena tundatur, primo dextri brachij, deindè sinistri. Tùm. ℞. medull. cass. ʒvj diaprun. solut. ʒij. confect. hamech. ℈iij. Misceantur in bolos cum saccharo vel syrup violac. Sequentibus indè diebus, ℞. sol. endiu. scariol. chondrill taraxaci. scolopendr. cerach. lactuc. portulac. an. Mj. tamarind. pingu. ℥ß. semin. card. fœnic. an. ʒj. liquirit ras. ʒij. flor. viol. & nenuph. an. Pj. fiat. decoct. in quâ infunde

Elephantiasis confirmata curari incurabilis

Elephantiasis confirmata signa

Elephantiasis incipientis atque curabilis signa.

Alphos, vitiligo Latinis interpretatur Quæ duplex: alba quæ leuce: nigra, quæ melas dicitur Macula est humoru impuritate genita, pruritosi quidem leuce: Melas atra humoraj.

funde & coque fol. oriental. seu sennæ ʒvj. In colat. dissolue elect. lenitiui, & syrupi Saporis regis an. ʒj. fiat dosis. Hinc ingrediatur elephanticus balneum aquæ dulcis in aliquot dies, frequenter repetat, in eoque sumat iulepos huius generis. ℞. aquæ stillat. lactuc. fumar. card. an. vnc. 3. syrupi de pomis odoriferis simplicis & syrup. violac. an. vnc. 1. ß. Vel, ℞. aqu. stillat. bugloss. borrag. meliss. an. vnc. 2. syrup. violar. & limon. an. vnc. 1. fiat iulep. in duas dosis. Capiat vnam manè: alteram pomeridianis horis in balneo. A quo si pigrior aluus est, eluenda clystere. ℞ fol. alth. malu. parietar. violar. camomill. betæ, fumar. mercur. an Mj. semin. anis. ʒij. fol. senn. vnc. 1. Coquantur simul. Ad colaturæ libram adde cathol. mell. sacchari rubr. an. vnc. 1. ol. violac. vnc. 2. salis drac. 1. fiat clyster. Poterunt ab eo ranulæ, venæ linguæ subditæ secari, quæ cùm in quouis, tùm in hoc affectu nigricant. Apozema sanguinem depurans, corporis habitum refrigerans & purgans humorem vltum ac fæculentum erit tale ℞. corticis radic. cappar. tamarisci, radicis oxalid. oxylapath. polypod. quern. an. vnc. 1. cortic. ellebori nigri drac. 1. capillar. omnium bugloss. borrag. lactuc. portulac. cichor. tor. endiu. scariol. summit. fumar. meliss. lupul. an. Mj. tamarind. vnc. 1. semin. fænic. dulc. card. citri, melon. an. drac. 2. liquirit. rasi. drac. 3. fiat decoct. in aqua & sero lact. in qua lentè bulliant foll. senn. mundat. vnc. 2. cum drac. sem. cinnam. Cape de colatura lib. 1. In qua infunde siliquæ ægyptiæ, seu pulpæ cass. & cathol. duplic. an. vnc. 1. sem. Expressione facta dissolue syrup. Saporis regis vnc. 2. syrup. de fumaria vnc. 1. fiat apozema pro tribus doss. quæ dentur tribus matutinis continuis. Ab his coruna vel cucurbitulæ varijs corporis partibus aptabuntur, vt humeris, lumbis, natibus, & alijs quæ maximè tument, rubent aut liuent; faciei tuberosæ potius hirudines. Syrupus solennis, quem magistralem vocant, instituatur hac forma ℞. succ. pomor. curti pendul. ℔. sem. succ. bugloss. borrag. endiu. fumar. lactuc. portulac. depurat. an. vnc. 4. seri lact. lib. 1. Misceantur. Infunde fol. senn. mundat. quartaria tria, florum viol. bugloss. borrag. an. Pij. semin. anis. fænic. card. liquirit. rasi. an. vnc. sem. Lentè bulliant, deindé colentur. Adde sacchari albi libram vnam pro libra decocti, fiatque syrupus perfectè coctus, ex quo bis in hebdomade sumatur vnc. 1. sem. quæ diluatur in ptissana, vel aqua bugloss. borrag. endiu. fumar. scolopend. pro dosi: quæ si non, vt par est, purgat, adde confect. hamech. ʒiiij. ant drac. 2. Serum lactis æstiuis ardoribus sæpiùs hausturn ad libram dimidiam, vel etiam lib. 1. addito saccharo valdè iuuat, vt & pomaceum è pomis odoriferis extractum. Nec omittendum lac, cuius vsu putat Galenus Scythas ab Elephantiasi vindicari. Ius decoctionis prunorum frequens esto: teneaturque victus ratio quam versibus expressimus. ℞. conserv. violar. vnc. 2. conserv. rosar. nenuph. bugloss. borrag an. vnc. 1. mithridat. veter. & theriac. an. drac. 2. specier. elect. è gemm. & diamargarit. frigid. an. drac. 1. rasur. ebor. cornuceru. coral. rubr. an. drac. sem. lapid. bezoard. rasur. monocerot. an. ʒj. si dies æger est. Cum syrup. simplici de pomis odoriferis & iulepo rosaceo fiat opiata mollis: de qua voretur manè vesperique

Balneum in elephantiasi sæpe repetendum.

Clyster emolliens, detergens, flatus discutiens, & vstos humores expurgãs.

Venarum sublingua sectio.

Apozema sanguinem depurans, & vstum humorem fæculentumque purgans.

Cornua & cucurbitula, hirudines.

Syrupus solennis seu magistr alis.

Serum lactis & pomaceũ elephanticis vtile.

Opiata.

Situs ex hydrargyro.

bolus nucis auellanæ quantitate. His si non cedit malum, ad hydrargyrosin properandum. Sique non tam sanguis, vel a Justus & ater humor quàm pituita putris Elephantiasis caula videatur, quod ex colore dignoscetur, miscebuntur ad purgandum phlegmagoga, qualia sunt Diacarthamus, syrupus rosarum pallidar. cum agarico, trochisci de colocynthidè, quos Alhandal appellant. Vtque sudores moueantur, cum Saryaparilla iungetur ligni sancti seu Guaiaci scobs seu medulla: quamquam hic ab omni causa sarzapazillam Chynamque præfero, quia cum insito calore nostro maius symbolum habere videntur innata sua temperie, quæ calida sit & humida, quorum doses noni libri capite nouissimo dedimus. Et hic erit postremus labor huius operis. Quod si tibi, lector candide, minùs arridet, humanitati dato non ignauiæ. Sin gratum est, videturque luce, lectioneque dignum, supremi numinis donum esse cogita, cui soli summa, perennisque laus & gloria.

Phlegmagoga. Sudorifica, qua vacant hydropica.

QVO REGE GALLIÆ VOLVMEN hoc Author absoluit.

Per vrbem, Lutetiam intellige, totius Galliæ Metropolin. Annus, quo Ludouicus decimus tertius in regnũ ascitus est, fuit salutis 1610.

HOc opus exegi quùm Rex Lodoicus in vrbe
Tertius à decimo, clara genitrice regente,
Gallorum imperio potitur, plaudente senatu,
Principibusque viris, populiq; omni ordine læto.
Quem precor in pacem pronum, legesque tuendas,
Sacraque, quæ prisci coluere perennia reges.

FRANCISCI PORTI Crespeiensis Valesij, Medicique Parisiensis Medicæ Decados Finis.

INDEX RERVM IN HOC OPERE NOTANDARVM.

A

Abdomen quid, eiusque diuisio. Eiusdem fluctuantis & sonantis causa. pag. 5. lib. 1

Abortus futuri signa & causæ. 158

Accessionis febrilis signa & causæ. 20. lib. 1

Æger quo morbi tempore moritur. 22. lib. 1

Ætiologice quid. 2. lib. 1

Anginæ signa, Causæque. Quotuplex. pag. 66. Curatio. 285

Apoplexiæ signa, causæque. pag. 46. 47. & 48. lib. 2. Apolipsis. ibid.

Apoplexiæ curatio. 248

Appetentia quid? Appetentia canina. 12

Aquas & serosos humores ducentia. 195

Arthritidis signa & causæ. Quid Arthritis & quotuplex. 166. Curatio.

Asthmatis, & Catarrhi suffocantis indicia, causæque. 67. & 68. lib. 2

Asthmatis curatio. pag 291. Catarrhi suffocantis curatio. 294

Atrophiæ, Cachexiæque signa & causæ. pag. 103 Curatio Cachexiæ. 352

Amaurosis signa, causæ. pag. 58. Curatio. 269

Augmenti febrilis signa causæque. 21. lib 1

Aurium tinnitus vndè. 17. lib. 1

Auris phlegmones, flatus & obstructionis aurium signa & causæ. pag 60. Curatio. 271. 272. 273

Authoris mens. 1. lib. 1

B

Albutiei curatio. 282

Bilis flauæ exuperantis signa, causæ. Quid bilis, eiusque differentiæ. pag. 8. lib. 1. Flauæ bilis effectus. pag. 9. lib. 1.

Bilem quæ præparant, purgantque. p. 183. 184. 185. Bilem purgantium dosis. 187. & 188

Breuioris colli quinam sunt à natura. 47. lib. 2

Bulimus quandò fit. 90. lib. 3

C

Cachexiæ curatio. 352

Catarrhi signa & causæ. Quid Catarrhus. p. 55. Curatio. 261

Capitis affectum vniuersalia signa, causæque. Caput quid? Quid Cerebrum. 41. lib. 2

Carcinoma, seu Cancer quid. 145

Cancri veteri curatio. 426

Cari signa & causæ. 45. lib. 2

Catalepseos, seu Catoches signa & causæ. ibid. Curatio. 246

Causa quid, & quotuplex. 2. lib. 1

Causa morbi, morbus & symptoma quid? ibid.

Cognitio causarum & signorum quam vtilis, & illustris. ibid.

Cibus euchymus, seu boni succi quid, & quis. 12. lib 1

Cephalalgia, & Cephalæa quid, & earum inter se discrimen. 42. lib. 2

Cephalalgiæ curatio. 236

Cephalæ curatio. 238

Cephalica, seu Capiti conferentia. 233

Columellæ inflammatæ signa & causæ. pag.65.Curatio. 284
Coma seu Cataphora quid, quotuplex, eiusdem signa & causæ.45.& 46.lib.2
Choleræ morbi signa & causæ.pag.92. Curatio. 329
Cretspeium vrbs, authoris patria. 1
Criseos venturæ signa & causæ, signorumque causæ. 32. & 33.lib.1
Criseos malæ signa, & signorum causæ. Quid Crisis & quotuplex: signa bonæ malæque criseos.34.35.36.& 37.lib.1
Coli malè affecti signa, causæ. Colica pharmaca. 108
Colici morbi curatio. 359
Conceptus signa, causæque. 152
Concepti masculi signa,& causæ. 154
Conceptæ femellæ signa, & causæ.155
morborum à Conceptu signa ,& causæ. 156.& 157
Cordi conferentia, quæ Cardiaca dicuntur. 307

D

DEclinationis febrilis causa,signaque.pag.25.lib.1.Cur in declinatione nemo perit. ibid.
Dentium doloris signa, & causæ.pag. 62. Curatio. 281
Deus vtriusque mundi mirus opifex. 1.lib.1
Dolor quid; Doloris differentiæ. Dolor consistit in sensu. 42.lib 2
Dotes in mundo quatuor. 3.lib.1
Diarrhæa signa, & causæ. Quid Diarrhæa. 110
Diarrhææ curatio. 393
Diabetis signa & causæ. Quid Diabetes, & causæ signorum eius. 17. Curatio. 375
Dysenteriæ signa, causæ. Quotuplex: quæque propriè dicta. 110
Dysenteriæ curatio. 364.

E

ELephantiasis signa & causæ. Quid Elephantiasis, & Quotuplex. pa. 169.170.171.Curatio. 457
Empyematis, seu Suppurationis signa causæ.pag. 70.Curatio. 297
Epilepsiæ signa, causæ. Quid Epilepsia. pag. 51.Curatio. 254
Ephemeræ, seu Diariæ febris signa, causæque.pag. 76. Curatio. 201
Euæmiæ, seu bonitatis sanguinis signa & causæ. 6
Exanthæmatum indicia,causæque, pa. 161. Curatio. 447

F

FAmes quid, Famis caninæ causæ. 90
Fæces alui retentas quæ signa', causæque comitentur.pa. 105. Curatio.358
Fœtus in Vtero mortui signa, & causæ. 195
Fœtum mortuum excludentia. 439
Febrium signa communia, & horum causæ. 23.lib1
Febris molestissima quæ. 30.lib.1
Febris ardentis, quæ Causus dicitur signa causæque.79. Curatio. 207
Febris lentæ signa, causæ. pag. 83. Curatio. 220
Febris hecticæ signa, causæ.pag.83.Curatio. 222
Febris Cardiacæ, seu Syncopalis signa, Causæ. Cur Cardiaca dicta.Signorum eius causæ.pag 86. Curatio. 220
Febris pestilentis signa, causæque. 83. Curatio. 226
Febris purpuratæ signa,causæque. 173
Flatus signa, causæ. Qui flatus.. Flatus à spiritu discrimen. Præcipua flatuum sedes. 16.lib.1
Flatus per somnum in Cerebro varij effectus. 17.lib.1
Flatus discutientia. 198
Fædi Virginum coloris signa & causæ. pag.137.Curatio. 412
Fluxus muliebris à mensibus discrimen, vtriusque signa, & causæ. 140
Fluxus muliebris curatio. 418

G

Gonorrhææ veræ signa & causæ. Quid Gonorrhæa. pag. 148. Curatio. 398

Gonorrhææ virulentæ signa & causæ. Quandò primum cepit. pag. 125. Curatio. 400

Gonorrhææ muliebris veræ, virulentæque signa & causæ. pag. 148. Curatio. 430. & 431

Glaucoma quid, & eius à Suffusione discrimen. 58. & 59. lib. 2

Gulæ, quam œsophagum aiunt, læsæ signa, causæ. 59. lib. 3

Gustus quid? 63

Gustus deprauati curatio. 282

Guttæ serenæ, quam Amaurosin vocant, signa, causæ. pag. 58. Curatio. 269

H

Hæmicrania quid. 240

Hæmorrhagiæ curatio. Quid: quæ sinenda, quæ supprimenda. 279

Hæmoptyseos, seu cruentæ expuitionis è Pulmone & Thorace signa & causæ. pag. 74. & 75. Curatio. 320

Hæmitritæi, seu semitertianæ febris signa & causæ. pag. 81. Curatio. 215

Hecticæ febris signa, causæ. curatio. 223

Homo, mundi compendium, seu paruus mundus. 1. & 3

Hominis collatio cum mundo. 2

Hominis dignitas, & huius corporis imbecillitas. 232

Humanum corpus, Medicinæ subiectum. 5. lib. 1.

Humor sincerus cur malus. 27

Humoris aquosi notæ causæque. 14. lib. 1

Hydrops quid, eiusque signa, Causæ. pag. 104. Curatio. 354

Hypochondriacæ melancholiæ signa, causæ. Quid Hypochondrium. 100

Hypochondriacæ Melancholiæ curatio. 346

Hyperbolicæ figuræ, quæ. 27

Hypostasis quid, & quæ laudabilis. 9. lib. 1

Hystericæ suffocationis signa & causæ. pag. 135. Curatio. 414

Hysterica medicamenta. 408

I

Iecoris peculiaria medicamenta, quæ vocantur Hepatica. 331

Iecoris obstructi signa & causæ. pag. 93. Curatio. 333

Iecoris phlegmones signa, causæque. pag. 94. Curatio. 335

Abscessus Iecoris signa & causæ. pag. 95. Curatio. 337

Iecoris imbecilli signa causæ. pag. 97. Curatio. 340

Incubi signa, Causæque. Quid Incubus. pag. 52. Curatio. 256

Ilei signa, causæ. 106

Ilei curatio. 358

Insomnia biliosis, pituitosis, sanguineis, melancholicis qualia. 14. lib. 1

Ischuriæ causæ, signa. Quid Ischuria. 122

Icteri flaui, nigrique notæ, causæque pag. 101. & 102. Curatio. 350

K

Karabe, seu Succinum quid, eiusque vires 325

trochiscorum è Karabe facultates. ibid.

Kermes, seu granum tinctorium quibus causis cardiacum. 309

L

Lassitudo spontanea triplex. 18

Lethargi causa, signa, eiusque signorum causæ. Lethargus vnde. 44. & 45

Lethargi Curatio. 245

Lien quid. 12 lib. 1

Lienis tensionis, eiusdemque Scirrhi signa & causæ. 99. Curatio. 343

Linguæ vitiorum signa, causæ. Lingua gustus organum. Cur natura mollis. 63

Linguæ paralyseos curatio. 282

Lithiasis, seu vesicæ calculi notæ, causæ. 119. Curatio. 386
Lienterici, Cæliacique fluoris signa, causę. Quid Lienteria, & affectio Cæliaca. pag. 108. Curatio. 351
Lumbricorum signa, Causæque. pag. 111
Lumbricorum genera. pag. 112. Curatio. 368

M

MAniæ signa, causæ: signorumque causæ, vnde dicta. 54
Maniæ curatio. 260
Medicinæ partes. 5
Melancholiam quæ præparant, purgantque. 188. 189. 190
Melancholiæ dominantis signa & causæ. pag. 10. lib. 1. Signorum melancholiæ causæ. Melancholiæ Morbi curatio. 258
Menses, seu menstrua quid. Menstruæ purgationis præter naturam suppressæ signa & causæ. pag. 133. Curatio. 410
Mensium immodicè fluentium signa & causæ. pag. 139. Curatio. 416
Mesenterij phlegmones signa, causæ. Quid Mesenterium. 100. & 101
Mesenterij morborum curatio. 349
Mictionis difficilis tres species. 121
Molæ signa & causæ. Mola quid. pag. 146. & 147. Curatio. 428
Morbi imminentis signa, causæque. 17. lib. 1. Signorum eius causæ. 18
Morbi tempora quot? 20. lib. 1
Morbi salutaris signa, causæque. 26. lib. 1
Morbi periculosi signa, causæ, & signorum causæ. 28. lib. 1
Morbi longi signa & causæ. 31. lib. 1
Mortis signa, causæ, signorumque causæ. 37 38. 39. & 40

N

NAtium affectuum signa, causæ. pag. 64. Curatio. 277
Nephritidis seu calculi Renum signa, causæque. Quid Nephritis, & eius signorum causæ. pag. 117. Curatio. 383

O

OCulos roborantia eisque proprietate conferentia. 270
Oesophagus. 89. lib. 3
Ophtalmiæ signa causæ. Quid Ophtalmia, eiusque signorum causæ. pag. 57. Curatio. 266
Opus hoc cur Medica Decas inscribitur. P 2

PAralyseos signa, causæque, signorumque causæ. 48. & 49
Paralyseos curatio. 250
Peripneumoniæ signa & causæ. pag. 69 Curatio, 295
Palpitationis Cordis curatio. 311
Pandiculationis & Oscitationis causæ. 20. lib. 1
Pathologia. 2. lib. 1
Periodus quid, & quot eius partes. 21. lib. 1
Pituitæ signa, causæ. Quid pituita sit & Quotuplex, eiusdem signorum causæ pag. 13. & 14. lib. 1. Genus pituitæ duplex. 15. lib. 1
Pituitam quæ præparant purgantque. 191. ad 195
Plethora quid, & quotuplex. 7. lib. 1
Polyæmiæ, seu Plethoræ signa, causæ. pag. 6
Pepseos à Pepasmo discrimen. 37. lib. 1
Parotidis signa, causæ. Quotuplex. p. 61. Curatio. 275
Phlegmone quid. ibid.
Phrenitidis signa & causæ. Quid Phrenitis, Quotuplex, Phrenitidis signorum causæ. pag. 42. 43. & 45. lib. 2. Curatio. 241
Phtiseos signa causæque. pag. 72. Curatio. 300
Pleuritidis veræ nothæque signa & causæ. pag. 73. Curatio. 303
Priapismi, seu Satyriasis signa & causæ. Quid Priapismus. 123. Curatio. 394
Pulmonis obstructi causæ, signaque. Pulmo quid. 67. lib. 2

Partus difficilis indicia, & causæ que. 160

Q

QVotidianæ febris signa, causæ, Cur Quotidiana dicitur. Signorum eius causæ. 78. lib. 2
Quotidianæ febris curatio. 216
Quartanæ febris signa & causæ. Quotuplex: huiusque signorum causæ. 82.
Quartanæ curatio. 218

R

REnum imbecillitatis signa, causæ. pag. 113. Curatio. 373
Renum inflammationis notæ, signa. pag. 115. Curatio. 397
Renum Abscessus signa, causæ. pag. 116. Curatio. 381
Renum calculi signa, causæ. pag. 117. Curatio. 383
Renum munus. 15. & 113
Respirationis difficilis tres gradus. 68.
Rheumatismi signa, causæ. pag. 68. Curatio. 264

S

SAnguis quid? Non solus in venis. 7
Spiritus materia sanguis. ibid
Sanitatis perfectæ signa, & causæ. Sanitas Medicinæ finis. Quid Sanitas, & quotuplex, pag. 4. & 5. Sanitatis causa secur. ibid.
Scirrhus quid. Scirrhi signa & causæ. pag. 56. Curatio. 338. & 343
Signum quid. Signorum diuisio, seu differentia. 2. & 3
Splenica, seu Lieni conferentia. 342
Splenicorum cutatio. 343
Simiotice quid. 2
Sitis quid, eiusque differentiæ. 90
Somnus quid, & eius vtilitas. Soporis causa. 46
Stupor quid. 46
Sudorem non esse tertiæ coctionis excrementum vide. 18. lib. 1
Sudor bonus quid. ibid. Sudor quid 24.
Suffusionis, seu Catarrhactæ signa & causæ. Quid Suffusio: quotuplex. p. 58. Curatio. 267
Sterilitatis variæ causæ: 32. Curatio. 445
Stranguriæ, dysuriæque signa & causæ. 121. Curatio. 390
Stomachi malè affecti signa, causæ. 89
Stomachica, seu Ventriculo grata. 323
Syncopes signa causæque. Quid Syncope, & eius signa pathognomonica. 75. & 76
Syncopes curatio. 317
Synochi signa, causæ. Quotuplex. 77 lib. 2
Synochi simplicis curatio. 202
Synochi putridæ curatio. 205

T

TAbis seu Phtiseos signa, Causæque. & eius signorum causæ. Quid Tabes. 72. Tabis curatio. 300
Tenesmi signa & causæ. Quid Tenesmus, & vndè nomen. 111
Tenesmi curatio. 367
Tertianæ febris signa, causæ. Cur Tertiana dicta. 80
Tertianæ veræ, Causique curatio. 207
Tertianæ intermittentis curatio. 212
Tertianæ Nothæ curatio. 213
Thorachica. 287
Tonsillarum inflammationis curatio. 284
Tussis quid. pag. 74. & 290. Curatio. 289

V

VEntriculi intemperiei signa & causæ. pag. 90. Quid Ventriculus & eius actio propria. 91
Ventriculi imbecilli curatio. 325
Vertiginis signa, causæque. Vertigo quid, & quotuplex, eiusque signorum causæ. pag. 49. & 50. Curatio. 252
Vesicæ phlegmones notæ, signa. 120. Curatio. 389
Vini dotes & noxæ. 12
Virium triplex genus, animalium, vitalium, naturalium quibus signis distinguatur. 37

Visus quibus causis hebescit, aut deperditur. Visus fit per Pupillæ foramen. Visus organum quod. 58
Voluuli, seu Ilei signa, causæque. 106
Voluuli curatio. 358
Venerei morbi signa & causæ. pag. 127. Curatio. 401
Vrina quot modis supprimitur. 122
Vrinæ citrà Renum ardorem incontinentiæ curatio. 377
Vteri calidioris signa, causæque. pag. 129. Quid vterus, eiusque varia nomina. Signorum calidioris vteri notæ. 130
Vteri frigidioris, humidioris & siccioris signa Causæque. 130. 131. & 132
Vterini furoris signa & causæ. pag. 138 Curatio. 411
Vteri debilis indicia, causæque. pag. 140 Curatio. 420
Vteri Phlegmones signa & causæ. pag. 142. Curatio. 422
Vteri Abscessus signa & causæ. pag. 144. Curatio. 426
Vteri Scirrhi signa & causæ. 145
Vterinus Cancer. pag. 145. Curatio. 426
Vteri inflationis seu tensionis notæ, causæque. pag. 149. Curatio. 433
Vterini hydropis signa, causæque. pag. 150. Curatio. 134
Vteri ascensus, descensusque signa, causæque. pag. 151. Curatio. 143

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Errata sic emendato.

PAg. 4. versu. 2. lege nitidis è fontibus p. 187. l. 20. l. vnc. 1 sem. l. 24. l. vnc. 2. l. 45. l. His ideò. p. 188. l. 1. l. decocto. p. 209. l. 40. l. sit enim sanguis. pag. 211. versu 6. l. Se reparat, non separat. p. 213. in titulo l. Tertianæ Nothæ. p. 221 versu 9. l. coquuntque. p. 222. l. 9. l. drac. 2. p. 227. versu penultimo l. temeraria p. 254. versu 14. l. Malleolo p. 267. l. 13. cõmentarij. l. confect hamech drac. 2. p. 358. l. Melancholiæ morbi curatio. pag. 365. l. 28. comment. l. Erysipelas p. 266. versu 16. l. picræ. versu 19. l. Pumiceos. p. 277. l. 6. l. Affectuum. p. 281. vers. 6. l. Staphysagria. p. 288. versu 5. l. Terebinthina. p. 295. versu 17. l. Ilitus. p. 298. vers. 3. l. vngula lata. p. 320. versu 16. l. Armeniæ. p. 359 versu 13. l. Cumini versu 13. l. gentos. p. 402. versu quinto. l. vijs, non vis. p. 418 versu 3. l. fluor est. versu 9. l. leuique. versu 11. l. cruor vt p. 419. l. 16. comment. pro vnc. 1 drac. 2. repone. pag. 438. versu 2. l. Nec iaceat. p. 442. versu 11. l. Casia, non cacia. p. 445. l. 4. l. obtinet. p. 451. l. 31. commentarij. l. medullæ cass. drac. 6. p. 459. versu 3. l. Vipera. Eadem p. l. 2. commentarij. l. Cacoecchymiam.

Excudebat FRANCISCVS IACQVIN, An. D. 1613.

Digitized by Google